Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0001-9

Dv 1940 13/1,1

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF
V 2015

Dv 1940 3/1,1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0002-5
DFG

# CAROLI A LINNÉ,

*Equitis aurati de ſtella polari,*

ARCHIATRI REGII, MED. ET BOTAN. PROFESS. UPSAL. ACAD. PARIS. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROLIN. IMPER. LONDIN. ANGL. MONSP. TOLOS. FLORENT. EDINB. BERN. SOC.

# SYSTEMA NATURAE

PER

## REGNA TRIA NATURAE,

SECUNDUM

## CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES,

CUM

## CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS, SYNONYMIS, LOCIS.

## *TOMUS I.*

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

CURA

## JO. FRID. GMELIN,

PHILOS. ET MED. DOCTOR. HUJUS ET CHEM. IN GEORGIA AUGUSTA PROF. P. O. ACAD. CAESAR. NATURAE CURIOSORUM ET ELECTORAL. MOGUNTIN. ERFORDENSIS, NEC NON SOCIET. REG. SCIENT. GOETTINGENSIS, PHYSICAE TIGURIN., ET METALLICAE MEMBRI.

LIPSIAE, 1788.
IMPENSIS GEORG. EMANUEL. BEER.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0003-0

O JEHOVA,

*Quam ampla ſunt Tua Opera!*
*Quam ſapienter Ea feciſti!*
*Quam plena eſt Terra poſſeſſione Tua!*

DAVID *Pſalm. CIII. 24.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0004-6
DFG

S.AE R.AE M.TIS SUMMAE FIDEI VIRO,

CELSISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE

COMITI

# D.NO CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQUE SUIOGOTHICI SENATORI, REGIAE CANCELLARIAE PRAESIDI,

AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUPREMO MARESCHALLO,

EDUCATIONI SEREN. PRINC. GUSTAVI PRAEFECTO, CANCELLARIO ACADEMIAE ABOENSIS,

ORDINIS S.AE R.AE MAJ. SERAPH. EQUITI AURATO ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA, NEC NON OMNIUM S.AE R.AE MAJ. SUECICAE ORDINUM CANCELLARIO,

SACRUM.

Cum quivis auctor ſperet ſe apud poſteros gratiam habere, et poſſe ſecum duratura nomina educere,
AUCTORI meae fortunae Libellum ultimo nunc offero.
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi ſtipendium ab ordinibus Regni expetiit;
ILLE mihi ſpartam Medici claſſici procuravit,
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;
ILLE mihi Titulum, quo diſtinguor, paravit;
ILLE me ad Sereniſſimos Reges introduxit;
ILLE me cuſo Numismate poſteritati commendavit;
ILLE *meas errare boves, ut cernis, et ipſum*
*ludere quae vellem calamo permiſit agreſti;*
quare
*cana prius gelido deſint abſinthia ponto,*
*quam noſtro illius labatur pectore vultus.*

TANTI MAECENATIS

Upſaliae 1766,
d. 24. Maj.

*Cultor devotiſſimus*
C. a LINNÉ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0005-2

*Magnus eſt DEUS noſter,*
*et magna eſt potentia Ejus,*
*et potentiae Ejus non eſt numerus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0006-7

# RATIO EDITIONIS.

## SYSTEMA NATURAE iteratis vicibus prodiit:

1. Leydae 1735. Fol. imper. pag. 12. a me per I. F. GRONOVIUM.
   *Conſpectus tantum operis, et quaſi Mappa Geogr.*
2. Holmiae 1740. Octavo pag. 80. a *me ipſo* reviſum.
   *Auctum animalium nomenclaturis, characteribus.*
3. Halae 1740. Quarto oblong. p. 70. per J. J. LANGEN.
   Latino-germanice; *ceterum idem cum* 1.
4. Pariſiis 1740. Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEUM.
   *Adjecta nomina Gallica. idem cum* 2.
5. Halae 1747. Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER.
   *Nomina Germanica; ceterum idem cum* 2.
6. Holmiae 1748. Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a *me ipſo.*
   *Characteres eſſent. Vegetabilium. Species Animal. et Lapid.*
7. Lipſiae 1748. Octavo. pag. 232. t. 8. per *Typographum.*
   *Nomina Germanica; ceterum idem cum* 6.
8. Holmiae 1753. Octav. p. 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN.
   At regnum Lapideum Scarae 8vo per H. MÖLLER.
9. Leydae 1756. Octavo. pag. 226. per GRONOVIUM.
   *Pauciſſima de Avibus, Piſcibus. idem cum* 6.
10. Holmiae 1758. Octavo. longe auctius factum a *me ipſo.*
11. Lipſiae 1762. Octavo. furtim prodiit vitioſa.
    *Nil additum.*
12. Holmenſi hac propria ultima penultimaque editione.
    *Species* Animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis, Locis, nominibus Trivialibus.
    Methodus *Animalium* ex novis obſervatis reformata.
    *Piſcium* inprimis nova methodus cum Auctorum obſervatis radiis pinnarum.
    *Plantarum* reformati characteres, emendatae differentiae variae.
    *Lapidum* plures ſpecies, obſervationes, et omnium Nomina Trivialia.
    *Obſervationes* in Regna Naturae novae, cum introductione in Naturam.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0007-3
DFG

COLLECTANEA, quae obtinere potui, diſpoſui; inprimis adjuvarunt

S. M. ADOLPHI FRIDERICI Regis Muſeum T. 1. Holm. 1754. fol.
Prodomus *Tomi* 2. Holmiae 1764. Octavo.
*Utrumque animalibus exoticis refertum.*

S.ae LOUISAE ULRICAE Reginae Muſeum. Holmiae 1764. Octav.
*In Conchyliis et Inſectis ſtupendum.*

C. G. TESSIN Muſeum. Holm. 1753. Fol.
*In Lapidibus et Conchyliis magnificum.*

C. DE GEER Muſeum:
*Amphibiis, Inſectis aliisque rarioribus dives.*

UPSALIENSIS Muſeum Academiae:
*Ex Animalibus undiquaque conquiſitis.*

STOCKHOLMENSIS Muſeum Academiae Scientiarum:
*Variis pulchris naturalibus ſcatens.*

ITINERA varia hujus cauſſa inſtitui:
Iter Lapponicum (1732) *ineditum.*
Iter Dalekarlicum (1734) *ineditum.*
Iter Oelandicum (1741) *Holmiae* 1745. *Oct. ſuec.*
Iter Gotlandicum (1741) *Holm. cum praecedente. Oct.*
Iter Weſtrogothicum (1746) *Holm.* 1747. *Oct. ſuec.*
Iter Scanicum (1749) *Holm.* 1751. *Oct. ſuec.*

Fauna Suecica. *Holmiae* (1746) *duplo auctior illa* 1761. *Oct.*

Amoenitates academicae. *Holmiae* 1749–1763. *Oct. Vol.* 6. (VII. 1769. VIII. IX. cur. *Schrebero* Erlang. 1785.)

*Diſcipulorum* quondam meorum inſtituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua.

C. TERNSTROEM in *Aſiam* (ſed periit in Poulicandor) 1745.
P. KALMII in *Pennſylvaniam et Canadam.* 1747.
*Iter Americ. ſept. Holm.* 1753–1760. *Octav. ſuec. Vol.* 3.
L. MONTINI in *Lapponiam Lulenſem* 1749.
F. HASSELQUIST in *Aegyptum* et *Palaeſtinam.* 1749.
*Iter Palaeſtinum. Holm.* 1757. *Oct. ſuecic.*
O. TORENII in *Malabariam* et *Suratte.* 1750.
P. OSBECKII in *Chinam* et *Javam.* 1750.
*Iter Indiae orient. Holm.* 1757. *Oct. ſuec.*
P. LOEFLINGII in *Hiſpaniam* et *Americam.* 1751.
*Iter hiſpanicum. Holm.* 1758. *Oct. ſuec.*
P. J. BERGII in *Gotlandiam* inſulam. 1752.
M. KAEHLERI in *Italiam* et *Apuliam.* 1752.
D. SOLANDRI in *Lapponiam Pitenſem* et *Tornenſem.* 1753.
D. ROLANDRI in *Surinamum* et *Euſtatium.* 1755.
A. R. MARTIN in *Spitzbergam.* 1758.
C. ALSTROEMER in *Europam auſtralem.* 1760.
J. FALK in *Gotlandiam.* 1760.

FINEM

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0008-9
DFG

FINEM Operis obtinuero, ſi inde

*Peregrinatores* dignoſcant notiora antea naturalia.
Curioſi attentiores, *Muſea* intrantes, viſa intelligant.
Docti nova, nec trita, *actis* ſuis inſerant.
Scientia facilius *augeatur*, ſepoſitis vulgatioribus.
*Nomina* magis ſtabiliantur, inprimis *Trivialia* et Generica.
*Oeconomiae* fundamenta ſternantur.
*Teleologiae* primae lineae ducantur.

His utere L. B. donec alii plura praeſtantioraque ſiſtant.

Upſaliae 1766.



---

Docuiſti me DEUS a juventute mea,
et usque nunc pronunciabo Mirabilia Tua.

---

# RATIO
## NOVAE HUJUS EDITIONIS.

Nota nimis ſunt atque agnita, tot tantisque malevolorum detractorum in divos quoque manes inſurgentium obtrectationibus non extenuata, immortalis Viri, cujus nomen in fronte gerit hic liber, de reſtauranda hiſtoriae naturalis ſcientia merita, ut illis celebrandis inhaerere, ſupervacaneus videatur labor: Et ne tironem quidem naturalis ſcientiae latet, quot quantaque commoda praebeat rerum naturalium ſtudioſis catalogus, in quo uno quaſi intuitu, quaecunque novimus corpora naturalia, in ſuas claſſes, ordines, genera digeſta ac diſtributa ſiſtuntur, quae in aliorum Virorum operibus arbitrario ordine diſpoſita, per numeroſiſſima volumina diſperſa, verboſiſſime aliquando deſcripta vix invenias. Sed inter laudes, quas hoc etiam B. Viri opus meretur, haec certe minima eſt, in qua omne ponunt ejus meritum, qui nomenclatoris titulo eum inſignientes ludibrio exponere virum tot meritis illuſtrem ſtudent: Altera enim eſt hujus operis, de qua nemo alius ante eum jure gloriari poteſt, praerogativa; deſcripta ſunt omnia, quotquot ſua aetate cognita erant, corpora naturalia, aut a ſagaciſſimo atque indefeſſo Viro ipſo obſervata, aut a diſcipulis numeroſis in omnem terrarum orbem exeuntibus notata, aut incredibili induſtria ex aliorum fide dignorum Virorum mutuata vel operibus, vel narrationibus.

Omnibus numeris abſolutum opus, quis aequus ab humano ingenio exſpectabit! quis ſanae mentis praeſtolabitur in cam-

campo tantopere immenſo! Quare hallucinantem hinc inde magnum Virum,[1] notas aut generis aut ſpeciei aliquando imperfectius juſto exponentem, limites utriusque et varietatis non ſemper curatiſſime definientem, poſteris, quae emendari addique poſſint ſtabilito jam aedificio, relinquentem, quis vituperabit, aut extra officii ſui regiones vagatum dicet, quum tantum tentaret opus! Adde quod plurimae et emendationes et acceſſiones a dignis tanto Praeceptore diſcipulis proficiſcantur.

Quum a duodecima ſyſtematis naturae editione quatuor jam et ultra elapſa ſint luſtra, conjunctis tot tantorumque naturae ſcrutatorum indefeſſis ſtudiis, ſcrutiniis, itineribus, non potuit non fieri, quin quotidie fere nova detegerentur, atque adeo creſceret corporum naturalium cognitorum numerus, ut, his ad ordines et genera ſua relatis, novam quaſi faciem indueret naturae ſyſtema, quod quidem nomen ſuo operi imponere placuit B. *Linnaeo*.

Non inutilem ideo, nec ingratam navaturum me eſſe operam ſpero, dum bibliopolae etiam deſideriis ſatisfacturus, novam hanc, et poſterorum laboribus auctam egregii operis editionem ſiſto, parum mutatam, ſi faciem et ordinem ſpectes, non niſi duce principe quodam, ex Linnaei praeſertim diſcipulis, viro, et ſuadente natura ipſa hinc inde alteratum, ſed recentius inventis ac detectis generibus et ſpeciebus, ſuo ſingulis loco inſertis, multopere auctam, amplioribus ex poſterorum laboribus hauſtis deſcriptionibus aeque ac ſynonymis paſſim locupletatam, ex autoptarum teſtimoniis et curatioribus ſcrutiniis emendatam.

Congeſſi igitur et digeſſi, quaecunque ad hunc meum finem facere poterant, vaſtiſſimo librorum, quo Regia Munificentia hanc muſarum ſedem exornavit, theſauro, et amica eorum, qui huic adminiſtrando praeſunt, opera, mirifice adjutus;

ſi quis, hic meus labor eſt, quamvis ejus etiam partem non exiguam in hiſtoria quidem mammalium ordinanda curis Ill. *Schreberi*, et *Pennanti*, potiſſimum B. *Erxleben;* in enarrandis avium ſpeciebus *Lathamo;* in diſponendis inſectis Ill. *Fabricio*, et ſumme rever. *Goetzio;* in redigendis ad ſuum locum recentius detectis teſtaceis ſumme rever. *Schroetero;* in vermium reliquorum hiſtoria O. Fr. *Müllero;* in plantis recenſendis Car. *Linnaeo* immortalis Auctoris filio, et praeſertim conjunctiſſimo mihi Ill. *Murrayo;* in minerali regno *Cronſtedtio*, *ejus*que commentatori *Wernero*, Generoſiſſ. a *Veltheim*, Ill. *Gerhardo* et *Kirwano*, B. denique *Bergmano* me debere, gratus profiteor.

Habes igitur hic catalogum non eorum modo corporum, quae *Linnaeo* ſuo tempore nota erant, ſed eorum quoque, quae poſt ejus fata egregiorum et illuſtrium ejus diſcipulorum, *Thunbergii*, *Sparrmanni*, *Falckii*, *Solandri*, *Dryandri*, *Forſkahlii*, O. et I. Chr. *Fabricii*, O. Fr. *Mülleri*, *Brünnichii*, *Bjerkandri*, *Retzii*, *Fries Rottboell*, *Schreberi*, *Murrayi*, *Ferberi*, *Pajkuhlii*, aliorum ejus veſtigiis inſiſtentium Virorum Illuſtrium *Pallas*, *Forſterorum*, *Jacquin*, *Sonnerat*, *Scopoli*, *Pennant*, B. *Leskii*, B. S. G. *Gmelini*, *Lepechinii*, *Georgii*, *Hablizl*, B. *Güldenſtaedti*, *Koelreuteri*, *Gaertneri*, *Houttuyni*, *Storrii*, *Bowleſii*, *Molinae*, *Seſtini*, *Cetti*, Comitis de *Borch*, Equit. *Dolomieu*, *Fortis*, *Andreae*, *Schranckii*, J. et B. Fr. *Hermanni*, *Caroſi*, *Gilii*, *Clavigeri*, *Bancroftii*, *Aubleti*, *Merrem*, *Gouani*, *Gottwaldi*, *Zimmermanni*, *Walbaumii*, *Boddaerti*, *Blochii*, *Goetzii*, *Werneri*, *Batſchii*, *Brouſſoneti*, *Meidingeri*, *Laichartingii*, *Bergſtraeſſeri*, *Schalleri*, *Fueslini*, *Knochii*, *Herbſtii*, *Crameri*, *Drury*, *Seppii*, *Stollii*, *Schaefferi* et *Harreri*, *Geoffroaei*, *Fourcroy*, *Chemnizii*, *Martini*, B. *Walchii*, *Spengleri*, *Oederi*, *Weiſſii*, *Weberi*, I. *Milleri*, *Schmiedelii*, *Giſekii*, *Rothii*, G. Fr. *Hoffmanni*, *Hedwigii*, *Curtis*, *l'Heritier*, *Gloxin*, *Sagii*, *Monneti*,

ti,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0012-0
DFG

ti, *Burtini*, *Sauſſurii*, *Voigtii*, *Brückmanni*, *Giraud-Soulavie*, *Genſſanii*, *Pini*, *Abildgaardi*, *Palaſſo*, *La Peirouſe*, *Wulfeni*, *Klipſteinii*, Generoſiſſ. de *Trebra* et *Dietrich*, Illuſtriſſ. Com. a *Raſoumowski*, et aliorum indefeſſa induſtria et ſagacitate innotuerunt. Neque praetermiſſa ſunt ea, quibus adverſarii B. Autoris, tot acribus cenſuris in eum invecti, Illuſtriſſ. Com. a *Buffon*, *Adanſon*, *Camper*, *Laurenti*, *Hacquet*, *Medicus* noſtram hanc ſcientiam auxerunt. Nihil tamen ſupereſſe, quod aut coaevi aut poſteri vel emendent vel addant, ut glorier, ego quidem multum abſum. Quicunque fata ſingularum hiſtoriae naturalis partium animo ſecum volvit, ſemelve tentavit, conſtantes et perpetuas cujusdam corporis naturalis eruere notas, quicunque luxurioſam naturae in coloribus varietatem e. g. in animalibus noſtris domeſticis (taceam eam, quae hybridae generationi ſuos debet natales) novit, novit praeterea, in diſcernendis multis animalium praeſertim avium ſpeciebus vix ullas dari notas, niſi a coloribus deſumtas, novit, easdem aves alio atque alio anni et aetatis (ne ſexum dicam) tempore, in alio atque alio climate ſoloque viventes, alio atque alio victu utentes, feras et domeſticas, aliis atque aliis non raro comparere formis et coloribus, novit, multa et animalia et vegetabilia, potiſſimum marina et peregrina, imperfectius eſſe cognita, ſemel, non omni vitae ſuae tempore, non in omnibus aetatis ſexusque variationibus obſervata, alia ad iconum fidem, ad ſolitaria, mortua, ſiccata, farta, in ſpiritu vini aſſervata, variis artificiis (v. g. teſtacea) mutata, alio aliove modo paululum deformata et decolora exempla eſſe deſcripta; facile ille videbit, ab eo perfectionis faſtigio longe adhuc abeſſe hiſtoriae naturalis ſtudium.

Quum hoc volumen ſub prelo ſudaret, hinc inde detecta ſunt, quibus aut emendari aut augeri poſſet.

Ita

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0013-6

Ita felici omine accidit, ut zootomorum facile princeps, Ill. *Camperus* in Sirenen Linnaei, ab *Elliſio act. anglic.* Vol. 56. nuperies delineatam, ſerpentibus victitantem, in limo ſe occultantem incideret, et diſſecandae illius copia data, branchias utrinque tres veras membranis denticulatis diſcretas, dentes firmos et validos, ventriculum cordis unicum, inteſtina longiſſima et ampla deprehenderet, et ex iis concluderet, verum eſſe perfectumque piſcem branchioſtegum, proxime ceterum ad muraenae genus accedentem, quamvis pinnis pectoralibus tetradactylis et oſſiculis branchialibus tribus pinnatifidis a reliquis ſpeciebus haud parum diverſum.

Duas etiam piſcium in oceano occidentali ad littus Bahuſiae repertorum, ut videtur, novas ſpecies deſcripſit nov. act. Stockh. Vol. VII. trim. 1. n. 9. *Euphraſen*, alteram ad inſulam Kluedesholm, gobii, uncialem, nigro-punctatam, pinnae dorſalis ſecundae radiis 8–11, maculaque nigra utrinque ad baſin caudae facile diſcernendam, pinnae dorſalis primae radiis 7, pectoralium 15, ventralium coalitarum 8, analis 8, caudalis 12 conſpicuam, a Ruuthenſparro cognominatam; alteram in Kyrkeſund obviam, cotti, ſupra fuſcam ſubtus albam, ſcorpione minorem, capite ſpinoſo, ſcabro, bicorni facile dignoſcendam, membranae branchioſtegae radiis 6, dorſalis prioris 8, poſterioris 13, pectoralium 15, ventralium 4, analis 8, et caudalis 10 conſpicuam, bubalis cognomine inſignitam.

Detecta etiam fuit nuperius ſimiae ſpecies, homini reliquis omnibus ſimilior, a naſo elegantiori naſalis dicta, cujus pleniorem deſcriptionem ab Ill. *Daubenton* exſpectamus.

Dabam Goettingae,
d. 16. Mart.
1788.

J. Frid. Gmelin.

INTROI-

# INTROITUS.

HOMO mundi intraturus theatrum quaeritur QUIS ſit: *Unde ortus?* e ſtemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* CURIOSUM eſſe ſimilemque quidem reliquis animantibus (quae vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda ſtabula quaerunt, proximis ſui generis inſerviunt, vitam tuentur, ſentiunt, percipiunt,) ſed nobiliorem, utpote qui curioſius obſervat quae ſenſibus patent, indeque ſapientius ratiocinando rite concludit, adeoque miratur pulchrum ſapientis opus Artificis. O quam contemta res eſt Homo, niſi ſúpra humana ſe erexerit! Quid enim erat, cur in numero viventium poſitum ſe gauderet? an ut Cibos et Potiones percolaret? ut hoc corpus caſurum periturumque farciret? quae tanta neceſſitas in fundum telluris intimae hominem merſit, ut oblitus dierum, oblitus fortunae melioris, ab hoc ſe averteret? puto certe multos ad ſapientiam perventuros, niſi ſuperbia magnae fortunae inflati, putaſſent ſe perveniſſe. Sapiens utique eſt, qui fines reſpicit.

FINIS CREATIONIS EST GLORIA DEI EX OPERE NATURAE, PER HOMINEM SOLUM.

Tanto igitur magis noſſe Naturam operae pretium, quo nullum majus eſt! neque enim quidquam habet in ſe hujus materiae tractatio pulchrius, dum multa lateant futura uſui, quam quod hominem Magnificentia ſui detinet, nec mercede, ſed Miraculo colitur! Quota enim pars operis Tanti noſtris oculis committitur, et quam multa, praeter haec, quae vidimus, in ſecretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia DEUS humanis oculis nota fecit. Multa etenim ſunt, quae eſſe audivimus, qualia autem ſint, ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus ſeculo! et quidem multa venientis aevi populus, ignota nobis, ſciet! multa ſeculis tunc futuris, cum me-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0015-7
DFG

moria noſtri exoleverit, reſervantur! veniet tempus, quo iſta, quae nunc latent, in lucem dies extrahat et longioris aevi diligentia. Rerum enim Natura ſacra ſua non ſimul tradit; initiatos nos credimus, in veſtibulo ejus haeremus; ejus arcana non promiſcue, non omnibus patent! reducta et in interiori ſacrario clauſa ſunt; involuta veritas in alto latet. Si in hoc juventus ſobria, ſui Creatoris memor, incumberet(*), ſi hoc Majores docerent, et hoc Minores addiſcerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma Tellure, et levi manu quaerimus. Magni omnino res eſt rerum Naturae latebras dimovere, nec contentum exteriori ejus conſpectu, introſpicere et in divina ſecreta deſcendere! *Senec.*

Intravi itaque denſas umbroſasque Naturae Silvas, hinc inde horrentes acutiſſimis et hamatis ſpinis, evitavi quotquot licuit plurimas, at neminem tam eſſe circumſpectum didici, cujus non diligentia ſibi ipſi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinnos, meisque humeris inſilientium Cercopithecorum exſultationes ſuſtinui! inceſſi viam, et quem dederat curſum fortuna peregi.

IMPE-

---

O JEHOVA!

Quam magnifica ſunt Tua opera!
Vir inſipiens non cognoſcit ea,
Stultus non animadvertit ea.

*David.*

---

(*) Confer. *Worm, muſ.* praefat. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0016-3 DFG

# IMPERIUM
## NATURAE.

DEUM *ſempiternum, immenſum, omniſcium, omnipotentem* expergefactus a tergo tranſeuntem vidi et obſtupui! Legi aliquot Ejus *veſtigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etiam in minimis ut fere nullis, quae Vis! quanta Sapientia! quam inextricabilis Perfectio! Obſervavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terreſtribus, *Terreſtria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcuſſo volvi circum Solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Aſtris*, ſyſtemaque *Siderum*, ſpatio et numero non definiendum, mediante motu in vacuo nihilo ſuſpenſum teneri ab incomprehenſibili *Movente primo*, ENTE ENTIUM (a), *Cauſſa Cauſſarum*, *Cuſtode Rectoreque univerſi, mundani hujus operis Domino et Artifice. Vis illud* FATUM *vocare, non errabis, eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia. Vis illud* NATURAM *vocare, non errabis, eſt ex quo nata ſunt omnia. Vis illud* PROVIDENTIAM *vocare, recte dices, eſt cujus conſilio mundus actus ſuos explicat* (b); *Totus eſt* SENSUS, *totus* VISUS, *totus* AUDITUS, *totus* ANIMAE, *totus* ANIMI, *totus* SUI; *Hujus extera indagare non capit humanae conjectura mentis* (c); NUMEN *eſſe credi par eſt, aeternum, immenſum, neque genitum, neque creatum* (d). *Hoc ſine quo nihil eſt, quod totum hoc fundavit et condidit, quodque oculos noſtros et implet et effugit, cogitatione tantum viſendum eſt; in ſanctiore enim ſeceſſu Majeſtas tanta delituit, nec ulli dat aditum niſi animo* (e).

MUNDUS complectitur omnia ſub Jove, quae in notitiam noſtram per ſenſus cadere poſſunt; ſunt haec *Aſtra*, *Elementa*, *Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; *horum inoffenſam velocitatem procedere videmus aeternae legis imperio, nec eſſe temere errantis hunc ordinem, neque quae temere coiverunt tanta arte pendere, ut terrarum graviſſimum pondus ſedeat* (quaſi) *immotum, et circum ſe properantis coeli fugam ſpectet* (f).

ASTRA ſunt remotiſſima corpora lucida, quae gyrantur motu perpetuo; ſunt haec aut SIDERA, propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stellae fixae*; aut PLANETAE, a ſideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; ſecundarii, obſecundantes Planetis, ut *Luna* Telluri, alii-



(a) *Ariſtoteli.* (b) *Senec. quaeſt.* II. 45. hoc reſpectu, ſed caute, ne effectus ſumatur pro cauſſa. (c) *Exod.* XX. 4. (d) *Plin. Natur.* II. t. 7. (e) *Senec.* VII. 31. (f) *Senec.* I. 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0017-9

que; *nec poſſe ſine Cuſtode tantum opus ſtare, nec hunc Siderum discurſum fortuiti impetus eſſe, nam quae caſus incitat ſaepe turbari et cito arietare debent* (g).

ELEMENTA ſunt corpora ſimpliciſſima, atmoſphaeram Planetarum conſtituentia, ſpatia inter Aſtra forte replentia:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ignis | *lucidus,* | *reſiliens,* | *calidus,* | *evolans,* | *vivificans.* |
| Aër | *pellucidus,* | *elaſticus,* | *ſiccus,* | *obvolans,* | *generans.* |
| Aqua | *diaphana,* | *fluida,* | *humida,* | *tranans,* | *concipiens.* |
| Terra | *opaca,* | *fixa,* | *frigida,* | *quieſcens,* | *ſterilis.* |

*Sic tota hujus Mundi concordia ex discordibus conſtat* (h).

TELLUS eſt globus planetarius, horis 24 rotatus, circum Solem quotannis in orbem actus, *Elementorum* atmoſphaera obvelatus, rerum *Naturalium* ſtupendo cortice tectus, cujus cognoſcendae ſuperficiei ſtudemus. Globus hic terraqueus eſt, cujus depreſſiorem partem Aquae inundant et *Mare* lente coarctandum; elatiorem vero aquae fugiunt ſenſim dilatandam in *Continentem* ſiccam et habitabilem. Haec Aquarum halitu, vi Aëris in *nubes* acto, irroratur, ut ſummi montes perennique nive Alpini *Scaturigines* in *Fluvios* perennes concurrentes eamque permeantes potum terreſtri cibo addant in alimentum incolarum, dum *Venti* motum excitant *Ignis* calore vivificatis corporibus. *Omnium Elementorum alterni recurſus ſunt; quicquid alteri perit, in alterum tranſit; alternae ſunt vices rerum* (i).

NATURA lex immutabilis Dei, qua res eſt id, quod eſt, et agit, quod agere juſſa eſt (*Helmont.*); Haec opifex rerum, ſui juris, docta a nullo edocta, ſaltus non facit; clam operatur; quod commodiſſimum in omnibus ſuis operationibus ſequitur; nihil fruſtra, nihilque ſupervacaneum agit, dat ſingulis ſingula et omnibus omnia; Conſuetudinem ſolam ardet. *Omnia adjuvabunt Naturam, ut Naturae opera peragantur* (k).

NATURALIA ſunt corpora cuncta Creatoris manu compoſita, Tellurem conſtituentia, in Regna Naturae tria diviſa, quorum limites concurrunt in Zoophytis.

Lapides corpora *congeſta*, nec viva, nec ſentientia.
Vegetabilia corpora *organiſata* et *viva*, non ſentientia.
Animalia corpora *organiſata* et *viva*, et *ſentientia*, ſponteque ſe moventia.

*Non ad unam Natura formam opus ſuum praeſtat, ſed in ipſa varietate ſe jactat* (l). *Ideoque ex aliis alias reparat natura figu-*

(g) *Seneca.* (h) *Helmontii* definitio. (i) *Senec.* III. 10. (k) *Senec.* III. 29. (l) *Senec.* VII. 27.

*figuras, non uno contenta tenore valet, ſed immutatas gaudet habere vires.*

REGNA Naturae, Planetam Telluris conſtituentia, ideoque tria ſunt:

Lapideum rude inhabitat interiora; a Salibus in Terris generatur; temere miſcetur; caſu modificatur.

Vegetabile virens ſuperficiem veſtit, Radiculis bibulis terrena haurit; Foliis obvolitantibus aetherea reſpirat; calida metamorphoſi declaratur in feſtivales Nuptias, generantes diſpergenda intra praeſcriptas ſtationes Semina.

Animale ſentiens exteriora ornat; voluntarie movetur; reſpirat; ova generat; pellitur irata Fame, laeta Venere, moeſtoque Dolore; praedando coërcet Vegetabilia Popularesque, ut omnium proportio perennet.

HOMO ſapiens, creatorum operum perfectiſſimum, ultimum et ſummum, in Telluris Cortice, Majeſtatis Divinae ſtupendis indiciis obtecto, conſtitutus, ſecundum ſenſus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conſervationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechanismus, Nexus, Fines, Commoda. Hic omnipotentia Divina nobilitat Terras in Vegetabilia; Vegetabilia in Animalia; haec demum in Hominem, qui ſapientiae radios reflectet verſus majeſtatem radiantem duplicata luce. *Sic totus Mundus gloria divina plenus eſt* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificant per hominem* (n), qui ex inerti humo, Dei manu vivificata, contemplatur auctoris ſui Majeſtatem ex fine creationis, dignus hoſpes conſtitutus, Summi Entis praeco. *Haec contemplatio Naturae evadit voluptatis coeleſtis veſtibulum, cujus particeps Animus in luce obambulat et tanquam in terreſtri coelo vitam degit* (o); *Nec pietas adverſus* Deum, *nec quanta huic gratia debeatur, ſine explicatione Naturae intelligi poteſt; Homo enim ortus eſt ad contemplandum* Deum, *et Naturae contemplatio eſt ad* Dei *admirationem proxima et apertiſſima via* (p).

SAPIENTIA, divinae particula aurae, ſummum eſt attributum Hominis Sapientis, haec juſte judicat de iis, quae ſenſus ſiſtunt, hi vero ſiſtunt res mere naturales circumſtantes; Primus tum Sapientiae gradus eſt res ipſas noſſe. Notitia conſiſtit in vera *Idea* objectorum, qua

A 3 ſimilia

(m) *Eſa.* VI. 4. (n) *David Pſ.* CXVIII. (o) *Act. Holm.* (p) *Cicero.* At mortuo Marco Aurelio milites creabantur imperatores, qui proprium nomen vix exarare noverant, doctosque pro pigris habebant, literis relictis ſolis Monachis intra ſua clauſtra; hi naturae contemplationem nauci faciebant,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0019-3

ſimilia a diſſimilibus diſtinguuntur *Notis* propriis, a Creatore rebus inſcriptis; hanc notitiam ut cum aliis communicet, *Nomina* propria, non confundenda, ſingulis diverſis imponat; Nomina enim ſi pereunt, perit et rerum cognitio. Haec literae elementaque erunt, quibus deſtitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla deſcriptio, quamvis accurate tradita, certum demonſtret, ſed plerumque fallat* (q).

METHODUS, anima Scientiae, indigitat, primo intuitu, quodcunque Corpus naturale, ut hoc corpus dicat proprium ſuum Nomen, et hoc nomen quaecunque de nominato corpore beneficio ſeculi innotuere, ut ſic in ſumma confuſione rerum apparenti, ſummus conſpiciatur Naturae ordo. Syſtema apte quinquies tantum ſubdividitur: ſic

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Claſſis*, | *Ordo*, | *Genus*, | *Species*, | *Varietas*. |
| *Genus ſummum*, | *G. intermedium*, | *G. proximum*, | *Species*, | *Individuum*. |
| *Provinciae*, | *Territoria*, | *Paroeciae*, | *Pagi*, | *Domicilium*. |
| *Legiones*, | *Cohortes*, | *Manipuli*, | *Contubernia*, | *Miles*. |

*Niſi enim in ordines redigantur, et veluti in caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu et fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt* (r).

NOMINA reſpondeant Methodo Syſtematicae; ſint itaque

Nomina *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*, *Specierum*, *Varietatum*, Character *Claſſium*, *Ordinum*, *Generum*, *Specierum Varietatumque* Differentiae; nam nomina noſſe oportet, qui rem ſcire velit, *confuſis enim nominibus omnia confundi neceſſe eſt* (s).

Primi itaque hominis actio, in aurea iſta aetate, erat inſpectio Creaturarum, et, ſecundum Genera, impoſitio Nominum Specierum.

SCIENTIA Naturae innititur Cognitioni Naturalium Methodicae et Nomenclaturae Syſtematicae tanquam filo ariadneo, ſecundum quod Naturae maeandros unice tutoque permeare liceat; in his *Claſſis* et *Ordo* eſt Sapientiae, *Genus* et *Species* Naturae opus; omnis vera cognitio eſt *Specialis*, ſolida autem *Generalis*.

Ordo alius ſtruentis eſt, alius eſt inhabitantis. Creator incipit a ſimpliciſſimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia, in Hominem deſiit. Homo autem incipiat a ſe ipſo, deſinat in terram. Auctor Syſtematis a particularibus ad univerſalia adſcendat; Doctor

---

bant, dein ut imperſcrutabilem adſpernabantur, mox ejus cultores uti magos proſequebantur, a quo tempore verbum Dei naturale et revelatum contraria judicabantur, quo errore etiamnum multi excoecati ſancta ſimplicitate titubant. *Subm act. Nidroſ.* 1763. (q) *Caeſalpinus.* (r) *Caeſalpinus.* (s) *Caeſalpinus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0020-5

Doctor vero contra a generalibus ad ſpecialia deſcendat. Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios; adſcendat autem nauta, quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attigerit. Data diſtincta rerum cognitione, ulterius penetrandum in Specialiſſimas Proprietates, Phaenomena, Myſteria, Dotes, Vires, Uſus; Naturalis quum Scientia trium regnorum Fundamentum ſit omnis Diaetae, Medicinae, Oeconomiae tam privatae, quam ipſius naturae. *Felices agricolae bona ſi ſua norint!*

Omnes res creatae ſunt divinae ſapientiae et potentiae teſtes, divitiae felicitatis humanae; ex harum uſu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conſervatione*, *Proportione*, *Renovatione*, potentia *Majeſtatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus ſibi relictis ſemper aeſtimata; a vere eruditis et ſapientibus ſemper exculta; male doctis et barbaris ſemper inimica fuit.



---

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,
Et virtutem Terribilium Tuorum dicant generationes.

*David.*

---

# REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA, organiſatione viva, animato Medullari *ſentiunt*, Nervis *percipiunt*, ſeque ex arbitrio *movent* motu poſſibili.

VITA animalis Machinae hydraulicae, perpetui mobilis, e Medulla a primordio continuata flagrat veſtalis ignis flammula aethereo-electrica, ſpiraculis ſuſtentanda, in qua incomprehenſibilis arbitraria voluntas motrix reſidet.

VIVENTIA ſingula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liquido, cum *omne vivum ex ovo.*

OVUM intra *Tunicas*, ſaepe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti inſertum *Punctum* ſaliens, *vegetans* in Embryonem, *cauleſcentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium *medullare* novi animalis ſuique ſimillimi, carinam Malpighianam dictum, tanquam plumulam vegetabilium; hoc ex genitura pollinifera *Cor* adſociat ramificandum in corpus; Punctum enim ſaliens Ovi incubantis Avis oſtendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, ceſſans a frigore, excitatur calito halitu, premitque Bulla aërea, ſenſim dilatata, liquores ſecundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus eſt tantum a prima creatione continuata medullaris vitae ramificatio, cum ovum ſit gemma medullaris matris a primordio viva, licet non ſua ante proprium Cor paternum; ſic *Generatio Aequivoca nulla.*

MACHINA Animalis hydraulica, conformis Vegetabili, ſed verticalis et Facultatum *officinis* concamerata, varie in diverſis modificata:

Medullaris intima, molluſca, e *Bulbo* baſeos cerebroſo elongata *Caule* ſimpliciſſimo, apice per ſe infinite progreſſivo, emittens ad totum *fila* nervea ſimpliciſſima, ſibi homogenea.

Interanea cruſta induranda, priorem veſtiens, e *Tubere* cranii elongata in *Caulem* vertebrarum, articulatum geniculis mobilibus, oppoſite artubus ramoſum, cui inſident *Folia* muſcularia, determinate ſparſa, apice proximo articulo etiam affixa, fibroſo-carnoſa, contractilia.

Cor-

Corticalis extima, Radicata interius vaſis lacteis, e *Bulbo* cordis elongata in *Caulem* vaſculoſum duplicem paremque, ſimiliter ramoſum, infinite ramuloſum, e cujus ultima dichotomia *Fructificatio* genitalium.

FACULTATUM camerae intra machinam animalem ſunt V.

△ Animalis electrico-motoria, ſuprema, officina τȣ θειȣ iſtius viventis, clam agentis, volentis ſentientisque, intraque bulbum organiſatum ratiocinantis, ſe pandens, per fila electrica totum gubernat, regit.

🜁 Vitalis pulmonum, pneumatica, ſecunda, aëris principium vitale haurit pro flammula animali.

▽ Naturalis Vaſorum, hydraulica, tertia, e cordis perpetuo mobili, reciproce recipit propellitque per totum ſuccos addendos auferendosve, ne unquam deficiant.

🜃 Alimentaris inteſtinorum, digeſtiva, quarta, praeparat intra tubum inteſtinalem ſuccos aptos pro vaſis lacteis, deferendos ad vitalem corticem et ultra.

○ Genialis ſpermatica, combinatoria, infima, ex ultimo trunci animalis naturalisque, coadunat Medullarem cum Corticali, ut inde diſtincta promanet machinula animalis.

ORGANA ſenſuum machinae ſunt phyſicae, inſertae extremitati nervi, ſenſorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal remota.

Oculus: *Camera obſcura*, imaginem proportione, figura, colore depingens.

Auris: *Tympanum* membranae chorda tenſae ſuper cochleam, a motu aetheris tremens.

Nasus: *Membrana* latiſſima humida contortuplicata, aëris perreptantis volatilia figens.

Lingua: *Spongiolae* bibulae, ſparſae, humido ſolutum attrahentes.

Tactus: *Papillae* molliuſculae, figuram impreſſam brevi aſſumentes.

His gaudent plurima Animalia, ſed non omnia omnibus. Plura ſi Creatori addere placuiſſet, plura percepiſſent; uti Magnete praeſentiam Ferri, Electro electricitatis phaenomena. *Antennas* inſectis ſolis conceſſit, nobis aeque ignotas, ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex aëre appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione ſolida praeſentia: examinat *Naſus* volatilia nervis, *Lingua* ſolubilia fibris, aſſumenda: ſ. Grata, conceſſa, ſalutaria, ſ. Ingrata, vetita, noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum aut *nolle* ingratum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Gaudium | puerile, | ſanguineum, | rubrum, | oleoſum, |
| | ſpongioſum, | tepidum, | libere pulſans, | anhelans, |
| | ridens, | tranſpirans, | promtum, | *Vita.* |
| Metus | juvenilis, | phlegmaticus, | palleſcens, | aquoſus, |
| | laxus, | horrens, | debile pulſans, | dyspnoicus, |
| | ſuffocans, | cacans, | tremens, | *Morbus.* |
| Ira | virilis, | cholerica, | lutea, | ſpirituoſa, |
| | ſtricta, | fervens, | dure pulſans, | aſthmatica, |
| | ſtertens, | micturiens, | agitans, | *Medicina.* |
| Moeror | ſenilis, | melancholicus, | ater, | acidus, |
| | rigidus, | frigidus, | tarde pulſans, | orthopnoicus. |
| | ſuſpirans, | obſtipans, | quieſcens, | *Mors.* |

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amiſſa luget.

POLITIA Naturae manifeſtatur ex tribus Naturae regnis ſimul: quemadmodum enim Imperantium cauſſa Populi non ſunt nati, ſed ſubditorum ordini ſervando Imperantes conſtituti, ita Vegetabilium cauſſa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carnivora, et ex his Majora ob parva, Homo (qua animal) ob maxima et ſingula, ſeſe vero praecipue, ſaeva mercede conducta tyrannidem exercent, ut Proportio cum nitore Reipublicae naturae perennet. Viciſſim ſinguli cives conſpirant in Majeſtatem Hominis rationalis imperantis, cujus eſt ſummum Reipublicae auctorem agnoſcere. *Amoenit. Acad.* VI. p. 17.

RESPUBLICA Naturae, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios ad Mare tranans, e numeroſiſſima *Plebe* in pauciores *Nobiles*, pauciſſimosque *Magnates* ad *Imperantem* adſcendit, dum Animalia minima, numero, vi potentiaque facile infinita, in uſum cedant majoribus, inertioribus, praeſtantioribus, cum natura nunquam magis, quam in minimis tota ſit.

Ministri Politiae, propriis muniis praefixi, tot ſunt, quot animalium *Species*, ſinguli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore ſuſtentationem ſuam reportent, ne quidquam deficiat, ubi nihil ſupervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis ſeſe immiſceat, ſimulque lucrum alteri praeripiat, ſub poena capitali ſancita *Lex veneni*, ipſis ſenſibus, *Olfactus* inprimis et *Guſtus*, inſcripta, ne transgreſſores excuſabiles evaderent.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0024-7 DFG

Operationes Naturae incolarum praecipuae ſunt:

1. *Multiplicare* ſpeciem, ut negotiis ſufficiant.
2. *Aequilibrium* inter ſpecies Animalium et Vegetabilium ſervare, ut proportio perennet.

   *Detondere* quotannis Vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum.

   *Coërcere* erronea, ne expellantur legitima.

   *Auferre* languida, mortua, immunda, conſpurcata, ſtagnantia, acida et putrida, ut nitor aulae fulgeat.
3. *Vindicare* ſe ipſos ab interitu, ne vacet adminiſtratio.

Oeconomia Naturae verſatur circa Rerum *Generationem*, *Conſervationem*, *Deſtructionem*, ut opus Creatoris illibatum perſiſtat, ad quod tota conſpirat Natura:

*Generata* calido ſanguine, pro educatione, aliorum cura opus habent; cumque Creator non remunerandus primi individui curam geſſit, depoſitum hoc tranſeat linea deſcendenti ad natos, qui id parenti non reddunt.

*Conſervatio* quotidiano alimento, ſed late diſperſo, adeoque impigre quaerendo; ſic Fames diſpergit per orbem ea, quae Venus convocat.

*Deſtructio* unius fit alterius reparatio, cum deficientibus cadaveribus laborioſo venatu ſuſtentabitur vita; Sic Rapina rerum omnium eſt, quam armis, munimentis, motu diverſimodo, halituque eludant vivaciora, dum languida ſuccumbant et vegetiora in motu feſtinent, ut opus naturae perenni flore rideat.

Impulsores Naturae etiam praefixi ad munia promte peragenda:

*Venus* blanda ad Multiplicationem convocat irritatque,
*Fames* avara ad Conſervationem diſpergit ſollicitatque,
*Dolor* atrox ad Deſtructionem concitat repellitque,
neque hi ſine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna ſtructura indicatur:

| | | |
|---|---|---|
| Cor biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro. | { viviparis | *Mammalibus.* |
| | { oviparis | *Avibus.* |
| Cor uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro. | { pulmone arbitrario | *Amphibiis.* |
| | { branchiis externis | *Piſcibus.* |
| Cor uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida, albida. | { antennatis | *Inſectis.* |
| | { tentaculatis | *Vermibus.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0025-3

## I. MAMMALIA.

*Cor* biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro (*).
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillae* incumbentes, tectae: *Dentibus* intruſis plerisque.
*Penis* intrans viviparas, lactiferas.
*Senſus*: Lingua, Nares, Oculi, Aures, Papillae.
*Tegmenta:* Pili, pauci indicis, parciſſimi aquaticis.
*Fulcra*: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, *in quibus pedes poſteriores plane deficiunt.* Cauda *plerisque.*

## II. AVES.

*Cor* biloculare, biauritum; *Sanguine* calido, rubro.
*Pulmones* reſpirantes reciproce.
*Maxillae* incumbentes, nudae, exſertae, edentulae.
*Penis* ſubintrans absque ſcroto oviparas cruſta calcarea.
*Senſus:* Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.
*Tegmenta:* Pennae incumbentes, imbricatae.
*Fulcra:* Pedes bini. Alae binae. *Uropygium* cordatum.

## III. AMPHIBIA.

*Cor* uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
*Pulmones* ſpirantes arbitrarie.
*Maxillae* incumbentes.
*Penes* (*multis*) bini. Ova *plerisque* membranacea.
*Senſus:* Lingua, Nares, Oculi, Aures.
*Tegmenta* cutacea nuda.
*Fulcra* varia variis, quibusdam nulla.

## IV. PISCES.

*Cor* uniloculare, uniauritum; *Sanguine* frigido, rubro.
*Branchiae* extus comprimendae.
*Maxillae* incumbentes.
*Penes* (*plerisque*) nulli. Ova absque albumine.

*Senſus:*

(*) In omnibus animalibus, quibus ſanguis non calet, a ſe ipſo inciſis ventriculum cordis unicum reperit *Haller Elementa phyſiolog.* T. I. p. 305 - 307. et mirandum tanto magis, quod crocodilo 2 ventriculos adſcribat *Haſſelquiſt Itin. Palaeſt.* p. 293. quod *Borrichius hermetic. ſapient. Aegypt.* p. 276. in eodem animali non niſi unum viderit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0026-9 DFG

*Senſus:* Lingua, Nares? Oculi, Aures.
*Tegmenta:* Squamae imbricatae.
*Fulcra:* Pinnae natatoriae.

V. INSECTA.

*Cor* uniloculare, uniauritum; *Sanie* frigida.
*Spiracula:* Pori laterales corporis.
*Maxillae* laterales.
*Penes* intrantes.
*Senſus:* Lingua, Oculi, Antennae in capite absque cerebro, non Aures, Nares.
*Tegmenta:* Cataphracta cute oſſea ſuſtentante.
*Fulcra:* Pedes, quibusdam Alae.

VI. VERMES.

*Cor* (*plerisque*) uniloculare, inauritum; *Sanie* frigida.
*Spiracula* obſcura.
*Maxillae* multifariae, variae variis.
*Penes* varii Hermaphroditis, Androgynis.
*Senſus:* Tentacula. Oculi (*plerisque*). Cerebrum nullum, non Aures, nec Nares.
*Tegmenta* calcarea aut nulla, niſi Spinae.
*Fulcra:* nulli Pedes aut Pinnae.

* * * * * *

VIVARIUM Naturae ſic alit ſextuplicis formae Animalia:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Mammalia* | piloſa | in *Terra* | gradiuntur | loquentia. |
| *Aves* | plumoſae | in *Aëre* | volitant | cantantes. |
| *Amphibia* | tunicata | in *Calore* | ſerpunt | ſibilantia. |
| *Piſces* | ſquamati | in *Aqua* | natant | poppyzantes. |
| *Inſecta* | cataphracta | in *Sicco* | exſiliunt | tinnitantia. |
| *Vermes* | excoriati | in *Humido* | panduntur | obmuteſcentes. |

*CLAS-*

# CLASSIS I.

# MAMMALIA.

*Balatu Pecorum et crebris Mugitibus amnes*
*Arenteſque ſonant ripae colleſque ſupini.*
VIRGIL. III. 554.

MAMMALIA *haec et nulla alia mammata* Animalia, ex ſtructura, viſceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupeda*, nobiſcum Continentem inhabitant, tanquam inter hoſtes atrociſſimos, dum maxima pauca *Pinnata* intra Pelagum ſe ſubducunt.

VESTITUS Quadrupedum e *Pilis* flexilibus, molliſſimis, diſtinctis, injuriae minus obnoxiis; iiſque fertilioribus in frigidis, quam aeſtuantibus terris. Hi vero Pili in *Aculeos* coaliti (Erinaceo, Hyſtricibus), aculei explanati in *Squamas* (Mani), ſquamae coadunatae in *Scutum* (Daſypodibus); at pilorum vellus ſaepe diſtinctum *Suturis* (Cani, Equo), quae elongatae in *Jubam* (Equo, Sui); Sed Aquatica *nuda* evaſere, ne madefierent, niſi in terram exire aliquando neceſſe habeant. Praeterea Facies ſaepe *Verrucis* ſetiferis, Labia *Vibriſſis*, Mentum *Barba* (Homini, Simiae, Caprae) et Pedes Pectusque *Callis*, (Equo, Camelo,) non raro notata ſunt.

FULCRA, motus inſtrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hoſtem, aut aſſequendo praedam, TERRESTRIBUS ſunt *Pedes quatuor*, quorum anteriores *Palmis* inſtruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice diviſae (Primatibus, Didelphibus); Poſteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, et hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fiſſi* digitis ſeparatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmius perſiſterent (Homini, Urſo): Ne vero fuga deterrerentur inter aſpera, vel denſo vellere manicati (Lepori timido, Vulpi Lagopodi, Bradypodibus), vel UNGULATI, *ungulis* tanquam calceolo digitum veſtientibus (Belluis, Pecoribus), quibus ſaepe etiam Tali *ſuccenturiatis* incluſi; at vero ferociora magis UNGUICULATA *unguibus* digito ſuperimpoſitis ariſtata armataque, ut praedam apprehenderent, adverſarium lacerarent, terramve foderent; his ungues plerumque ſubulati, arcuati; paucis manuleatis ovales, complanati; at vero rapaciores Ferae *unguibus* armatae ſubulatis; ſed *Volantia* vel manibus elongatis palmatiſque aëra ſcandunt (Veſpertiliones), vel membrana inter palmas plantaſque expandenda velificant (Lemur, Sciu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0028-0 DFG

Sciurus, Mus.) Aliter AQUATICA, unguibus ungulisque deſtituta ſ. *mutica*, quibus loco pedum pinnae pectorales, ex homoplata, humero, ulna, carpo, metacarpo et digitis conflatae (Cetis).

ARMA Mammalium praeter dictos *Ungues*, nominandosque *Dentes*, inprimis *Cornua* cartilaginea capiti inſerta ſunt; haec vel *ſolida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramoſa* annua, primumque piloſa apiceque creſcentia (*Cervis*), vel *cava* vaginantia baſique creſcentia (Bobus, Capris, Ovibus), quibus adverſarium occurſant, penetrant, verberant; ſic eludunt hoſtem varie vel dimicando, mordendo, lacerando, calcitrando, feriendo, vel currendo, ſubſiliendo, ſcandendo, fodiendo, urinando, natando, volitando, vel foetendo, clamando, terrefaciendo.

CIBARIA inſtrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* ſaepe compreſſi Inciſores pro evellendo, rodendo, conſcindendo; *Laniarii* conici longiores absque antagoniſta occurſante pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, et hi obtuſi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* ſolae Myrmecophagae et Manes evaſere.

UMBRACULUM eſt *Cauda*, e vertebris dorſi multiplicatis poſtice elongata, qua turpiſſimae abſconduntur partes; haec paucis *nulla* (Homini, Simiis et Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpae, Erinaceo), *elongata* ad pedum longitudinem et ultra (Canibus, Muribus etc.); harum ſingulae vel *Nudae* (Muribus) vel *Prehenſiles* convolvendae proque quinta manu inſervientes (Simiis, Hyſtrici, Didelphibus), vel *Comoſae* longis ſetis (Equis, Bobus), vel *Floccoſae* apice penicilliformi (Leoni mari, Dipodi Jaculo), vel *Diſtichae* utrinque piloſae (Sciuris, Myrmecophagae).

CUSTODES Animalium *Senſus* ſunt pro conſervatione individui:

*Auriculae*, exceptis aquaticis, pro Auditu praeſtantiore: rotundatae, ovatae, acutae, acuminatae, fiſſae; erectae, pendulae.

*Oculi Pupilla* orbiculari diurnis, lineari expandenda vel perpendiculari vel transverſali nocturnis. *Membrana nictitans* paucis. *Palpebrae mobiles* omnibus; utraeque ciliatae (Homini Simiisque), ſuperiore tantum ciliata plerisque reliquis.

*Naſus* compreſſus, ſimus, reſimus, aut bifidus, labiis brevior (Simiis), paulo longior (Feris plerisque), aut elongatus in *Proboſcidem* (Elephanti); *Nares* ovatae aut orbiculatae.

*Lingua* ſimplex plerisque, denticulato-ciliata (Canibus), ſupra aculeata (Felibus), filiformis (Manibus, Myrmecophagis), bi-

fida

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0029-9

fida (Phocis); *Labium ſuperius* lacunoſum plerisque, bifidum (Gliribus).

GENITALIUM curioſior indagatio diſplicet, quamvis varia et ſingularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen poſſet ad ordines naturales viam monſtrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter ſe, quo valentiores polleant pro ſobole vivaciore, ineuntes feminas viviparas, foetum intra ſe excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultioremve aetatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynaeceum ex plurimis feminis ſibi aſſociatis defendit (Phocae); pauciſſimis vero Monogamia eſt, dum Mas et Femina individui ſocii curam gerunt foetus (Simiae nonnullae, Lemur, Veſpertiliones, Erinaceus).

MAMMAE lactantes Feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinato pares. *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* ſimul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digeſtae (Suibus aliisque), at ſaepius binae pro ſingulo foetu ordinario.

USUS: coluntur varia inprimis Pecora ob *Carnes*, *Lac*, *Corium*, *Vellera*, *Pinguedinem*; ad *Onera* vero Equus, Bos, Camelus, Elephas; inſtituuntur Ferae variae pro *venatu*, *muribus*, *ſerpentibus*; Vivariis aſſervantur rariora.

AUCTORES praecedentis ſeculi GESNERUS, ALDROVANDUS, JONSTONUS, praeſentis RAJUS, BRISSON, HOUTTUYN, Comes de BUFFON, PENNANT, PALLAS, SCHREBER, KLEIN, CETTI, ERXLEBEN, BLUMENBACH, CAMPER, STORR; Scientia ex ovo ordienda ſecundum cujuscunque Mammalis Deſcriptionem, Diaetam, Oeconomiam, ut ex hiſtoria fines Creatoris eruantur; vide Exempla de Cane domeſtico, Cervo Tarando, Mure Porcello, Sue Scrofa, Ove Ariete in *Amoenit. Academ.* propoſita.

ORDI-

ORDINES inprimis a dentibus deſumuntur:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| MAMMALIA. | Unguiculata *Dentes* | Primores | *nulli utrinque* | BRUTA. | 2. |
| | | Primores | *inciſores* 2. Laniarius 0. | GLIRES. | 4. |
| | | Primores | *inciſores* 4. Laniarius 1. | PRIMATES. | 1. |
| | | Primores | *conici* (6, 2, 10) Laniarius 1. | FERAE. | 3. |
| | Ungulata | Primores | *ſuperiores* et *inferiores*. | BELLUAE. | 6. |
| | | Primores | *ſuperiores* nulli - | PECORA. | 5. |
| | Mutica. | Dentes | *varii in variis* - - | CETE | 7. |

I. PRIMATES.

Dentes primores inciſores: ſuperiores IV *paralleli* (exceptis tamen aliquot veſpertilionum ſpeciebus, quibus aut II tantum aut nulli ſunt). Laniarii ſolitarii.

Mammae *pectorales binae*.

Pedes duo *Manus* ſunt; Ungues (plerisque) *complanati*, *ovales*.

Victus *incidendo fructus*, paucis *animalis*.

II. BRUTA.

Dentes *primores nulli ſuperius* aut *inferius*.

Pedes *unguibus validis*.

Inceſſus *ineptior*.

Victus ut plurimum *vegetabilis*, *comprimendo*.

III. FERAE.

Dentes primores conici *utrinque ſaepius* VI. Laniarii *longiores*. Molares *cuſpidato-conici* (*non truncati*).

Pedes *unguiculati*: Unguibus *ſubulatis*.

Victus *lacerando cadavera rapinasque animalium*.

IV. GLIRES.

Dentes primores inciſores II *ſuperius inferiusque*. Laniarii *nulli*.

Pedes *unguiculati*, *curſu ſalientes*.

Victus *rodendo cortices*, *radices*, *vegetabilia etc.*

V. PECORA.

Dentes primores *inferiores inciſores plures*; *ſuperiores nulli*.

Pedes *ungulati biſulci*.

Victus *evellendo plantas ruminandas*.

Ventriculi 4: Rumen *macerans*, *ruminans*; Reticulum *cancellatum recipiens*; Omaſus *multiplicatus conſumens*; Abomaſus *faſciatus*, aceſcens coagulo pro ſebo, ut minus alcaleſcat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0031-6

VI. BELLUAE.

Dentes primores *obtuſi.*

Pedes *ungulati.*

Inceſſus *gravis.*

Victus *extrahendo vegetabilia.*

VII. CETE.

Pedum *loco Pinnae pectorales; cauda horizontalis (plagiura) plana.* Ungues et pili *nulli.*

Dentes aliis *cartilaginei*, aliis *oſſei.* Naſus *loco fiſtula, in calvariae parte anteriore et ſuperiore.*

Victus *e Molluſcis, Piſcibus.*

Locus *pelagicus.*

*Hos a Piſcibus divulſos juſſi Mammalibus aſſociari ob Cor biloculare calidum, Pulmones reſpirantes, Palpebras mobiles, Aures cavas, et aëris ope ſonum percipientes, vertebras colli ſeptem, lumbos et coccygem, Penem intrantem Feminam, Mammis lactantem, idque ex lege naturae jure meritoque.*

CHA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0032-1

# CHARACTERES MAMMALIUM.

## I. PRIMATES.

1. Homo. *Situs erectus. Hymen et Menſtrua Feminarum.*
2. Simia. *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. Lemur. *Dentes primores, inferiores ſex.*
4. Veſpertilio. *Manus palmato-volatiles.*

## II. BRUTA.

36 Rhinoceros. *Cornu in fronte poſitum.*
5. Elephas. *Dentes laniarii et molares, Naſus proboſcide elongatus.*
6. Trichechus. *Dentes laniarii ſuperiores; molares ex oſſe rugoſo. Pedes compedes.*
7. Bradypus. *Dentes molares primo longiore, absque laniariis primoribusve. Corpus piloſum.*
8. Myrmecophaga. *Dentes nulli. Corpus piloſum.*
9. Manis. *Dentes nulli. Corpus ſquamatum.*
10. Daſypus. *Molares absque laniariis primoribusve. Corpus cataphractum.*

## III. FERAE.

11. Phoca. *Dentes primores ſuperiores 6; inferiores 4.*
12. Canis. *Dentes primores 6, 6: ſuperiores intermedii lobati.*
13. Felis. *Dentes primores 6, 6: inferiores aequales. Lingua aculeata.*
14. Viverra. *Dentes primores 6, 6: inferiores intermedii breviores.*
15. Muſtela. *Dentes primores 6, 6: inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
16. Urſus. *Dentes primores 6, 6: ſuperiores excavati. Penis oſſe flexuoſo.*
17. Didelphis. *Dentes primores ſuperiores 10; inferiores 8.*
18. Talpa. *Dentes primores ſuperiores 6; inferiores 8.*
19. Sorex. *Dentes primores ſuperiores 2; inferiores 4.*
20. Erinaceus. *Dentes primores ſuperiores 2; inferiores 2.*

IV. GLIRES.

21. Hyſtrix. *Corpus ſpinis tectum.*
Cavia. *Dentes primores cuneati: Molares 4 ad utrumque latus. Claviculae nullae.*
23. Caſtor. *Dentes primores ſuperiores cuneati. Molares 4 ad utrumque latus. Claviculae perfectae.*
24. Mus. *Dentes primores ſuperiores cuneati. Molares 3 ad utrumque latus. Claviculae perfectae.*
Arotomys. *Dentes primores cuneati. Molares ſuperiores 5, inferiores 4 ad utrumque latus. Claviculae perfectae.*
25. Sciurus. *Dentes primores ſuperiores cuneati, inferiores acuti. Molares ſuperiores 5, inferiores 4 ad utrumque latus. Claviculae perfectae. Cauda diſticha. Myſtaces longae.*
26. Myoxus. *Myſtaces longae. Cauda rotunda apice craſſior.*
Dipus. *Pedes anteriores perbreves, poſteriores praelongi.*
22. Lepus. *Dentes primores ſuperiores duplicati.*
Hyrox. *Dentes primores ſuperiores lati. Cauda nulla.*

V. PECORA.

27. Camelus. *Ecornis. Dentes laniarii plures.*
28. Moſchus. *Ecornis. Dentes laniarii ſolitarii: ſuperioribus exſertis.*
Giraffa. *Cornua breviſſima. Pedes anteriores poſterioribus multo longiores.*
29. Cervus. *Cornua ſolida ramoſa decidua. Dentes laniarii nulli.*
Antilope. *Cornua ſolida ſimplicia perſiſtentia. Dentes laniarii nulli.*
30. Capra. *Cornua tubuloſa erecta. Dentes laniarii nulli.*
31. Ovis. *Cornua tubuloſa reclinata. Dentes laniarii nulli.*
32. Bos. *Cornua tubuloſa porrecta. Dentes laniarii nulli.*

VI. BELLUAE.

33. Equus. *Dentes primores ſuperiores 6; inferiores 6.*
34. Hippopotamus. *Dentes primores ſuperiores 4; inferiores 4.*
Tapir. *Dentes primores ſuperiores 10; inferiores 10.*
35. Sus. *Dentes primores ſuperiores 4; inferiores 6.*

VII. CETE.

37. Monodon. *Dentes in maxilla ſuperiore 2 protenſi, oſſei.*
38. Balaena. *Dentes in maxilla ſuperiore, cornei.*
39. Phyſeter. *Dentes in maxilla tantum inferiore, oſſei.*
40. Delphinus. *Dentes in maxilla utraque, oſſei.*

I. PRI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0034-3 DFG

# I. PRIMATES.

*Dentes primores inciſores: ſuperiores IV, paralleli.*
*Mammae pectorales binae.*

## 1. HOMO. Noſce te ipſum. (*)

Sapiens. 1. H. diurnus; varians cultura, loco.
*Ferus.* Tetrapus, mutus, hirſutus.
*Juvenis urſinus Lithuanus* 1661.
*Juvenis lupinus Haſſiacus.* 1544.
*Juvenis ovinus Hibernus. Tulp. obſ. IV. 9.*
*Juvenis bovinus Bambergenſis Camerar.*



---

(*) Nosse Se Ipsum gradus eſt primus ſapientiae, dictumque *Solonis*, quondam ſcriptum litteris aureis ſupra *Dianae* templum.

*Phyſiologice:* Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina fragili, ſed adoleſcente in perfectiſſimam, facultatibus inſtructam fere omnibus, pluribusque quam reliqua cuncta. *Nudum in nuda humo, natali die, abjecit natura, ad vagitus ſtatim et ploratum, manibus, pedibusque devinciendum, flens Animal ceteris imperaturum; cui ſcire nihil ſine doctrina: non fari, non ingredi, non veſci, non aliud naturae ſponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura permiſit, quae primum naſcentium omen fletum eſſe voluit. Seneca. Sed miſeret atque etiam pudet aeſtimantem, quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo. Plin.*

*Tecum habita.*

*Diaetetice:* Te ſanitate et tranquillitate ſi noveris felicem, *Croeſo*, *Salomone*, *Alexandroque* majorem: Te *Moderatis* conſervandum, *Nimiis* deſtruendum, *Variatis* afficiendum, *Inſuetis* frangendum, *Conſuetis* indurandum. Te polyphagum Culina inſtructiſſima, per errores gratiſſima, igne vinoque horrenda. *Parvo fames conſtat, magno faſtidium. Opinio immenſum deſiderat; Natura exiguum et parabile, ergo ad ſupervacanea ſudatur. Seneca. Prout vivis, ita ibis.*

*Cura valetudinem!*

*Pathologice:* Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior, nulli tot morbi, tot curae, tot pericula: Breve univerſum utique aevi tempus: Pars aequa morti ſimilis exigitur, nec reputantur infantiae anni, qui ſenſu carent; nec ſenectae in poenam vivaces; hebeſcunt ſenſus, torpent membra, praemoriuntur viſus, auditus, inceſſus, dentes, ciborum inſtrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam praeteriit, quicquid aetatis retro eſt mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas eſſe; cito natura revocabit et condet; mors omnes aeque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec.* II. 59.

*Memento mori!*

*Naturaliter:* Te audacis naturae miraculum, animalium principem, cujus cauſſa cuncta genuit natura, eſſe ſimium animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, ſapientiſſimum: ſed fragile, nudum, ſuapte

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0035-8

*Juvenis Hannoveranus.* 1724.
*Pueri Pyrenaici.* 1719.
*Puella Tranſiſalana.* 1717.
*Puella Campanica.* 1731.
*Johannes Leodicenſis Boerhavii.*

*Americanus.* α. rufus, cholericus, rectus.
*Pilis* nigris, rectis, craſſis; *naribus* patulis; *facie* ephelitica; *mento* ſubimberbi.
*Pertinax*, contentus, liber.
*Pingit* ſe lineis daedaleis rubris.
*Regitur* conſuetudine.

*Europaeus.* β. albus, ſanguineus, toroſus.
*Pilis* flaveſcentibus prolixis; *oculis* caeruleis.
*Levis*, argutus, inventor.
*Tegitur* veſtimentis arctis.
*Regitur* ritibus.

γ. Luri-

---

ſuapte natura inerme, ad omnem fortunae contumeliam projectum, alienae opis indigens, anxiae mentis ſollicitaeque tutelae, querulae vitae, precarii ſpiritus, pertinacis ſpei, tardae ſapientiae. Temporis annihilati emortui contemtorem, praeſentis vividi dilapidatorem, futuri dubii aeſtimatorem in vita volucri, pretioſiſſima, irrevocabili; ſic optima quaeque dies miſeris mortalibus aevi prima fugit; alium ad quotidianum opus laborioſa egeſtas vocat, alium luxus incarcerat, altilemque ſuffocat; alium ambitio nunquam quieta ſollicitat; alius divitiis, quas optaverat, metuit, et voto laborat ſuo; alium ſolitudo, alium veſtibulum ſemper obſidens turba. Hic ſe habere dolet liberos, hic ſe perdidiſſe; lacrymae nobis deerunt, antequam cauſſae dolendi, quas detergant ſola oblivia. *Sed quousque nos malos noſtra mala rapuere; circumferre pericula, ruere in ignotos, iratos ſine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, ſecundos optare ventos, quorum felicitas eſt ad bella perferre: parum videlicet ad mortes noſtras terra late patet. Senec. cetera animantia congregari contra diſſimilia, at homini plura ex homine mala. Plin.*

*Innocue vivito, Numen adeſt!*

*Politice:* Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum conſuetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, ſecundum quam honeſtus, fortis, ſapiens, moratus, pius exiſtimaris; cum gubernatus opinione vivas ad conſuetudinem, nec ad rationem. Te, inter perituros conſtitutum, cum nulli contigit impune naſci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem praebeas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in craſtinum lapillos fortunae certas, latratu in furorem ageris, aliter theoretice pios odio perſequeris, quantosque tumultus excitas, non ut ſervias, ſed cui; nugis irrevocabile tempus conſumis; immortalia aeternaque animo volutas, de ſeris nepotibus pronepotibusque disponis, novas ſpes oblitus conditionis tuae inchoas, immemor ſepulchri arces ſtruis, cum interea longa conantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ἀνθρωπος) ſomnium primo obſervas; *Sic vivimus ut immortales, et morimur, ut mortales. Senec.*

*Eſto antiqua virtute et fide!*

*Mora-*

*Aſiaticus.* γ. luridus, melancholicus, rigidus.
*Pilis* nigricantibus; *oculis* fuſcis.
*Severus*, faſtuoſus, avarus.
*Tegitur* indumentis laxis.
*Regitur* opinionibus.

*Afer.* δ. niger, phlegmaticus, laxus.
*Pilis* atris contortuplicatis; *cute* holoſericea; *naſo* ſimo; *labiis* tumidis. *Feminis* ſinus pudoris; *mammae* lactantes prolixae.
*Vafer*, ſegnis, negligens.
*Ungit* ſe pingui.
*Regitur* arbitrio. (*)



---

*Moraliter:* Te combinatum medullari animato volente juſtum, et corporeo affectuoſo volente gratum, ſub *larva* ineptum, laſcivum, ſectatorem, ambitioſum, prodigum, querulum, aſtutum, moroſum, invidum, malitioſum, avarum, *transformari* in attentum, caſtum, conſideratum, modeſtum, ſobrium, tranquillum, ſincerum, mitem, beneficum, gratioſum, ſuis contentum. *Uni animantium luctus, luxuria, ambitio, avaritia, vivendique cupido; curat atque etiam poſt ſe de futuro. Plin.*

*Benefac et laetare!*

*Theologice:* Te ultimum finem creationis;
In telluris globum, Omnipotentis magiſterium, introductum; ratione ſapiente, ſecundum ſenſus concludente, mundi contemplatorem; ut ex opere agnoſceres Creatorem omnipotentem, omniſcium, immenſum et ſempiternum DEUM, cujus ſub imperio quod moraliter vivas, a juſtiſſima ejus nemeſi convincaris. *(Cetera revelata a Theologis explicanda.)*

*Duo enim ſunt, quae in cognitionem* DEI *ducant, Creatio et Scriptura.*
*Auguſtinus.*

DEUS *itaque Natura cognoſcendus, dein Doctrina recognoſcendus.*
*Tertullianus.*

*Homo ſolus* DEUM *contemplatur, Naturae et revelationis eundem Auctorem.*

*quem Te* DEUS *eſſe*
*juſſit, et humana qua parte locatus es in re, diſce.*
*Perſ. Sat.* III. 71.

*Memento Creatoris Tui!*

(*) Melius forſitan diſpeſcerentur hominum ſpecies ita:

albus. α. Structura ad leges pulchritudinis, quas nos quidem putamus eſſe, quam maxime accommodata.
Huc ſpectant Europaei fere omnes; incolae Aſiae, intra Obium, mare Caſpium, montem Imaum, et Gangen ſitas; porro Africae ſeptentrionalis, et ipſi Groenlandi et Eskimos.

badius. β. Ex flavo fuſci, pilis rarioribus, facie plana, oculis parvis.
Huc referas reliquos Aſiae incolas.

niger. γ. Pilis criſpis, naſo retuſo, labiis tumidis.
Huc pertinent ceteri Africae incolae.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0037-0

*Monſtroſus.* ε. ſolo (a) et arte (b. c.) variat:
a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.
*Patagonici* magni, ſegnes.
b. *Monorchides* ut minus fertiles: Hottentotti.
*Imberbes* plures Americae populi.
c. *Macrocephali* capite conico: Chinenſes.
*Plagiocephali* capite antice compreſſo: Canadenſes.

*Habitat intra* Tropicos *Palmis Lotophagus.*
*Hoſpitatur extra* Tropicos *ſub novercante Cerere, carnivorus.*

Descriptio: Corpus erectum, nudum, uti quidem in lucem editur inerme, pilis raris remotiſſimis adſperſum, ſubſexpedale.

Caput obovatum: *Pileus* longius piloſus: *Syncipite* obtuſo, *Vertice* obtuſo, *Occipite* gibboſo.

*Facies* nuda: Frons planiuſcula quadrata, *temporibus* compreſſa, angulis ſinu intra pileum adſcendens. *Supercilia* prominula pilis extrorſum in ſuturam imbricatis, interſtincta *Glabella* planiuſcula. *Palpebra ſuperior* mobilis, *inferior* quieta; utraque *ciliis* exſtantibus ſubrecurvatis pectinata: *Oculi* nullo muſculo ſuſpenſorio detenti, rotundi: *Pupilla* orbiculata abſque membrana nictitante. *Genae* gibbae, molliuſculae, coloratae. *Malae* compreſſiuſculae. *Buccae* laxiores. *Naſus* prominens, labio brevior, compreſſus, apice altior gibboſiorque: *Naribus* ovatis intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *lacuna* exaratum; *labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Os* maribus ſetis barbatum, inprimis mentum ſetis faſciculatum. *Dentes* maxillae ipſi inſidentes utrinque *Primores* inciſores, erecti, paralleli, approximati, magis aequales, plani ac rotundi, quam quidem in aliis animalibus; *laniarii* ſolitarii, primoribus paulo longiores, breviores tamen, quam in aliis animalibus, utrinque reliquis approximati; *molares* quini, obtuſiuſculi, non tam alte inciſi, quam in aliis animalibus. *Aures* laterales: *auriculae* rotundato-lunatae, appreſſiuſculae,

---

cupreus. δ. Colore cutis ad cuprum accedente.
Huc numerandi reliqui praeter Groenlandos et Eskimos Americae incolae.

fuſcus. ε. Ut plurimum colore fuſco, naſo lato, pilis denſioribus.
Huc ſpectant inſularum auſtralium, et plurimarum indicarum incolae.
G.

uſculae, nudae, ſupra margine fornicatae; infra gibboſae, molles.

TRUNCUS conſtans collo, thorace, dorſo, abdomine.

*Collum* teretiuſculum, capite brevius; *vertebrae* ejus nullo ligamento ſuſpenſorio connexae; *cervicis nucha* concava; *gula* ſupra concava, medio ſubtus gibba.

*Thorax* antice poſticeque depreſſiuſculus; *pectus* planiuſculum, *jugulo* excavato, *axillis* concavis barbatis, *ſcrobiculo* planiore. *Mammae* duae, pectorales, diſtantes, gibbae, rotundatae; *papilla* cylindrica, obtuſa, rugoſa, *areola* cincta.

*Dorſum tergo* planiuſculo, *humeris* exſtantibus, *interſcapulio* depreſſo.

*Abdomen* gibbum, laxum; *umbilico* excavato, *epigaſtrio* planiore, *hypogaſtrio* gibboſiore, *inguinibus* planiuſculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Pelvis* ſupra dilatata, infra anguſtata. *Genitalia* exſerta: *pene* cylindrico, ſcroto ſubrotundo, rugoſo cute laxa, *ſutura* longitudinali per *perinaeum* excurrente, ſ. *vulva* gibba compreſſiuſcula, *hymene, clitoride, nymphis*que inſtructa, ex qua fluxus adultis ſanguinis periodicus. *Cauda* exſerta nulla.

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum, et *pedibus* poſterioribus.

Manuum *Armi* divaricati craſſiuſculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuſo-prominulus. *Ulna* craſſitie armorum, teres, introrſum planior. *Palmae* rotundatae, dilatatae, planae, extus convexae; *vola* concava; *digiti* V: *Pollex* remotus, brevior, craſſior; *Digiti* 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, ſed 3 paulo longior, medium femoris attingens. *Ungues* omnibus rotundati, obovati, plano-convexi; *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *lumbis* muſculoſis, *natibus* gibbis carnoſis, *genubus* antrorſum verſis, obtuſiſſimis, poplitibus ſubtus concavis. *Crura* longitudine femorum; poſtice muſculoſo-ventricoſa, inferne anguſtiora, antice macra. *Calcanei talis* oblongis et (quam in aliis animalibus) latioribus, cum planta pedis ipſa junctis, inſiſtentes, craſſi, prominuli, gibbi: *malleolis* lateralibus oppoſitis, hemiſphaericis, duriuſculis. *Plantae* oblongae ſupra convexiuſculae, ſubtus planae, transverſim concavae. *Digiti* V: omnes incurvi, ſubtus gibbi, approximati: *Pollex* craſſior, brevior; 2, 3 ſubaequales, 4, 5 decreſcentes, ultimo minimo. *Ungues* ut in manibus omnes.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0039-4

*Differt* itaque a reliquis corpore erecto nudo; at piloſo capite, ſuperciliis, ciliisque, in maturis pube, axillis, in maſculo ſexu mento. Mammae 2 pectorales. Caput cerebro omnium maximo; uvula; organa loquelae; facies abdomini parallela, nuda; naſo prominente, compreſſo, breviore, mento prominente. Cauda nulla. Pedes talis inſiſtentes. Feminis hymen, et menſtrua.

## 2. SIMIA. *Dentes Primores* utrinque IV, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, longiores, hinc remoti.
*Molares* obtuſi.

* Cauda nulla, *Simiae* veterum.

Troglodytes. 34. S. ecaudata macrocephala toroſa, dorſo et humeris piloſis, reliquo corpore glabro. *Blumenbach Compend. hiſtor. natur.* I. p. 65. et *de generis humani varietate nativa.* p. 37.

Satyrus indicus. *Tulpii obſervat. medic. p.* 284. *Tab.* XIIII.

Chimpanzee. *Scotin. v. Nov. Act. Er. Lipſ. m. Sept.* 1739. *Tab.* V. *p.* 564.

*Habitat in* Angola, 1738. *menſe Auguſto primo in* Europam, Londinum *ſcilicet, delatum animal.*

Satyrus. 1. S. ecaudata ferruginea, lacertorum pilis reverſis, natibus tectis. *Amoenit. acad.* 6. *p.* 68. *t.* 76. *f.* 4.

Homo ſylveſtris. *Edw. av.* 5. *p.* 6. *t.* 213.

Orang-Utang. *Camper kort Berigbt wegens de Ontleding van verſchiedene Orang-Utangs.* Amſterd. 1778. 8.

*Habitat in inſula* Borneo.

Corpus

---

Quae de homine troglodyte refert Immortalis Auctor, partim figmentis nituntur, partim ad monſtroſam morboſamve hominum progeniem, partim ad ſimias pertinent. Ad prima refero praeſertim, quae de loquela, cogitationibus, ratiociniis ejus referuntur; alterum teſtatur citatum Kakurlacko ſynonymon, tertium Bontius allegatur et reliqua deſcriptio: Ad fictitia refero pariter luciferum ſive hominem caudatum.

Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis, *Ennius;* quod Simiae Mammae, Clitoris, Nymphae, Uterus, Uvula, Cilia, Ungues hominis ſunt; ligamentum colli ſuſpenſorium, ut illi, deficit: *Mirum adeo parum differre ſtultiſſimam Simiam a ſapientiſſimo homine.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0040-6

Corpus *bipedale, ſaepius erectum, undique veſtitum brunneum, pilis rarioribus rufo-fuſcis, longitudine vix digiti. Pili in lacertis reverſi verſus cubitum.* Nates *tectae.* Caput *rotundum. Frons nuda. Oris margo hirtus. Cilia nigra; ſuperiora longiora, denſiora. Superciliorum loco ſeries transverſa pilorum. Nares breviſſimae ſubvilloſae.* Palmae *intus glabrae, pollice palma breviore.* Plantae *forma pedum, pollice breviſſimo, reliquis digitis longioribus.*

*Magna huic cum homine intercedit ſimilitudo, oſſe etiam hyoideo; aſt praeter alia cum ſimiis communia pollici pedum poſteriorum deeſt unguis, laryngis alia plane eſt ſtructura, et tum muſculi, tum univerſa oſſium compages oſtendunt non natum eſſe bipedi ingreſſui animal.*

*Habetur hujus varietas major quinque vel ſex pedum.*

Great Ape. *Pennant ſynopſ. of quadr. n.* 64. *p.* 93.

Pongo. *Buffon hiſtoir. natur. Vol.* XIV. *p.* 43.

Homo ſylveſtris, Orang-Outang. *Bont. jav.* 84. *t.* 84.

*An ſexu aut aetate, vel, quod probabilius, varietate aut ſpecie differunt, patria certiſſime diverſae, quae ipſis eſt Angola?*

Homo ſylveſtris, Orang-utang. *Tyſon anat. of a pygmy.* Lond. 1699. 4. *f.* 1. 2.

Jocko. *Buffon hiſtoir. natur. Vol.* XIV. *p.* 43. T. 1. *

Cyolock. *de Viſme act. angl. Vol.* XIV. *p.* 73. T. 3.

**Lar.** 35. S. ecaudata, natibus calvis, brachiis longitudine corporis.

Homo Lar, brachiis longitudine corporis. *Mantiſſ. pl.* 2. *p.* 521. *Miller on various ſubj. of nat. hiſt. t.* XXVII. *A. B.*

Grand Gibbon. *Buffon hiſt. natur.* T. XIV. *p.* 92. T. 2.

Longarmed ape. *Pennant Quadr. p.* 99. *n.* 66.

Simia longimana. *Schreber Saeugthiere,* I. *p.* 66. *Tab.* III. 1.

*Habitat in* India, *mitis, ſegnis, frigoris pluviaeque impatiens.*

*Facie incarnata ſubnuda, et ingreſſu ſaepius erecto magis ad hominem accedit, quam Satyrus. 4 pedum altitudinem aſſequitur, niger.*

*Habetur autem varietas fuſca vix ultra $2\frac{1}{2}$ pedes alta.*

Petit gibbon. *Buffon hiſt. nat.* XIV. *t.* 3.

*Schreber Saeugth.* T. III. *f.* 2.

**Sylvanus.** 2. S. ecaudata, natibus calvis, capite ſubrotundo, brachiis brevioribus.

Simia. *Geſn. quadr.* 847.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0041-1

Simia unguibus omnibus planis et rotundis. *Briſſ. quadr.* 188.
Cercopithecus. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f.* 5.
Pitheque. *Buffon hiſt. nat. Vol.* I. *p.* 84.
Pygmy-ape. *Pennant ſynopſis, p.* 98. *n.* 65. T. 12. *f.* 1.
*Habitat in* Africa, Zeylona. *Minatur minis, cachinno blanditur, Caffrorum more ſalutat. Sorbilia manu haurit.*
Frons *ad ſuperciliorum regionem transverſe gibba.* Facies *brevis plana.* Pellis *urſina.* Scrotum *tanquam intra vulvam reconditum; vel penis intra ſcroti foramen; autumno* teſticuli *intumeſcunt.* Sedes *feminae rapi inſtar extuberans.* Lacertorum *pili ſubtus reverſi, uti et cervicis.* Πιθηκον veterum.
*Anatome. E. N. C. d.* 2. *a.* 7. *obſ.* 40.

Inuus. 3. S. ecaudata, natibus calvis, capite oblongo.
Simia cynocephala, unguibus planis et rotundatis. *Briſſon quadr.* 191.
Cynocephalus 1 et 2. *Alpin. aegypt. p.* 241. T. 15. *f.* 1. *et* T. 16.
Magot. *Buffon hiſt. natur.* XIV. *p.* 109. T. 8. 9.
Barbary-ape. *Pennant ſynopſ. p.* 100. *n.* 67.
Simia Inuus. *Schreber Saeugthiere*, I. *p.* 71. T. V.
*Habitat in* Africa.
*Simillima* S. *Sylvano* et *Cynocephalo, ſed roſtro productiore, colore pallidiore; non miſcetur cum Sylvano.* Ungues *omnes rotundati.*

** *Cauda abbreviata:* Papiones, Κυνοκεφαλα veterum.

Nemeſtrina. 4. S. ſemicaudata ſubbarbata griſea, iridibus brunneis, natibus calvis.
Simia brevicaudata. *Edw. av.* 5. *p.* 8. *t.* 214.
*Habitat in* Sumatra.

Apedia. 5. S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, unguibus oblongis: pollicum rotundatis; natibus tectis.
Simia cauda abrupta, unguibus compreſſis: pollice palmarum digitis adhaerente. *Amoen. acad.* I. *p.* 278.
*Habitat in* Indiis.
*Magnitudo et color ſciuri, ſubgriſea.*
Pollex *manuum anticarum non remotus.* Ungues *omnes oblongi compreſſi, ſed pollicum tam anteriorum, quam poſticorum humanis ſimiles.* Cauda *breviſſima, vix pollicis* trans-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0042-7

*transverſi.* Os *fuſcum pilis patulis. An a* S. *ſciurea ſpecie diſtincta?*

Sphinx. 6. S. ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acuminatis, natibus calvis.
Papio ſ. Baboon. *Geſn. quadr.* 252. *t.* 253. *Aldrov. dig.* 260. *Jonſt. quadr.* 145. *t.* 61. *f.* 1. *Raj. quadr.* 158. *Briſſ. quadr.* 192.
Papion. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 133. T. 13. 14.
Simia Sphinx. *Schreber Saeugthiere*, I. *p.* 80. *Tab.* VI.
*Habitat in* Borneo, *animal libidinoſum, mulieribus facile vim inferens, robuſtum et ferox.*
Caput *oblongum canis, ſed obtuſius.* Collum *longum.* Cauda *brevis, erecta.* Nates *ſanguinolentae.*

Mormon, 36. S. ſemicaudata ſubbarbata nigro-fuſca, malis tumidis nudis cyaneis oblique ſtriatis, natibus calvis ſanguineis. *Alſtroemer Act. Holmienſ.* 1766. *Vol.* 27. *p.* 138.
Simia ſemicaudata barbata, vertice ſetis erectis mitram referentibus obſito, unguibus acutis. *Kramer animal. auſtr. p.* 310.
Mantegar. *Philoſoph. Transact. n.* 290.
Chloras. *Breslauer Natur- u. Kunſtgeſch.* XV. *Verſ.* 177.
Tufted ape. *Pennant ſynopſ. p.* 102. *n.* 68. T. 12. 13. *f.* 2. 1. (ic. mal.)
Simia Mormon. *Schreber Saeugthiere*, I. *p.* 65. T. VIII.
*Habitat in* India.
Frons *pilis erectis faſtigiatis canis.* Roſtrum *productum nudum.* Naſus *ſanguineus.* Bucca *nuda caeruleſcens, oblique ſulcata.* Barba *alba brevis.* Gula *flaveſcens.* Collum *ſupra canum, ſubtus flaveſcens.* Dorſum *griſeo-fuſcum.* Abdomen *exalbidum.* Lumbi *pilo tenuiore perlucente, cute violacea.* Nates *tuberoſae nudae, ſanguineae.* Sutura *abdominis longitudinalis, nuda, ſanguinea.* Cauda *abbreviata.* Ungues *acutiuſculi, pollicum rotundati. Georgii.*

Maimon. 7. S. ſemicaudata ſubbarbata, genis caeruleis ſtriatis, natibus calvis.
Cynocephalus. *Geſn. quadr.* 93. *t.* 93. *Cluſ. exot.* 370.
Cynocephalus 2. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f.* 4.
Cercopithecus cynocephalus, anterius longis pilis, naſo violaceo nudo. *Briſſ. quadr.* 214.
Mandrill. *Buffon hiſt. nat.* XIV. *p.* 154. T. 16. 17.

Ribbed-

Ribbed-noſe ape. *Pennant Synopſ. p.* 103. *n.* 69.
Simia Maimon. *Schreber Saeugthier.* I. *p.* 74. T. VII.
*Habitat in* Guinea.
*Differt a priori naſo ſimiliter caeruleſcente, et deficiente verticis coma.*

Porcaria. 48. S. ſemicaudata, capite ſuillo, roſtro nudo, corpore fuſco-olivaceo, natibus tectis, unguibus acuminatis. *Boddaert Naturf.* 22. *p.* 17. *t.* 1. 2.
H*abitat in* Africa, χειροπιθηκος *Ariſtotelis, 3 pedes et 6 pollices longus.*

* * * *Cauda elongata:* Cercopitheci, Κηβοι *Ariſtotelis.*
* *buccis ſaccatis, natibus calvis.*

Cynoſuros. 37. S. caudata imberbis, facie elongata, fronte fuliginoſa, faſcia ſuperciliari albida, genitalibus maſculis coloratis, unguibus convexis. *Scopoli delic. flor. et faun. inſubric.* Ticin. 1786. *fol. P.* I. *p.* 44. T. XIX.
*Habitat in* - - -
*Statura canis mediocris; corporis longitudo fere bipedalis. Animal infidum, inquietum, ſalaciſſimum.*

Hamadryas. 8. S. caudata cinerea, auribus comoſis, unguibus acutiuſculis, natibus calvis.
Simia *aegyptiaca*, cauda elongata, clunibus tuberoſis nudis. *Haſſelq. it.* 189.
Simia ſupra aures comata. *Alpin. hiſt. nat. Aeg. p.* 242. T. 17--19.
Cynocephalus. *Geſn. quadr. p.* 252. *fig. p.* 253.
Dog-faced ape. *Penn. ſynopſ. p.* 107. *n.* 72. *Tab.* 14. *f.* 1.
Simia Hamadryas. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 82. T. X.
*Habitat in* Africa.
Corpus *cinereum.* Cauda *longitudine vix corporis.* Aures *longa coma utrinque dependente galericuli in modum.* Nates *calvae ſanguinolentae.*

Veter. 9. S. caudata barbata alba, barba nigra.
Cercopithecus barbatus albus, barba nigra. *Briſſ. quadr. p.* 147.
Simia alba ſeu incanis pilis, barba nigra promiſſa. *Raj. quadr. p.* 158.
Lowando. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 169.
*β.* Simia lactea barbata. *Penn. ſynopſ. p.* 110.
*Habitat in* Zeylona.

**Silenus.** 10. S. caudata barbata nigra, barba nigra prolixa.
Cercopithecus barbatus niger, caeſarie prolixa faciem cingente. *Briſſ. quadr.* 209.
Simia Callitrix magnitudine magnorum cynocephalorum. *Alpin. aeg. p.* 242. *t.* 21.
β. Simia *Silenus* caudata barbata, corpore nigro, barba nivea prolixa. *Syſt. edit.* X. *p.* 26.
Cercopithecus barbatus niger, barba incana promiſſa. *Raj. quadr. p.* 158.
Ouanderon. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 169. T. 18.
Lion-tailed ape. *Pennant ſyn. p.* 109. *n.* 73. T. 13. *A. f.* 1.
Simia Silenus. *Schreber Saeugth. Tom.* I. *p.* 88. *ſqq. Tab.* XI.
*Habitat in* Zeylona et reliqua India.

**Faunus.** 11. S. caudata barbata, cauda apice floccoſa.
Cercopithecus barbatus infra albus, barba incana mucronata, cauda in floccum. *Briſſ. quadr.* 209.
Cercopithecus barbatus 1. *Cluſ. exot. p.* 371.
Malbrouck. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 224. *Tab.* 29.
Simia Faunus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 90. T. XII.
*Habitat in* Bengala.
Corpus *nigricans.* Pectus et abdominis anteriora *alba.* Barba *incana mucronata.* Ungues *humani.*

**Cynomolgus.** 15. S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, cauda arcuata, natibus calvis.
Cercopithecus cynocephalus, naribus bifidis elatis, natibus calvis. *Briſſ. quadr.* 213.
Cercopithecus angolenſis major. *Raj. quadr.* 155.
Macaque. *Buffon hiſt. nat.* XIV. *p.* 190. *t.* 20.
Hare-lipped ape. *Penn. ſyn. p.* 111. *n.* 74.
Simia cynomolgos. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 91. T. XIII.
*Habitat in* Africa; *vigilias noctu inſtituit in arboribus, vix a ſequente diverſa.*

**Cynocephalos.** 16. S. caudata imberbis flaveſcens, ore producto, cauda recta, natibus calvis.
Cercopithecus cynocephalus ex virideſcentibus et flavicantibus pilis. *Briſſ. quadr.* 213.
Cercopithecus. *Jonſt. quadr. t.* 59. *f. ult.*
*Habitat in* Africa.
*Simillima* S. *Inuo, ſed caudata.*

Diana. 17. S. caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata. *Act. Stokh.* 1754. *p.* 210. *Tab.* 6.

Cercopithecus barbatus fuſcus, punctis albis inſperſis, barba alba. *Briſſ. quadr. p.* 148. *n.* 23.
Cercopithecus barbatus guineenſis. *Raj. quadr.* 159.
Cercopithecus barbatus 2. *Cluſ. exot.* 371.
Spotted ape. *Penn. ſyn. p.* 112. *n.* 75.
Simia Diana. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 94. T. XIV.

*Habitat in* Guinea.

*Junior ludibunda dejicit omnia, peregrinos nutitando ſalutat, irata maxillas hiante ore exagitat. Adultior* dentibus laniariis *elongatis mordax et maligna evadit. Cubile purum ſervat; vocata reſpondet greck.*

Magnitudo *felis majoris, nigra punctis albidis.* Dorſum *poſtice ferrugineum.* Femora *ſubtus helvola.* Gula pectusque *alba.* Frons *pilis erectis albis faſtigiatis linea transverſa in formam lunae creſcentis.* Barba *faſtigiata nigra, ſubtus alba longiorque, inſidens tuberi adipoſo. Linea alba ab ano ad genua ab exteriore latere* femorum *ducta.* Cauda *recta longa nigra, uti facies, aures, abdomen, pedes.*

Sabaea. 18. S. caudata imberbis flavicans, facie atra, cauda cinerea, natibus calvis.

Cercopithecus ex cinereo flaveſcens, genis longis pilis albis obſitis. *Briſſ. quadr. p.* 145. *n.* 17.
Cercopithecus de S. Jago. *Edw. av.* V. *p.* 210. *t.* 215.
Callitriche. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 272. T. 37.
Green ape. *Penn. ſyn. p.* 112. *t.* 76.
Simia Sabaea. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 100. *t.* XVIII.

*Habitat in* Inſulis promontorii viridis, ad caput bonae ſpei, et in finitimis regionibus.

Corpus *ſtatura Dianae* ſ. *Aygulae, magnitudine cati, ſupra cinereo-viridi-flaveſcens; ſubtus gula, pectore, abdomine, femoribus album.* Facies *nuda, atra. Tempora ex albido flaveſcentia pilis longioribus reverſis; ſupercilia nigra ſetoſa.* Cauda *recta, longitudine corporis, cana.* Pedes *cinerei; ungues rotundati, ſed in anticis ovati.*

Cephus. 19. S. caudata, buccis barbatis, vertice flaveſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.

Cercopithecus nigricans, genis et auriculis longis pilis ex albo flavicantibus, ore caeruleſcente. *Briſſ. quadr.* 206.

Cerco-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0046-0
DFG

Cercopithecus barbatus alius Guineenſis. *Raj. quadr.* 156.
Monſtac. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 283. *t.* 39.
Simia Cephus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 102. T. XIX.
*Habitat in* Guinea.
Corpus *ſtatura Dianae, fuſcum, ſubtus caeruleſcente-candicans.* Caput *pilis arrectis albidis; lunula ſuperciliorum alba transverſa; palpebrae ſuperiores albae; buccae pilis patulis; os caeruleſcens.*

Aethiops. 38. S. caudata imberbis, capillitio erecto lunulaque frontis albis. *Syſt. nat. ed.* X. *p.* 28. *n.* 14.
Mangabey. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 244. *t.* 82. 83.
White eye-lid ape. *Penn. ſyn. p.* 114. *n.* 77.
Simia Aethiops. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 105. T. XX. XXI.
*Habitat in* Madagaſcar.

Aygula. 21. S. caudata ſubimberbis griſea, eminentia piloſa verticis reverſa longitudinali. *Osbeck iter.* 99.
Simia nigra magnitudinis mediae. *Edw. av.* 221. *t.* 311.
Aigrette. *Buffon Hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 190. *t.* 21.
Simia Aygula. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 106. T. XXII.
*Habitat in* India, *praeſertim* Java.
Corpus *griſeum lupi coloris, ſubtus gula, pectore, abdomineque albicans.* Cauda *corpore longior cinerea attenuata.* Facies *planiuſcula, albida, nuda.* Naſus *depreſſus, breviſſimus, ab ore remotus, lacuna labii ſuperioris gemina.* Bucca *ſubbarbata, pilis ſurſum verſis.* Supercilia *frontis gibba, ſetoſa, prominentia.* Pedes *nigri, ſemipalmati.* Ungues *pollicum rotundati, reliqui oblongi.* Auriculae *acutiuſculae.* Sutura *arcuata ab aure verſus oculos deorſum ad baſin maxillae inferioris. Sutura alia cubiti longitudinalis.*
Varietas? *mea capite rotundiore; facie minus nigra, colore corporis minus ferrugineo; ligata ſaltat continuo.*

nictitans. 23. S. caudata imberbis nigra punctis pallidis adſperſa, naſo albo, pollice palmarum breviſſimo, natibus tectis.
Cercopithecus angolenſis alius, totus niger, at inſperſo cano nigredini per totum corpus, naſo albo. *Marcgr. Braſil. p.* 227.
*Habitat in* Guinea, *ludibunda, capite continuo nictitans apud Profeſſ. Botan. Burmannum Amſtelodami viſa.*
Magnitudo *fere Sylvani.* Os *breve.* Facies *piloſa.* Orbitae *nudae.* Irides *luteae.* Pili *corporis nigri, annulis*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0047-5

*aliquot pallidis.* Labia et mentum *albida.* Cauda *recta cylindrica, corpore longior.* Pedes et cauda *nigra.* Pollex *palmarum non longior primo articulo indicis. Cl. Alſtroemer.*

Sinica. 39. S. caudata imberbis, capillitio undique horizontaliter caput obumbrante. *Mantiſſ. plant.* 2. *p.* 521.
Bonnet chinois. *Buff. hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 224. *t.* 30.
Chineſe ape. *Penn. ſynopſ. p.* 117. *n.* 83.
Simia ſinica. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 108. *t.* XXIII.
*Habitat in* Bengala.
Cauda *corpore multo longior:* Ungues *pollicis rotundi, reliquorum digitorum oblongi.*

Nemaeus. 40. S. caudata imberbis, buccis barbatis, cauda alba. *Mantiſſ. plant.* 2. *p.* 521.
Cercopithecus cinereus, genis longis pilis ex albo flavicantibus obſitis, torque ex caſtaneo purpuraſcente. *Briſſon. quadr. p.* 146.
Douc. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 298. *T.* 41.
Cochinchina ape. *Penn. ſyn. p.* 119. *n.* 85.
Simia Nemaeus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 110. *t.* XXIV.
*Habitat in* Cochinchina.
Statura *bipedalis.* Facies *fere ſpadicea;* aures *ejusdem coloris.* Frontis *faſcia anguſta magis fuſca;* pili *ſuprapoſiti nigri;* pili *faciem cingentes albidi flavidis intermixtis:* Colli *ad anteriora torquis ejusdem coloris ac frontis faſcia.* Humeri et brachia ſuperiora *nigra;* manus *albidae;* inguina *ejusdem coloris.* Crura *ſuperius, ut et* digiti *pedum nigri.* Pedes *ipſi inde a genubus fuſci. Ex hac ſpecie potiſſimum Bezoar ſimiae.*

Mona. 41. S. caudata barbata, lunula ſuperciliari elata ex albo griſea.
Cercopithecus pilis ex nigro et rufo variegatis veſtitus, pedibus nigris, cauda cinerea. *Briſſ. quadr. p.* 141.
Mone. *Buff. hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 258. *t.* 36.
Varied ape. *Penn. ſyn. p.* 118. *n.* 84.
Simia Mona. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 97. *t.* XV.
*Habitat in* Mauritania et calidiore Aſia.
*Animal ſeſquipedale, blandum, docile, frigus ferens.*

rubra. 42. S. caudata barbata, buccis barbatis, vertice, dorſo caudaque ex rufo ſanguineis.
Pates. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 208. *t.* 25. 26.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0048-1

Red ape. *Penn. ſyn. p.* 116. *n.* 8.
Simia Mona. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 98. *t.* XVI.
*Animal ſeſquipedale. Faſcia ſupra oculos nunc alba, nunc nigra.* Cauda *corpore longior.*

Talapoin. 43. S. caudata barbata, buccis barbatis, auribus, naſo et pedum plantis nigris.
Talapoin. *Buffon hiſt. nat.* T. XIV. *p.* 287. *t.* 40. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 101. *t.* XVII.
*Altitudine pedem non ſuperat.* Cauda *ſeſquipedalis.*

Petauriſta. 44. S. caudata barbata, dorſo, caudae ſuperiore, et pedum anteriore latere ex olivaceo nigris, facie nigra, naſi macula triquetra nivea.
Blanc-nez. *Allamand edit. de l'hiſt. nat. de Buffon.* T. XIV. *p.* 141. *t.* 39.
Simia Petauriſta. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 103. *t.* XIX. *B.*
*Habitat in* Guinea.
*Blandum et agile animal,* 13 *pollices altum,* cauda 20 *circiter pollices aequante.*

Maura. 45. S. caudata barbata, buccis et univerſa facie, palpebris et regione ab oculis ad naſi finem protenſa exceptis, barbata, corpore ex luteo fuſco.
Middle-ſized black monkey. *Edw. av.* 3. *p.* 221. *t.* 311.
Simiolus ceilonicus. *Seba theſ.* I. *p.* 77. *t.* 48.
Negro ape. *Pennant ſyn. p.* 115. *n.* 80.
Simia Maura. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 107. *t.* XXII. *B.*
*Habitat in* Zeylona et Guinea.
*Agile animal, dum ſedet,* 7 *pollices altum.* Cauda *corpore longior.*

Roloway. 46. S. caudata barbata, capite, dorſo, manibus pedibusque extrinſecus nigris, interius una cum abdomine et corona pilorum faciem triquetram ambiente albis.
Palatine ou Roloway. *Allamand edit. de l'hiſt. nat. de Buffon* T. XV. *p.* 77. *t.* 13.
*Habitat in* Guinea.
*Animal blandum ſeſquipedale,* cauda *ejusdem longitudinis.*

* * *buccis non ſaccatis, natibus tectis.*

* cauda prehenſili.

Beelzebul. 12. S. caudata barbata nigra, cauda prehenſili, extremo pedibusque brunneis.
Cercopithecus niger, pedibus fuſcis. *Briſſon quadr.* 194.

Guariba. *Marcgr. braſil. p.* 226.
Howling baboon. *Bancroft Guiana. p.* 133.
Ouarine. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 5.
*Habitat in* America meridionali.
*Gregatim noctu et interdiu vagatur, continuo et ſatis ſonoro ululatu ſylvas replens, ferox.*
Corpus *magnitudine vulpis nigrum, pilis longis laeviſſimis nitidum.* Barba *rotunda nigra.* Pedes et caudae extremum *fuſca.*

Seniculus. 13. S. caudata barbata rufa, cauda prehenſili.
Cercopithecus barbatus ſaturate ſpadiceus. *Briſſ. quadr.* 206.
Cercopithecus barbatus maximus ferruginoſus ſtentoroſus, Alacuta, Singe rouge. *Barrere Franc. équin. p.* 150.
Arabata. *Gumilla Orenoquo.* 2. *p.* 8.
Alouate. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 5.
*Habitat* Carthagenae, in Cayenna, ad Amazonum fluvium *in ſilvis. Transeuntes ex arboribus voce ingrata, rauca admodum, ſimul clamoſa eminusque audienda ſalutant; vix adſpici ſe ſinunt, quin illico clament. Victitant muſae fructibus.* Jacquin.
Corpus *mediocre, colore conformi rubro.* Os *hominis inſtar in anteriore faciei parte mento propendente ſatis magno, ut in homine.*

Paniſcus. 14. S. caudata imberbis atra, cauda prehenſili, palmis tetradactylis.
Simia fuſca major, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda. *Brown jamaic.* 489.
Cercopithecus in pedibus anterioribus pollice carens, cauda inferius verſus apicem pilis deſtituta. *Briſſ. quadr.* 211.
Coaita. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 16. *t.* 1.
Quato. *Bancroft Guiana. p.* 131.
Simia Paniſcus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 115. *t.* XXVI.
*Habitat in* America meridionali. *Agilis, audax, geſticulationum et vindictae amans, frigoris impatiens.*
Corpus *atrum, aliquando potius fuſcum, magnitudine moloſſi.* Pedes *omnes, quemadmodum abdomen, graciles;* hi et cauda dimidia *exterior nunc brunnea, nunc cum reliquo corpore atra.* Caudae *extremitas hinc nuda, qua, quicquid a terra elevat, prehendit.* Digiti *pedum* 4-5. Hallmann; *eſt vero* pollex *reliquis minor, introrſum a reliquis remotus.* Ungues *manuum rotundati, pedum oblongiuſculi.* D. Aymen. Facies *nuda rubra.* Auriculae *nudae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0050-1

trepida. 20. S. caudata imberbis, capillitio erecto, manibus pedibusque caeruleis, cauda prehenſili villoſa.
Simia, cauda comata. *Edw. av. t.* 212.
*Habitat in* Surinamo.
Corpus *fuſcum ſubtus ferrugineum.* Capitis *pili erecti nigri in capillitium hemiſphaericum.* Cauda *piloſa.* Ungues *rotundati. An ſola varietas Apellae?*

Fatuellus. 28. S. caudata imberbis, cauda prehenſili, capitis faſciculis pilorum duobus corniculorum aemulis. *Briſſ. quadr.* 195. *n.* 3.
*Habitat in* America meridionali.
Corpus: *Facies, latera, abdomen, crura anteriora fuſca; Vertex, medium dorſi, cauda, pedes, crura poſteriora nigra.* Ungues *longi obtuſiuſculi.* Cauda *ſpiralis. An reapſe differt ab* Apella?

Apella. 29. S. caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris, natibus tectis.
Cercopithecus fuſcus, capitis vertice nigro. *Briſſ. quadr. p.* 137. *n.* 1.
Sajou. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 37. *t.* 4.
Simia Apella. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 119. *t.* XXVIII.
*Habitat in* America meridionali.
*Agilis, undique circumſpiciens, frigoris non valde impatiens, ſono pulli meleagridis famelici. Faciei peripheria quaſi a barbitonſore raſa.*

Capucina. 30. S. caudata imberbis fuſca, cauda prehenſili hirſuta, pileo artubusque nigris, natibus tectis.
Simia imberbis nigra, cauda longa hirſuta, facie flaveſcente. *Muſ. Ad. Frider. p.* 2. *t.* 2.
Cercopithecus totus niger. *Briſſ. quadr.* 139. *n.* 5.
Sai. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 51. *t.* 8.
Weeper. *Pennant ſyn.* 127. *n.* 94.
Simia Capucina. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 120. *t.* XXIX.
*Habitat in* America meridionali. *Tarſis incedit, non ſaltat, miſera et ejulans ſemper, clamore horrendo hoſtes pellit; ſtridet*



*Notae primariae Simiarum ſunt* Cauda *recta* ſ. *prehenſilis;* Nates *calvae* ſ. *tectae;* Ungues *rotundati* ſ. *ſubulati;* Mentum *barbatum* ſ. *imberbe;* Buccae *ſaccatae* ſ. *non ſaccatae.*

*Tecto comis arborum intexto altiſſimisque columnis innixo obumbrantur terrae aeſtuantes inter tropicos Indiae, ne adurantur; hoc tectum inhabitant gentes Simiarum cum Pſittacis volucribusque aliis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0051-7

*ſtridet ſaepius uti cicada; irata latrat more catuli. Caudam ſpiralem gerit, circumque collum ſaepius conjicit. Moſchum olet.*

Corpus *magnitudine felis domeſticae, fuſcum, at* caput, pedes, caudaque *nigra.* Facies *fronte nunc nigra nunc incarnata.* Dentes *laniarii approximati.* Naſus *verſus oculos carinatus.* Ruga *varicoſa nigra retractilis ſupra frontem ante pileum.* Cauda *longa ſemper curvata, pilis longioribus villoſa.* Pedes *ſitu transverſo ponit, ut poſtici ſemper ante anticos collocentur.*

ſciurea. 31. S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum ſubulatis, natibus tectis.

Simia imberbis, cauda longa, occipite gibbo, unguibus plantarum quatuor oblongis. *Muſ. Ad. Frider. p.* 3.

Cercopithecus pilis ex fuſco flavicante et candicante variegatis, pedibus ex flavo rufeſcentibus. *Briſſ. quadr.* 197.

Simia americana parva ſubbarbata, caudata, ore e caeruleo nigro, unguibus oblongis. *Wagner muſ. Baruth. p.* 1. *t.* 1.

Cercopithecus minor luteus. *Barrere franc. équinox. p.* 151.

Caitaia. *Marcgr. braſ. p.* 227.

Saimiri. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 67. *t.* 51.

Orange ape. *Penn. ſyn. p.* 128. *n.* 95.

Simia ſciurea. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 121. *t.* XXX.

*Habitat in* America meridionali. *Lepidum animal quieſcit ſupra abdomen; alloquentis aſpicit fauces, climatis europaei impatiens.*

Corpus *ſciuri, ſedentis animalis ſeptem pollices altum, griſeo-virens, ſubtus albidum.* Ulnae et tibiae *ferrugineae.* Cauda *villoſa, apice nigra, corpore duplo longior.* Pollicum *ungues rotundati.* Os *fuſco-caeruleſcens.* Supercilia *ſetacea.* Aures *villis raris albidis.*

Morta. 32. S. caudata imberbis ſpadicea, ore fuſco, cauda nuda ſquamoſa.

Cercopithecus americanus minor Monkie dictus. *Seba muſ.* I. *p.* 22. *t.* 33. *f.* 1.

Cercopithecus dorſo ſpadiceo, ventre glabro, cauda murina. *Briſſ. quadr.* 201.

*Habitat in* America.

*Aetate ſolum minore a* S. *ſciurea differre videtur.*

33. S.

---

Species *ſimiarum inter mammalia plurimae, ſed pauciſſimae rite deſcriptae et cognitae, plurimae obſcurae ignorantur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0052-3 DFG

Syrichta. 33. S. caudata imberbis, ore ciliisque vibriſſatis.

Cercopithecus caudatus imberbis, ore fuſco, cauda nuda ſquamoſa. *Gronov. Zooph.* 21.

Cercopithecus luzonicus minimus. *Pet. gaz.* 21. *t.* 13. *f.* 11.

* * cauda non prehenſili.

Pithecia. 22. S. caudata imberbis, vellere nigro apice albo, cauda nigra villoſiſſima.

Simia minima capite albido, dorſo fuſco pene rufeſcente, cauda crinita. *Brown. jam.* 489.

Cercopithecus pilis nigris apice albo veſtitus, cauda pilis longiſſimis nigris obſita. *Briſſ. quadr.* 195.

Saki. *Buff. hiſt. nat.* T. XV. *p.* 88. *t.* 12.

Sakkawinkee. *Bancroft Guian. p.* 80.

Fox-tailed ape. *Penn. ſyn. p.* 130. *n.* 98.

Simia Pithecia. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 125. *t.* XXXII.

*Habitat in* America meridionali, *lepidiſſima, facile manſueſcens.*

Corpus *aliquando ſeſquipedale nigrum, pilis omnibus apice albis.* Facies *pilis breviſſimis albidis.* Gula et abdomen *pilis ſordide albicantibus.* Ungues *longi obtuſi.*

Jacchus. 24. S. caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima curvata, unguibus ſubulatis: pollicum rotundatis.

Ceropithecus taeniis transverſis alternatim fuſcis et e cinereo albis variegatus, auriculis pilis albis circumdatis. *Briſſ. quadr.* 202

Cercopithecus braſilianus 3. Sagouin. *Cluſ. exot.* 372. *t.* 372.

Galeopithecus, qui Sagoin a Braſilienſibus nominatur. *Geſn. quadr. p.* 369.

Cagui minor. *Marcgr. braſ.* 227.

Sanglin on Cagui minor. *Edw. av.* V. *p.* 15. *t.* 218.

Ouiſtiti. *Buff. hiſt. nat.* XV. *p.* 96. *t.* 14. *Pall. n. nord. Beytr.* 2. *p.* 41.

Striated ape. *Penn. ſyn. p.* 132. *n.* 100.

β. Cercopithecus ex albido flaveſcens, moſchum redolens. *Briſſ. quadr.* 197.

Cercopithecus braſilienſis primus. *Cluſ. exot.* 371.

*Habitat in* Braſilia, *agilis, irrequieta, ſcandens more ſciuri, incurvata non prehenſili cauda; rodit ligna, ut mures, edit inſecta, fructus, lacticinia, panes triticeos martiosque, theam, paſſeres, indomita, morſitans, felibus infeſtiſſima, quibus ſe ſub earum ventre affigit. Sonus ſtridor ſibilans; odor moſchi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0053-8

Corpus *ſciuro minus, vix octo pollices longum, griſeo-cineraſcens.* Caput *minimum atrum.* Labia et frons *alba, ſed inter oculos flaveſcens.* Aures *antice tegit barba alba, longitudine totius auriculae, ne flatus intret.* Cauda *corpore longior albo-annulata.* *Dentes primores 4: intermedii latiores paralleli; laterales acuti, minus apice diſtantes.*

Oedipus. 25. S. caudata imberbis, capillo dependente, cauda rubra, unguibus ſubulatis.
Cercopithecus pilis ex fuſco et rufo veſtitus, facie ultra auriculas usque nigra et nuda, vertice longis pilis albis obſito. *Briſſ. quadr. p.* 150. *t.* 28.
Little Lion-monkey. *Edw. av.* 3. *p.* 195. *t.* 195.
Cagui major Braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 227.
Pinche. *Buff. hiſt. nat.* T. XV. *p.* 114. *t.* 17.
Red-tailed ape. *Penn. ſyn.* 133. *n.* 102.
*Habitat in* America meridionali. *Agilis et lepida geſtibus leonem imitatur,* S. *Jaccho ſatis affinis magnitudine, paulo tamen minore, odore moſchi. Vox muris.*
Corpus *parvum, ſex circiter pollicum, griſeum, ſubtus album.* Caput *capillitio dependente longo albo.* Facies *nigra, ultra aures pilis raris albis.* Verruca *in utraque bucca.* Irides *ferrugineae.* Auriculae *ſubrotundae, nigrae, nudae.* Ungues *omnes ſubulati, excepto pollicis palmarum brevi.* Cauda *corpore duplo longior, parum piloſa, baſi rufa, ceterum nigra.* Ani *regio rubra.*

Roſalia. 26. S. caudata imberbis, capite piloſo, faciei circumferentia pedibusque rubris, unguibus ſubulatis.
Cercopithecus ex albido flavicans, faciei circumferentia ſaturate rufa. *Briſſ. quadr.* 200.
Cercopithecus minor dilute olivaceus, parvo capite, Acarima à Cayenne. *Barrere Fr. équin. p.* 151.
Marikina. *Buff.* T. XV. *p.* 108. *t.* 16.
Silky monkey. *Penn. ſyn. p.* 133. *n.* 101. *t.* 15.
Simia Roſalia. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 130. *t.* XXXV.
*Habitat in* America meridionali, *lepida, et frigoris minus impatiens, quam affines.*

Corpus

---

Simiae *ſuſpectae, memores, petulantes, imitatores, geſticulatores, indociles, minantur, rident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt, natos ulnis gerunt, terrefactae cacant immundae, urinae meatu ſaepe diſtincto a vulva; utero etiam gerentes libidinoſae; phytiphagae.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0054-4

Corpus *ex albido flavicans.* Pollices *omnes unguibus rotundatis.* Auriculae *nudae, ſub capitis pilis occultatae. Briſſ.*

argentata. 47. S. caudata imberbis exalbida, facie rubra, cauda fuſceſcente. *Mant. pl.* 2. *p.* 521.

Cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculisque rubris ſplendentibus, cauda caſtanei coloris. *Briſſ. quadr. p.* 142. *n.* 12.

Mico. *Buffon hiſt. nat.* T. XV. *p.* 121. *t.* 18.

Fair ape. *Penn. ſyn. p.* 134. *n.* 103.

Simia argentata. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 131. *t.* XXXVI.

*Habitat ad* Amazonum fluvium, *ſeptem pollices longa.* Ungues *incurvi, pollicum plantarum rotundati.*

Midas. 27. S. caudata imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis, unguibus ſubulatis, pedibus croceis. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 4.

Cercopithecus minimus niger leontocephalus, auribus elephantinis. *Barrere Fr. équin. p.* 151.

Cercopithecus niger minimus, manibus et pedibus croceis. *Edw. av.* 196. *t.* 196.

Cercopithecus niger, pedibus croceis. *Gronov. zooph.* 20.

Cai. *Raj. quadr.* 155.

Tamarin. *Buff. hiſt. nat.* XV. *p.* 92. *t.* 13.

*Habitat* Surinami.

Magnitudo *ſciuri.* Manus et pedes *crocei.* Corpus *atrum.* Cauda *duplo longior, nigra.* Aures *nudae, amplae, retuſae.* Ungues *omnes ſubulati ſ. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis ſ. humanis.*

## 3. LEMUR. *Dentes primores* ſuperiores IV: intermediis remotis.
inferiores VI longiores, porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.
*Laniarii* ſolitarii, approximati.
*Molares* plures ſublobati: antici longiores, acutiores.

tardigradus. 1. L. ecaudatus ſubferrugineus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 134. *t.* XXXVIII.

Simia unguibus indicis pedum poſteriorum longis, incurvis et acutis. *Briſſ. quadr.* 190. *n.* 3.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0055-0

Simia cynocephala unguibus indicis longis, incurvis et acutis. *Briſſ. quadr.* 191. *n.* 2.
Animalculum cynocephalum tardigradum dictum. *Seba theſ.* I. *p.* 55. *t.* 35.
Cercopithecus ceylonicus ſeu tardigradus dictus major. *Seb. theſ.* I. *p.* 75. *t.* 47. *f.* 1.
Loris. *Buff. hiſt. nat.* T. XIII. *p.* 210. *t.* 30.
Tail-leſs Maucauco. *Penn. ſyn. p.* 135. *t.* 16. *f.* 1.
*Habitat in* Zeylona, *agilis, auditu excellens, monogamus.*
Statura *ſciuri, ſubferruginea, linea dorſali ſubfuſca*; gula *albidiore.* Linea *longitudinalis oculis interjecta alba.* Facies *tecta.* Auriculae *urceolatae, intus bifoliatae.* Pedum *palmae plantaeque nudae.* Ungues *rotundati: indicum plantarum vero ſubulati.* Cauda *nulla.* Mammae 2 *in pectore,* 2 *in abdomine verſus pectus.*

Indri. 9. L. ecaudatus niger.
Indri. *Sonner. it.* 2. *p.* 142. *t.* 88.
*Habitat in* Madagaſcar, $3\frac{1}{2}$ *pedes altus, junior facile cicurandus, et ab incolis ad venatum adaptatus; vox ejulantis infantis.*
Dentes *canini in utraque maxilla* 8, *primores in ſuperiore* 2, *in inferiore approximati* 4; pedes *pentadactyli, unguibus complanatis acutis, plantarum pollice praegrandi;* pili *denſi, ſericei, in ani regione criſpi, albi; verſus genitalia et in* facie *griſei, ceterum nigri;* caudae *veſtigium tactu diſcernendum.*

Potto. 6. L. caudatus ſubferrugineus, cauda unicolore.
Potto. *Bosman. beſtuyo. van de guin. kuſt.* II. *p.* 30. *f.* 4.
*Habitat in* Guinea, *praeter caudam priori ſimillimus.*

Mongoz. 2. L. caudatus griſeus cauda unicolore. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 132 *ſqq. t.* XXXIX. *B.*
Mongooz. *Edw. av.* 5. *p.* 12. *t.* 216. *Walch Naturforſch.* VIII. *p.* 26.
Woolly Maucauco. *Penn. ſyn. p.* 136. *n.* 105.
Corpus *griſeum vel potius fuſcum, ſubtus album.* Faſcia *ocularis nigra.* Manus *dilute cinereae.*
β. corpore griſeo vel fuſco, facie manibusque nigris. *Edw. av.* 5. *p.* 13.
γ. corpore griſeo vel nigro, macula nigra circa oculos.
Simia-ſciurus lanuginoſus fuſcus ex Johannae inſula, an Cercopithecus indicus Bugee dictus Raji? *Petiv. gaz. p.* 26. *t.* 17. *f.* 5.

δ. cor-

δ. corpore fuſco, naſo manibusque albis.
Proſimia fuſca, naſo, gutture, pedibusque albis. *Briſſ. quadr. p.* 156. *n.* 2.

ε. corpore toto fuſco.
Simius Zambus. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 176.
Proſimia fuſca. *Briſſ. quadr. p.* 156. *n.* 1.

ζ. corpore griſeo, facie nigra, manibus fulvis. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 138. *t.* XXXIX. *A.*
Proſimia fuſca, rufo admixto, facie nigra, pedibus fulvis. *Briſſ. quadr. p.* 157. *n.* 3.
Mongous. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 174. *t.* 26.
*Habitat in inſula* Madagaſcar, S. Johannae et vicinis.
*Ungues indicis plantarum ſubulati, longiores.*

Macaco. 3. L. caudatus niger, collari barbato. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 142. *t.* XL. A.
Black Maucaco. *Edw. av.* 5. *t.* 217.
Ruffed Maucaco. *Penn. ſyn. p.* 138. *n.* 107.

β. corpore fuſco.
Lemur cauda floccoſa, corpore fuſco. *Gronov. zooph.* 22.

γ. corpore albo.
Antavarre tout blanc. *Cauche rel. de Madag. p.* 127.

δ. corpore nigro et albo mixto. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 142. *t.* XL. B.
Vericaſſi. *Flacourt voy. p.* 153.
Vari. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 174. *t.* 27.
*Habitat in inſulis* Madagaſcar, S. Johannae et vicinis. *Cubile purum ſervat; radiis ſolis delectatur; dormit in loco tenebricoſo; reſpuit ova, carnes, piſces; rugitus edit fere inſtar leonis.*
*Plantarum ungues indicis fere ſubulati.*

Catta. 4. L. caudatus, cauda albo nigroque annulata. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 5. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 143. *t.* XLI. *Hermann Naturf.* XV. *p.* 159.
Proſimia cinerea, cauda cincta annulis alternatim albis et nigris. *Briſſ. quadr. p.* 222.
Simia-ſciurus madagaſcarienſis ſive Maucaco. *Edw. av.* 4. 197. *t.* 197.
Mococo. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 174. *t.* 22.
Ring-tail Maucaco. *Penn. ſyn. p.* 137. *n.* 106.
*Habitat in* inſulis Madagaſcar, Franciae, S. Johannae, *gregaria, mitiſſima, ſcandit omnibus pedibus, ut ſimia.*

*Victi-*

*Victitat fructibus, oleribus, radicibus; cibos tenet manibus; tardiuſcula, placida et tranquilla murmurat ut felis.*
Oculus *dexter diurnus pupilla lineari perpendiculari; ſiniſter nocturnus pupilla orbiculata magna in mea erat; an ſic natura vel fato?* Ungues *indicis palmarum non longiores aut ſubulati.*

murinus. 7. L. caudatus cinereus, cauda ferruginea. *Miller on various ſubjects of natural hiſtory. T.* XIII. A. B.
*Habitat in* Madagaſcar.
*Ungues omnes plani rotundati.*

bicolor. 8. L. caudatus, ſupra ex atro griſeus, ſubtus ſordide albus, macula frontali cordata ſordide alba. *Miller on various ſubjects. T.* XXXII. f. A.
*Habitat in* America meridionali.
Capite *canem moloſſum refert.* Ungues *omnes ſubulati.*

laniger. 10. L. caudatus ex flavo rufeſcente teſtaceus ſubtus albus, cauda ex rufeſcente fulva unicolore.
Maquis à bourres. *Sonner. it.* 2. *p.* 142. *t.* 89.
*Habitat in* Madagaſcar, *ſine cauda novem pollices ultra pedem longus.*
Pili *molliſſimi criſpi, in regione lumborum ex rubeſcente fulvi;* facies *nigra;* auriculae *minutae;* oculi *magni, ex vireſcente griſei;* dentes *primores in maxilla ſuperiore* 2, *in inferiore* 4; cauda 9 *pollices longa;* pedes *pentadactyli, unguibus longis, pollicum ungue rotundato.*

volans. 5. L. caudatus, membrana ambiente volitans. † *Pallas Act. Ac. Sc. Petrop.* 1780. *P.* I. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 146. *t.* XLIII.
Cato-Simius volans Camelli. *Petiv. gaz.* 14. *t.* 9. *f.* 8. *Act. angl.* 277. *n.* 1065.
Veſpertilio admirabilis. *Bont. jav.* 68. *t.* 69.
Felis volans ternatea. *Seb. muſ.* 1. *p.* 93. *t.* 58. *f.* 2. 3.
*Habitat in* Guſurate, inſulis Philippinis et Moluccis, *victitans fructibus arborum, gregaria, veſpertino tempore.*
Membrana *more ſciuri ſ. muris volantis a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem caudae expanſa.* Ungues *acuti.* Mammae 2 *pectorales. Ex mammis videtur lemuribus ſ. ſimiis proximum animalculum. Hujus deſcriptio et genericae notae, dum modo juniora exempla in Europam pervenerint, etiamnum deficiunt.*

4. VES-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0058-7

## 4. VESPERTILIO. *Dentes* omnes erecti, acuminati, approximati. *Manus* palmatae volitantes membrana corpus cingente.

* *Dentibus primoribus in utraque maxilla quatuor.*

Vampyrus. 1. V. ecaudatus, naſo ſimplici, membrana inter femora diviſa.
Ternate bat. *Penn. ſyn. p.* 359. *n.* 274.
*α.* colore potiſſimum nigro. *Schreber Saeugthiere,* I. *p.* 153. *t.* XLIV.
Pteropus rufus aut niger, auriculis brevibus acutiuſculis. *Briſſ. quadr. p.* 153.
Veſpertilio ingens. *Cluſ. exot. p.* 94.
Veſpertilio volans. *Bont. jav.* 68. *t.* 69.
Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. muſ.* I. *p.* 91. *t.* 57. *f.* 1. 2.
Chien volant. *Daubenton act. Pariſ.* 1759. *p.* 384.
Rouſſette. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 55. *t.* 14.
*β.* corpore ex atro fuſco.
Pteropus fuſcus, auriculis brevibus acutiuſculis, collo ſuperiore rubro. *Briſſ. quadr. p.* 154.
Chauve-Souris de l'isle Sabuda dans la nouvelle Guinée. *Dampier voy.* V. *p.* 81. *t.* 5.
Great bat. *Edw. av.* 4. *p.* 180. *t.* 180.
Rouſſette. *Daubent. act. Pariſ.* 1759. *p.* 385.
Rougette. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 55. *t.* 17.
*γ.* corpore ſtramineo.
Leſſer Ternate bat. *Penn. ſynopſ. p.* 362. *t.* 31. *f.* 1.
*Habitat in* Africa occidentali, Aſia meridionali, inſulis oceani indici, et auſtralis. *Noctu haurire ſanguinem dormientium ſervorum, criſtas gallorum et lacrymas palmarum fertur, phlebotomus feliciſſimus in pleuritide. Magnis glomeribus aliquando adhaeret arboribus.*
Dentes primores *obtuſiuſculi;* laniarii ſuperiores *ſolitarii, antice ab inferiore dente ſulcati;* inferiores *bini cum dente primore parvo obtuſo inter utrosque;* molares *obtuſiuſculi plures.* Nares *vix diviſae.* Corpus *magnitudine ſciuri*

---

Veſpertilionum *genus nocturnum volitat palmis expanſis palmatis membranaque laterali, Phalaenis inprimis victitans.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0059-5 DFG

*ſciuri a 5–9 pollices longum.* Manuum *digitus primus ſeparatus unguiculatus, ſecundus membranae affixus.* Plantae *fiſſae unguiculatae, calcaneis poſtice exeuntibus in ſubulatam cartilaginem membranae annexam.* Membrana nictitans *in cantho oculi majore.* Uterus *ſimplex.*

Spectrum. 2. V. ecaudatus, naſo infundibuliformi lanceolato. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 159. *t.* XLV.
Pteropus auriculis longis patulis, naſo membrana antrorſum inflexa aucto. *Briſſ. quadr.* 154.
Canis volans maxima aurita ex nova Hiſpania. *Seb. muſ.* 1. *p.* 92. *t.* 58. *f.* 1.
Andira gnacu, veſpertilio cornutus. *Piſo braſil. p.* 290.
Vampire. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 55.
*Habitat in* America auſtrali. *Rolander.*
Nares *antice infundibulum referentes, ſuperne adſcendentes in folium lanceolatum.* Aures *ovatae, interius lacinia ſubulata membranacea, longitudine auriculae.* Dentes *laniarii ſolitarii magni; molares anteriores breviores obtuſiores.* Alarum *digiti* 4, *quorum* 1 *annexus 2do;* pollex *brevis ungue arcuato.* Pedes *digitis* 5 *aequalibus, unguibus arcuatis.* Calcaneus *exſerit tendinem ſubulatum ſecundum marginem membranae inter pedes poſticos, non coeuntem cum oppoſito.*

perſpicillatus. 3. V. ecaudatus, naſo foliato plano acuminato. *Muſ. Ad. Frid. p.* 7. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 160. *t.* XLVI. A.
Veſpertilio americanus vulgaris. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 55. *f.* 2.
*Habitat in* America auſtrali.
*Palmae huic et ſequenti digitis quinque.*

Spaſma. 4. V. ecaudatus naſo foliato obcordato. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 158. *t. t.* XLVIII.
Veſpertilio cauda nulla, naſo foliato, auriculis maximis appendiculatis. *Gronov. zooph.* 1. *p.* 7. *n.* 27.
Veſpertilio ſubrufus, auriculis duplicibus, naſo gemino. *Briſſ. quadr. p.* 161. *n.* 4.
Glis volans ternatanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 90. *t.* 56. *f.* 1.
Cordated bat. *Penn. ſyn. p.* 364. *n.* 278.
*Habitat in* Zeylona et inſulis Moluccis.



Ovid. met. IV. 12. *Lucemque peroſae,*
*Nocte volant, ſeraque tenent a veſpera nomen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0060-7
DFG

haſtatus. 7. V. ecaudatus, naſo foliato trifolii figuram aemulante. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 161. *t.* XLVI. B.
Le Chauve-ſouris fer de lance. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 226. *t.* 33.
Javelin bat. *Penn. ſyn.* 363. *n.* 276.
*Habitat in* America auſtrali, *perſpicillato affinis, obſcure fuſcus vel niger.*

ſoricinus. 8. V. ecaudatus, roſtro producto, naſo foliato cordato. *Pallas Spicileg. zoolog.* III. *p.* 24. *t.* III. *Schreb. Saeugth.* I. *p.* 161. *t.* XLVII.
Veſpertilio cauda breviſſima, naſo foliato acuminato, auriculis ſubſimplicibus rotundatis. *Gron. zooph. p.* 7. *n.* 26.
Veſpertilio americanus vulgaris. *Edw. av.* 5. 201. *t.* 201. *f.* 1.
Leaf bat. *Penn. ſyn.* 364. *n.* 277.
*Habitat in* America auſtrali.
Cauda *breviſſima.* Lingua *papillis acutis obſita.*

leporinus. 9. V. caudatus, labio ſuperiore bifido. *Syſt. nat. Ed.* X. *p.* 32. *n.* 5. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 162. *t.* LX.
Noctilio *americanus* labio inferiore varicoſo. *Syſt. nat. Ed.* XII. *p.* 88. *n.* 1.
Veſpertilio americanus rufus. *Briſſ. quadr.* 227.
Veſpertilio cato ſimilis americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 89. *t.* 55. *f.* 1.
Chauve-ſouris de la vallée d'Ylo. *Feuillé obſ.* 1. *p.* 623.
Peruvian bat. *Penn. ſyn. p.* 365. *n.* 279.
*Habitat in* America meridionali, *victitans fructibus arborum, ratto magnitudine aequalis.*

* * *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore* 4, *in inferiore* 6.

auritus. 5. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis duplicatis capite majoribus. *Fn. ſuec.* 3.
Veſpertilio auribus majoribus. *Friſch. av. t.* 103. *Edw. av.* 5. *t.* 201. *f.* 3.
Veſpertilio caudatus, naſo ſimplici, auriculis maximis inappendiculatis. *Gron. zooph. p.* 23.
Veſpertilio murini coloris, auriculis duplicibus. *Briſſ. quadr.* 160.
Veſpertilio auriculis quaternis. *Johnſt. av. p.* 34. *t.* 20.
Oreillar. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 118. *t.* 17. *f.* 1.
*Habitat in* Europa. *Vere diſtincta a ſequenti ſpecies.*

6. V.

murinus. 6. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis capite minoribus. *Fn. ſuec.* 2.
Veſpertilio murini coloris auriculis ſimplicibus. *Briſſ. quadr. p.* 158. *n.* 1.
Veſpertilio. *Aldrov. ornith. p.* 575. 576.
Veſpertilio auribus minoribus. *Friſch. av. t.* 102. *Edw. av.* 4. *t.* 201. *f.* 2.
Chauve-ſouris. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 113. *t.* 16.
Common bat. *Penn. ſyn. p.* 371. *n.* 291.
*Habitat in* Europa.
*Noctu volat; victitat inprimis phalaenis; praedatur a ſtrigibus; capitur arctii lappae calycibus candefactis; de terra non evolat. Hybernat mortuus, reviviſcit ſuperatis noctibus plumbeis initio floreſcentiae. Aeſtate foetet.*
*Anatome E. N. C. d.* 2. *a.* 1. *obſ.* 48.

Noctula. 10. V. caudatus, naſo oreque ſimplici, auriculis ovalibus operculatis: operculo exili. *Schreb. Saeugth.* I. *p.* 166. *t.* LII.
Veſpertilio. *Geſn. av. p.* 694. *ic.*
Veſpertiliones alii. *Aldrov. ornith. p.* 575. 576.
Noctule. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 128. *t.* 18. *f.* 1.
Great bat. *Penn. zool. br. ill. t.* 103.
*Habitat in* Gallia, Germania, Britannia, *aeſtate foetens.*

ſerotinus. 11. V. caudatus flaveſcens, auriculis brevibus emarginatis. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 167. *t.* LIII.
Serotine. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 129. *t.* 18. *f.* 2.
*Habitat in* Gallia et Germania.

Pipiſtrellus. 12. V. caudatus ex atro fuſcus, fronte convexa, auriculis ovatis, emarginatis, capite vix longioribus. *Schreb. Saeugth.* I. *p.* 167. *t.* LIV.
Pipiſtrelle. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 129. *t.* 19. *f.* 1.
*Habitat in* Gallia, *rarius in* Germania, *vix duos pollices longus, pauliſper foetens.*

Barbaſtellus. 13. V. caudatus, buccis elatis piloſis, auriculis magnis inferius angulatis. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 168. *t.* LV.
Barbaſtelle. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 130. *t.* 19. *f.* 1.
*Habitat in* Burgundia, *duos pollices longus.*

hiſpidus. 14. V. caudatus piloſus, naribus canaliculatis, auriculis longis anguſtis. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 169. *t.* LVI.
Campagnol volant. *Daubent. act. Pariſ.* 1759. *p.* 388.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0062-8

Autre chauve-ſouris. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 88. *t.* 20. *f.* 1. 2.
Bearded bat. *Penn. ſyn. p.* 367. *n.* 202.
*Habitat ad* Senegal fluvium.

* * * *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore* 4, *in inferiore* 8.

pictus. 15. V. caudatus, naſo ſimplici, auriculis infundibuliformibus appendiculatis. *Gronov. zooph. p.* 7. *n.* 25. *Pallas ſpicil.* III. *p.* 7. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 170. *t.* XLIX.
Veſpertilio ternatanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 91. *t.* 56. *f.* 2. 3.
Muſcardin volant. *Daubent. act. Pariſ.* 1759. *p.* 388.
Autre chauve-ſouris. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 92. *t.* 20. *f.* 3.
Striped bat. *Penn. ſyn. p.* 368. *n.* 284.
*Habitat in* Zeylona, *ubi Kiriwonla audit.*

* * * * *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore* 2, *in inferiore* 6.

Nigrita. 16. V. caudatus ex flaveſcente fuſcus capitis parte anteriore, pedibus caudaque nigris. *Schreber Saeugthiere,* I. *p.* 171. *t.* LVIII.
Marmotte volante. *Daubent. act. Pariſ.* 1759. *p.* 385.
Chauve-ſouris etrangere. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 82. *t.* 18.
Senegal bat. *Penn. ſyn. p.* 366. *n.* 281.
*Habitat ad* fluvium Senegal, *quatuor pollices longus. Adanſon.*

* * * * * *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore* 2, *in inferiore* 4.

Moloſſus. 17. V. caudatus, cauda longe ultra membranam connectentem protenſa, labio ſuperiore pendulo. *Pallas ſpicil. zool.* III. *p.* 8.
Bull-dog bat. *Penn. ſyn. p.* 366. *n.* 280.
*α.* major, ſupra ex cinereo fuſcus, infra cinereus, et in medio ventre fuſcus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 171. 172. *t.* LIX. *ic. inf.*
Mulot volant. *Daubent. act. Pariſ.* 1759. *p.* 387.
Autre chauve-ſouris. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 84. *t.* 19. *f.* 1.
*β.* minor, ſupra ſubfuſcus cinereo mixtus, infra ſordide albus. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 171. 172. *t.* LIX. *f. ſup.*
Autre chauve-ſouris. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 87. *t.* 19. *f.* 2.
*Habitat in* inſulis Americae oppoſitis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0063-4

****** *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore 2, in inferiore 0.*

cephalotes. 18. V. caudatus, capite magno, labiis productis, naribus ſpiralibus, verrucis ſubocularibus, auriculis parvis non operculatis. *Pallas ſpicil. Faſc.* III. *p.* 10. *t.* 1. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 172. *t.* LXI.

*Habitat in* Moluccis, $2\frac{1}{3}$ *pollices longus. Schloſſer.*

Lingua *echinata.* Pili *ſupra cinerei, infra albidi.*

******* *Dentibus primoribus in maxilla ſuperiore 0, in inferiore 4.*

lepturus. 19. V. caudatus, naribus tubulatis, auriculis longis obtuſis operculatis, membranae utrique pedes connectenti annexo interius marſupio. *Schreber Saeugth.* I. *p.* 173. *t.* LVII.

*Habitat in* Surinamo. *Rudolph.*

Ferrum equinum. 20. V. caudatus, naſo ferro equino ſimili, auribus caput aequantibus non operculatis, cauda dimidia corporis longitudine.

Fer à cheval. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 131. *t.* 17. *f.* 2. *p.* 132. *t.* 20.

α. major. *Schreb. Saeugth.* I. *p.* 174. *t.* LXII. *ic. ſup.*

β. minor. *Schreb. Saeugth.* I. *p.* 174. 175. *t.* LXII. *ic. inf.*

*Habitat in* Gallia et Franconia, *ab Ill. Daubenton de veſpertilionum genere meritiſſimo detectus.*

******** *Dentibus primoribus plane nullis.*

noveboracenſis. 21. V. caudatus, cauda longa, naſo brevi acuto, auribus brevibus rotundis.

New-York bat. *Penn. ſyn. p.* 367. *t.* 31. *f.* 2.

*Habitat in* America ſeptentrionali.

********* *Dentium numero et ordine (mihi quidem) ignoto.*

laſiopterus. 22. V. caudatus membrana pedes connectente latiſſima. *Schreber Saeugth.* I. *t.* LVIII. B.

laſiurus. 23. V. caudatus labiis tumidis, cauda lata. *Schreb. Saeugth.* I. *t.* LXII. B.

II. BRU-

# II. BRUTA.

## *Dentes primores nulli utrinque.*

**7. BRADYPUS.** *Dentes Primores* nulli utrinque.
*Molares* utrinque VI oblique truncati cylindrici, anteriores duo longiores, amplo hiatu diſtantes.
*Corpus* pilis tectum.

tridactylus. 1. B. pedibus tridactylis, cauda brevi. *Muſ. Ad. Fr.* 4.
Bradypus crinitus, palmis tridactylis, unguibus arcuatis. *Brown jam. p.* 489.
Tardigradus pedibus anticis et poſticis tridactylis. *Briſſ. quadr. p.* 21.
Arctopithecus. *Geſn. quadr. p.* 869.
Ignavus. *Cluſ. exot. p.* 372. *fig. p.* 373.
Luyaert. *Nienhof Braſil. p.* 27.
Pigritia ſive Haut. *Nieremb. hiſt. nat.* 163. 164.
Sloth. *Edw. av. t.* 220.
Ai. *Buffon hiſt. natur.* XIII. *p.* 34. *t.* 5. 6.
Pareſſeux. *Gautier obſ. ſur l'hiſt. nat.* I. P. 2. *p.* 81. *t.* A. *f.* 4.
*Habitat in* Americae meridionalis calidioris *arboribus. Victitat foliis teneris, inprimis Cecropiae; non bibit; imbres metuit. Facile ſcandit, tardiſſime et aegre incedit, vix uno die* 50 *paſſus; attonitus quaſi caput flectit; ſonus ſenarius adſcendens; clamor horrendus, lacrymae miſerae.*
Corpus *piloſiſſimum griſeum;* Facies *nuda;* Gula *flava;* Auriculae *nullae.* Cauda *ſubovata.* Pedes *anteriores longiores poſterioribus, divaricatiſſimi:* digiti *combinati, in ſingulis pedibus tres;* ungues *compreſſi, validiſſimi, totidem.* Mammae 2 *pectorales.*

didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. *Muſ. Ad. Fr.* 4. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 200. *t.* LXV.
Bradypus pedibus anticis didactylis, poſticis tridactylis. *Briſſ. quadr. p.* 22.
Tardigradus Zeylanicus. *Seb. muſ.* I. *p.* 54. *t.* 33. *f.* 4. *et t.* 34. *f.* 1.
Unan. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 34. *t.* 1.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0065-5

*Habitat in* America meridionali et India. *Victitat fructibus et radicibus; olfactu debili, viſu magis nocturno, quam diurno.*

Corpus *pilis ferrugineis undulatis.* Caput *rotundatum.* Auriculae *magnae.* Ungues *in palmis* 2, *in plantis* 3. Mammae 2 *pectorales.*

## 8. MYRMECOPHAGA. *Dentes* nulli.
*Lingua* teres extenſilis.
*Os* anguſtatum in roſtrum.
*Corpus* pilis tectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis, cauda villoſa. *Muſ. Ad. Fr.* I. *p.* 8.

Myrmecophaga roſtro brevi, pedibus anticis didactylis, poſticis tetradactylis. *Briſſ. quadr.* 98.

Tamandua ſ. Coati americana alba. *Seb. muſ.* I. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 3.

Little ant-eater. *Edw. av. t.* 220.

Fourmiller. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 144. *t.* 30.

*Habitat in* America auſtrali. *Talis lente incedit.*

Corpus *flaveſcens, reliquis minus.* Roſtrum *reliquis brevius.*

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis, cauda villoſa.

Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tridactylis, poſticis pentadactylis, auriculis longis flaccidis. *Briſſ. quadr.* 27.

Tamandua-guacu. *Seb. muſ.* I. *p.* 60. *t.* 37. *f.* 2.

*Habitat in* India. *Lente currit, cauda lata inſtar muſcarii ſe tegit; arbores etiam ſcandit.*

Mammae *pectorales* 2, *abdominales* 6. Plaga *lateralis nigra.* Dorſum *longitudinaliter jubatum.* Cauda *compreſſa, ſubtus nigra, pilis longioribus, ſupra pilis longioribus apice albis.*

*An vere diſtincta ſpecies?*

jubata. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda jubata. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 203. *t.* LXVII.

Myrme-

Myrmecophagae *veſcuntur formicis, quarum nidos ungue ſecant, inſecta ipſa lingua acervis inſerta alliciunt: Manſueſcunt et diu absque victu vivunt; interdiu dormiunt, capite ſub brachiis recondito, nocte exeunt. Vellus craſſiſſimum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0066-1

Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda longiſſimis pilis veſtita. *Briſſ. quadr.* 24.
Tamandua-guacu. *Marcgr. braſ.* 225. *t.* 225.
Tamanoir. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 141. *t.* 29.
Great ant-eater. *Penn. ſyn. p.* 331. *n.* 260.
*Habitat in* America auſtrali, et Africae regno Congo. *Cauda dum dormit et contra pluviam ſe tuetur.*
Plaga *pectoralis lateralis nigra.* Cauda *villoſiſſima, pilis longis planis, nec teretibus. Caro ab Americae incolis comeditur.*

tetradactyla. 4. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda calva. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 205. *t.* LXVI.
Myrmecophaga roſtro longiſſimo, pedibus anticis tetradactylis, poſticis pentadactylis, cauda fere nuda. *Briſſ. quadr.* 26.
Tamandua-i. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 144.
Middle ant-eater. *Penn. ſyn. p.* 332. *n.* 261.
*Habitat in* America meridionali. *Noctu exit, die dormit; irata baculum prehendit, ſtertit poſterioribus pedibus inſidens.*
Caudae *extremitas calva, qua ſe ex ramis arborum ſuſpendere poteſt.* Plaga *pectoralis lateralis nigra.*

capenſis. 5. M. palmis tetradactylis, roſtro longo, auriculis magnis pendulis, cauda corpore breviore ad apicem attenuata. *Pallas miſcell. zoolog. n.* 6.
*Habitat ad* Caput bonae ſpei, *reliquis ſpeciebus major, ut cum porco comparet Kolbe, et centum libras ponderare aſſerat: Fodit, interdiu dormit, noctu exit.*

## 9. MANIS. *Dentes* nulli.
*Lingua* teres extenſilis.
*Os* anguſtatum in roſtrum.
*Corpus* ſupra ſquamis mobilibus oſſeis tectum.

pentadactyla. 1. M. pedibus pentadactylis. *Act. Stockh.* 1749. *p.* 265. *t.* 6. *f.* 3. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 210. *t.* LXIX.
Philodotus pedibus anticis et poſticis pentadactylis, ſquamis ſubrotundis. *Briſſ. quadr.* 29.
Lacertus indicus ſquamoſus. *Bont. jav. p.* 60.
Lacertus ſquamoſus minor ſetulis adſperſus. *Petiv. gaz.* 32. *t.* 20. *f.* 2.

Armadilles ſquamatus major ceylanicus, ſeu diabolus tajovanicus dictus. *Seb. muſ.* I. *p.* 88. *t.* 54. *f.* 1. et *t.* 53. *f.* 4.
Myrmecophagus ſquamatus ſ. Daemon thebaicus. *Herm. muſ.* 295.
Pangolin. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 180. *t.* 34.
Short-tailed Manis. *Penn. ſyn. p.* 329. *n.* 259.
*Habitat in* Guinea, China, India et inſulis oceani Indici.

tetradactyla. 2. M. pedibus tetradactylis. *Schreber Saeugthiere*, II. *p.* 211. *t.* LXX.
Philodotus pedibus tetradactylis, ſquamis mucronatis, cauda longiſſima. *Briſſ. quadr.* 31.
Lacertus ſquamoſus peregrinus. *Cluſ. exot.* 374.
Lacerta indica yvanae congener. *Aldr. ovip. dig.* 668. *t.* 667.
Scaly lizard. *Grew rar. p.* 46.
Long-tailed Manis. *Penn. ſyn. p.* 328. *n.* 258.
Platagin. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 180. *t.* 34.
*Habitat in* India.

## 10. DASYPUS. *Dentes laniarii* nulli, *molares* breves cylindrici utrinque 7-8. *Corpus* cataphractum teſta oſſea zonis interſecta.

unicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis duodecim. *Briſſ. quadr.* 43. *Schreb. Saeugth.* II. *p.* 225. *t.* LXXV. LXXVI. *f.* 11. 12.
Tatu ſ. Armadillo africanus. *Seb. muſ.* I. *p.* 47. *t.* 30. *f.* 3. 4.
Kabaſſon ou Tatou à douze bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 218. *t.* 40.
Twelve-banded Armadillo. *Penn. quadr. p.* 326. *n.* 256.
*Habitat in* Africa.

Tegmen

---

Manis *victitat formicis, vermibus, lacertis; non ſonora, lente incedit, fodit, noctu victum quaerit, irata ſquamas erigit horrende, territa in globum ſe contrahit capite caudaque ventum verſus adductis, ut nil conſpici queat, niſi ſquamoſus globus. Caro edulis. Cauda pinguis, epulis expetita.* Corpus *ſupra ſquamis baſi ſtriatis ſatisque interſtinctis veſtitum, ut ſtrobilus; ſubtus hirtum eſt. Sed* Cauda *utrinque ſquamoſa etiam ſubtus imbricata.* Auriculae *nudae rotundatae.* Ungues *primores medii majores, quibus contractis incedit.* Myrmecophagae *adeo affinis, ut ſolo veſtimento differat.*

*Tegmen dorſi anterius ſeptem, poſtremum novem ſcutulorum ſeriebus conſtat.*

18 cinctus. 7. D. cingulo ſimplici. *Syſt. nat. Ed.* VI. XII. 1. *β.*
Cataphractus ſcuto unico, cingulis 18. *Briſſ. quadr.* 37.
Tatu muſtelinus. *Raj. quadr. p.* 225.
Cirquincon ou Tatou à dix huit bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 220.
Weesle-headed armadillo. *Grew muſ. p.* 19. *t.* 1.
*Habitat in - - - -*
*An vere a quadricincto diſtinctus et ab* 18 *cincto Molinae hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 271. *qui palmas tetradactylas refert?*

tricinctus. 2. Daſypus cingulis tribus, pedibus pentadactylis. *Houtt. nat.* 2. *p.* 280. *t.* 16. *f.* 2. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 215. *t.* LXXI. A. LXXVI. 1. 2.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis tribus. *Briſſ. quadr.* 24.
Tatou ſ. Armadillo. *Red. exper.* 91. *t.* 92.
Tatu ſ. Armadillo orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 62. *t.* 38. *f.* 2. 3.
Tatu apara. *Marcgr. braſ.* 232.
Armadillo ſ. Tatou genus alterum. *Cluſ. exot.* 109.
Armadillo. *Grew muſ.* 17.
Apas ou tatou à trois bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 206.
*Habitat in* Braſilia; *victitat melonibus, batatis, gallinis.*
*Loricae cingulum intermedium eſt anguſtiſſimum; ſingulorum, etiam ſquamarum, ex quibus ſcuta conſtant, ſuperficies nodoſa.*

quadricinctus. 3. D. cingulis quatuor.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis quatuor. *Briſſ. quadr.* 25.
Cheloniſcus. *Columm. aquat.* 2. *p.* 15. *t.* 16.
*An varietas praecedentis? An diſtinctus ab hoc Daſypus quadricinctus Molinae hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 270.

ſexcinctus. 4. D. cingulis ſenis, pedibus pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 7. *Schreb. Saeugth.* II. *p.* 218. *t.* LXXI. B.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis ſex. *Briſſ. quadr.* 25.
Tatu ſ. Armadillo prima Marcgravii. *Raj. quadr.* 233.



---

*Victitant* Daſypi *radicibus, melonibus, batatis, carnibus, piſcibus, inſectis, lumbricis, nocte exeunt, interdiu quieti, fodiunt, mites ſcuto, quod globi inſtar contrahunt, ab adverſariis ſe muniunt, meridionalis potiſſimum Americae incolae; ſeminae ſingulis menſibus pariunt.*

Tatu et Tatu-paba Braſilienſibus. *Marcgr. braſ. p.* 231.
Armadillo. *Olear. muſ. p.* 7. *t.* 6. *f.* 4.
Armadillo ſ. Tatou. *Cluſ. exot.* 330.
Encouvert ou Tatou à ſix bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 209. *t.* 42.
*Habitat in* America meridionali. *Edulis, victitat melonibus, aliis fructibus, batatis aliisque radicibus, plantationibus infeſta.*
*Cervix etiam ſcuto tecta. Penis ſpiralis; glande plano compreſſa, marginata.*

ſeptemcinctus. 5. D. cingulis ſeptenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 281. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 220. *t.* LXXII. LXXVI. *f.* 3. 4.
Tatus quadrupes peregrina. *Geſn. quadr.* 103.
*Habitat in* India et America meridionali.
*Scutum anterius antice emarginatum. Cingula non niſi ſex mobilia.*

octocinctus. 8. D. ſcutis duobus, cingulis octo. *Schreber Saeugthiere*, II. *p.* 222. *t.* LXXIII. LXXVI. *f.* 5. 6.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis octo. *Briſſ. quadr.* 27.
Aiatochtli. *Hernand. mex. p.* 314.
Tatouette ou Tatou à huit bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 212.
*An haec et mox praegreſſa vere diſtinctae ſpecies? an differt octocinctus Molinae hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 271. *qui plantas habet pentadactylas?*

novemcinctus. 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Muſ. Ad. Fr.* 6. *Houtt. nat.* 2. *p.* 284. *t.* 16. *f.* 3. *Schreber Saeugth.* II. *p.* 223. *t.* LXXIV. LXXVI. *f.* 7-10.
Cataphractus ſcutis duobus, cingulis novem. *Briſſ. quadr.* 42.
Tatus. *Geſn. quadr. p.* 935.
Tatu été. *Marcgr. braſil. p.* 235.
Tatu ſ. Armadillus americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 45. *t.* 29. *f.* 1.
Armadillo ſ. aiatochtli. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 158. *f. ſupr.*
Pig-headed Armadillo. *Grew muſ. p.* 18.
Cachicame ou Tatou à neuf bandes. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 215. *t.* 37.
*Habitat in* America meridionali, *frequens praeſertim in* Gujana. *Caro eſculenta.*
*An propria ſpecies* 11*cinctus Molinae hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 271. *palmis tetradactylis, plantis pentadactylis?*

36. RHI-

## 36. RHINOCEROS. *Cornu* ſolidum perenne conicum, naſo inſidens, cum oſſe non cohaerens.

unicornis. 1. R. cornu unico. *Geſn. quadr. p.* 842. *Albin. tab. muſcul.* 4. 8. *Knorr delic.* T. II. *p.* 110. *t.* K. X. *Parſons philoſoph. Transact. Vol.* XLII. *n.* 523. *Edw. av. t.* 221. *f.* 2.

*Habitat inter et prope* tropicos *in paludoſis, jam Jobo memoratus, ſub nomine* Reem; *in pugnis animalium apud Romanos celebratis vulgatus, per longum tamen temporis ſpatium in Europa inviſus, donec ſeculo decimo ſexto aliqua ejus exempla in Europam devenerint: Victitat vepretibus, ſpinis, in coeno ſe volutans, parumper manſueſcens, mitis, niſi laceſſatur, irritatus cum fragore arbores proſternit; retro mingit et coit; unum modo pullum parit. Viſus debilis, olfactus et auditus tanto praeſtantior.*

Statura et magnitudine, *pedibus brevioribus exceptis, non tamen ſagacitate et docilitate ad elephantem, reliqua forma, moribus, voce grunniente propius ad ſuem praeſertim aethiopicum accedit.* Cutis *dura, ut ſagittae, globuli ſclopetarii, gladii ictus inde reſiliant, nuda pilis, niſi cauda et auriculis:* Suturae ſ. rugae *transverſales* α) *capitis poſtica.* β) *ſcapularis.* γ) *abdominalis ante femora.* δ) *femoralis trans femora.* Caro *craſſa, ſpongioſa, vix edulis.* Lingua *mollis.* Cornu *baſi crinitum, acutum, fibroſum, 3 aliquando pedum longitudinem attingens.* Dentes primores *adulto nulli, juniori remotiſſimi ſolitarii occurſantes.* Ungulae *tres.* Cauda *attenuata, pedibus brevior.*

bicornis. 2. R. cornubus duobus. *Syſt. nat. Ed.* X. *p.* 56. *n.* 2. *Sparrmann act. Holm.* 1778. *trim.* 4. *n.* 5.

*Habitat in* Africa, *oſſibus ejus, teſte nuperius* Pallas, *frequentiſſime in Ruſſia, boreali quoque ſepultis; jam* Pauſaniae et Martiali *dictus, in numo* Domitiani *obvius, a* Coſino *ſexto ſeculo memoratus, vix differre videtur ſpecie, neque tamen modo ſexu aut aetate.*

Caro *ad ſuillam,* viſcera *ad equina accedunt.* Cyſtis fellea *nulla.* Dentes primores *nulli.* Cornu *alterum ſupra primum verſus frontem.*

*Rarior eſt rhinoceros tricornis, tertio tum cornu ex alterutro priorum excreſcente.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0071-8

5\. ELEPHAS. *Dentes Primores* nulli utrinque.
*Laniarii* ſuperiores elongati, inferiores nulli.
*Proboſcis* longiſſima prehenſilis.
*Corpus* nudiuſculum.

maximus. 1. ELEPHAS. *Briſſ. quadr.* 45. *Raj. quadr.* 131. *Seb. muſ.* 1. *t.* 111. *f.* 1.
Elephantus. *Geſn. quadr.* 377. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 9. *Jonſt. quadr.* 30. *t.* 7. 8. 9. *Edw. av. t.* 221. *f.* 1. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 1. *t.* 1.

*Habitat in* Zonae torridae orbis antiqui *paludoſis ad amnes, ſecundum nonnullos Behemot Jobi; edit juniores arbores, ramos, folia, fructus heſperidum praeſertim et muſae paradiſiacae, cujus etiam lignum devorat, Cocos, Guilandinae ſemina, frumentum, vorax, gregarius, longaevus, docilis, cerebro quamvis perexiguo prudens;* proboſcidem *longiſſimam extenſilem et contractilem, acute odorantem, ad finem unco flexili inſtructam loco manus habet; ea cibum potumque haurit hoſtemque pellit; ea praeciſa occiditur; murem metuit ſub ſomno, ob tracheae inſertionem. Retro mingit, femina ſupina jacente coit, quae per annum gravida eſt; pullus labiis appreſſis lac maternum ſugit. Portat domos aliaque, rectore collo inſidente; celeri ſatis paſſu ingreditur, dexterrime natat. In bello armatur apud Indos, apud Romanos olim falcibus, a pulvere pyrio invento huic uſui minus idoneus; vulnuſculo inter exin et atlantem furioſus occiditur.*

*Maximum quadrupes, adeo ut exempla ſint elephanti* 4500 *libras pondere aequantis.* Corpus *cinereum, rarius rubeſcens aut album, pilis raris.* Proboſcis *ſubtus plana, apice truncata.* Oculi *parvi.* Dentes *laniarii ſuperiores cornuum ad inſtar ſurſum exſerti* (*Ebur*) *fibris criſpis inſignes, adeo ut ſinguli non raro* 150 *libras pondere aequent.* Aures *ampliſſimae, pendulae, dentatae, Act. angl.* 277. *p.* 1051. Cutis *craſſiſſima calloſa, tamen ita, ut globi ſclopetarii, etiam plumbei, penetrent, et muſcarum adeo puncturas ſentiat.* Mammae 2 *juxta pectus.* Ungues *ſupra apices quinque loborum pedum.* Genua *flexilia.* Collum *breve.*

Petri G. C. *Elephantographia. Lipſ.* 1723.
Anatome *in Bibliotheca medica Dublin.* 1681.

P. Gil-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0072-4 DFG

P. Gillii *nova deſcriptio elephanti, ad calcem* Aeliani *de h. anim. Lugd.* 1565. 8. *p.* 497--525.

(Fr. Serao) *opuſcoli di fiſico argumento. Napol.* 1766. 4. *p.* 1--62. *t.* 1.

*Oſſa elephanti creberrime in zonis etiam temperatis ipſisque frigidis, adeo Americae ſub terra ſepulta.* Pallas *Nov. Comm. Acad. Scient. Petrop. Vol.* XIII. *et* XVII., et Merk *Lettres* 1--3 *ſur les os foſſiles d' eléphans et de rhinocéros, qui ſe trouvent en Allemagne etc. à Darmſt.* 1786. 4.

Pedes *veſtiuntur corio calloſo, quod integrum detrahi poteſt inſtar ungulae equi, et inde ſub belluis non inepte militaret; cum vero pedes appareant tanquam unguibus,* 5 *in anterioribus et* 4 *in poſterioribus ſuperimpoſitis, aptius judicavi, ei locum heic concedere, praeprimis cum mammas in axillis brachiorum gerat.*

## 6. TRICHECHUS.

*Dentes Primores* (adulto) nulli utrinque.
*Laniarii* ſuperiores ſolitarii.
*Molares* ex oſſe rugoſo utrinque.
*Corpus* oblongum.
*Labia* geminata.
*Pedes* poſteriores compedes coadunati in pinnam.

Roſmarus. 1. T. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis remotis. *Houtt. nát.* 2. *p.* 7. *t.* 11. *f.* 1. *Schreb. Saeugthiere*, II. *p.* 262. *t.* LXXIX.

Odobenus. *Syſt. nat. Ed.* X. *p.* 38. *Briſſ. quadr.* 48.

Roſmarus. *Jonſt. piſc. t.* 44. *Worm. muſ.* 289. *Olear. muſ.* 38. *t.* 23. *f.* 3. *Bonann. muſ.* 269. *f.* 27. *Geſn. aquat.* 211.

Equus marinus ſ. Hippopotamus falſo dictus. *Raj. quadr.* 191. *Ellis hudſon. t.* 6. *f.* 3.

Mors ſ. Morſs, Roſsmarus. *Geſn. aq.* 211.

Wall-

---

Trichechi *omnes maris incolae, fucis, corallinis, teſtaceis, non carne victitant.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0073-9 DFG

Wallroſs. *Martens ſpitsb.* 78. *t.* 1. *f.* B.
Morſe. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 358. *t.* 54.
*Habitat intra et circa* polum arcticum *ad oſtia praeſertim fluviorum. Mugit inſtar bovis; dormiens ſtertit, ad* 18 *pedes longus, animoſe contra hoſtes ſe defendit, gregarius.* Dentes primores *juniori animali in maxilla ſuperiore bini exigui;* laniarii *remotiſſimi acuminati, ſubtiliter ſtriati,* 30 *aliquando libras pondere aequantes,* Ebur *fibris intertextis non adeo facile flaveſcens, nucleo tamen in fuſcum vergente;* molares *in utraque maxilla utrinque quatuor exiles, acuti, pone apicem fovea plana excavati.* Vibriſſae *culmi ſtraminei craſſitie pellucidae.* Nares *lunares.* Collum *craſſum.* Pedes *digitis* 5, *unguibus brevioribus. Ex* pelle *lora curruum conficiunt Ruſſi, nuperius Galli.* Pinguedo *expetita. Sceletum rejectum in arenam potior pars Mammotovacoſt.*

Dugong. 3. T. dentibus laniariis ſuperioribus exſertis approximatis.
Dugon. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 374. *t.* 74.
Indian Wallrus. *Penn. ſyn. p.* 338. *n.* 264.
*Habitat in* mari inter caput bonae ſpei et inſulas philippinas *interjecto,* roſmaro *cetera ſatis ſimilis;* caput *tamen magis acuminatum et anguſtius;* nares *ampliores et altius poſitae; loco* dentium primorum *planum inclinatum ad laniarios allidens.* Dentes laniarii *in maxilla inferiore nulli, in ſuperiore approximati, extrorſum flexi;* molares *latiores, diſtantes, in ſuperiore maxilla utrinque* 4, *in inferiore tres.* Mammae 2 *pectorales.* Caro *bovillam ſapit.*

Manatus. 2. T. dentibus laniariis nullis. *Art. gen.* 79. *ſym.* 107.
Manatus. *Rondel. piſc.* 490. *Geſn. piſc.* 213. *Hern. mex.* 323. *Briſſ. quadr.* 49.
Manati. *Cluſ. exot.* 133. *Aldr. piſc.* 728.
Manati ſ. vacca marina. *Raj. quadr.* 193.
Lamantin. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 277. *t.* 57.

auſtralis. α. piloſus, pedibus tetradactylis unguiculatis.
*Habitat in* mari africano et americano, *praeſertim ad oſtia fluviorum; quos creberrime ingreditur, parum a littore recedens;* 8 -- 17 *pedes longitudine,* 6 -- 7 *latitudine,* 500 -- 800 *libras pondere aequans.* Cutis *ex atro cinerea.* Dentes molares *in utraque maxilla utrinque* 9, *quadrati, cortice vitreo veſtiti. Vertebrae* 50.

β. nu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0074-5
DFG

borealis. $\beta$. nudus, pedibus nec digitis nec unguibus inſtructis.

*Habitat ad* littus Americae occidentale, et inſularum inter Americam et Kamſchatkam poſitarum, *frequentiſſime quoque oſtia fluviorum intrans. Longitudine* 23 *pedes*, *pondere* 8000 *libras aequat*; cutis *dum madet fuſca*, *exſiccata nigra. Loco* dentium molarium *in utraque maxilla utrinque os rugoſum. Vertebrae* 60.

*Manſueſcit ſaepe ſylveſtribus americanis muſicaque delectatus, veterum Delphinus; vorat indeſinenter. Sociati mas, femina, adultus et proles. Monogami vere coeunt, femina variis gyris primum fugiente, reſupinata. Dorſum inter paſcendum ex aquis eminet, avibus ibi pediculos venantibus. Mugitus bovinus.* Viſus *debilis*, auditus *tanto acutior.* Pedes *anteriores teſtudinum marinarum fere ad inſtar palmati; loco poſteriorum cauda horizontalis.* Auriculae *nullae.* Nares *diſtantes regulares.* Labium *ſuperius muricatum vibriſſis rigidis incurvis.* Mammae 2 *pectorales. V. Decham et Steller Nov. Comm. Petropol. Vol.* II. *p.* 294. *ſqq.* Caro *ſapidiſſima. Phocis Cetisque affinis. Quicquid veri habent cantatae toties de ſirenibus fabulae, ad hunc ſpectare videtur.*

III. FE-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0075-1

## III. FERAE.

*Dentes primores ſuperiores ſex acutiuſculi, canini ſolitarii.*

**11. PHOCA.** *Dentes primores* acuti, ſuperiores VI paralleli: exteriores majores.
inferiores IV paralleli diſtincti aequales obtuſiuſculi.
*laniarii* duplo longiores, acuti, robuſti I, ſuperiores ab inciſoribus, inferiores a molaribus remoti.
*molares* V-VI anguſti tricuſpidati.
*Auriculae* nullae.
*Pedes* poſtici coaliti.

urſina. 1. Ph. capite auriculato. *Schreber Saeugthiere*, III. *p.* 289. *t.* LXXXII.

Urſus marinus. *Steller nov. act. Petrop.* II. *p.* 331. *t.* 15.

*Habitat in* Kamtſchatkae *maritimis inter* Aſiam et Americam *proximam, primario in inſula Beringii, in* nova *quoque* Seelandia et inſulis novi anni.

*Impetuoſiſſime natant, mares polygami gregatim degunt cum uxoribus, filiis, filiabus ad 120; coeunt in littore reſupinata femina; vix metuunt hominem; mordent projectum lapidem; ſenes elumbes quieſcunt pingues; proprium lapidem pro lecto habent, quem non deſerunt; bella inſtituunt propter uxores, lectum, aequum et juſtum; ſuccumbente uno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo*

Phocae *genus ſordidum, curioſum, animoſum, pugnax, manſueſcens, polygamum, carne ſucculenta tenera, lardo et corio utile, aquas inhabitat, et ſub aqua natat; vix incedit ob pedes anticos retractos, poſticos unitos; victitat piſcibus et marinis, cujus etiam generis eſſe videtur* See-ape. *Penn. quadr.* 356.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0076-6 DFG

*duo contra unum, usque dum omnes proelio involuti; moeſti lacrymas fundunt copioſiſſimas.* Steller.

leonina. 2. Ph. capite antice criſtato, corpore fuſco. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 297. *t.* LXXXIII.

Leo marinus. *Anſon itin.* 100. *t.* 100. *Ellis hudſon. t.* 6. *f.* 4.

Loup marin. *Pernetty voy.* II. *p.* 40. *t.* 11. *f.* 1.

*Habitat ad polum* antarcticum et littus Chilenſe. *Tuberculo ad roſtri baſin piloſo, quod inflat in veſicam, frontem tegit, dum eludit baculi ictus. Natant gregatim; pugnant pro feminis; excubias agunt.*

Mas *labio* ſ. *fronte criſtata.* Dentes 2 *inferioris maxillae ſubexſerti.* Oculi *magni.* Vibriſſae *albae, rubro annulatae.* Pedes *omnes palmati, digitis* 5 -- 5, *unguibus pone apicem enatis*; poſtici *compedes interjecta cauda duos pollices longa, in pinnam horizontalem, digito extimo craſſiore.*

jubata. 4. Ph. cervice (maris) jubata. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 300. *t.* LXXXIII. B.

Phoca capite poſtice jubato. *Molina hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 250.

Leo marinus. *Steller nov. act. Petrop.* II. *p.* 360.

Lion marin. *Pernetty voy.* II. *p.* 47. *t.* 10.

*Habitat in parte ſeptentrionali* maris pacifici, *littore occidentali* Americae, *orientali inſularum* Falkland, Patagoniae, Kamtſchatkae, *et potiſſimum circa inſulas, quae inter* Kamtſchatkam et Americam *interjacent,* et Kuriles.

Color *ſpadiceus, juniori animali magis obſcurus, feminae vivacior. Major leonina, ut pondere* 160 *libras, longitudine* 25 *pedes aſſequatur; mugit inſtar bovis.*

vitulina, 3. Ph. capite inauriculato et cervice laevi, corpore fuſco. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 303. *t.* LXXXIV.

Phoca ſ. vitulus marinus. *Geſn. aquat.* 702. *Aldr. piſc.* 722. *Jonſt. piſc.* 44. *Dodart act.* 191. *t.* 191. *Raj. quadr.* 189.

Phoca oceanica. *Steller nov. Comm. Petrop.* II. *p.* 290.

Phoque. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 333. *t.* 45.

Vitulus maris oceani. *Rond. piſc. p.* 458.

Veau marin ou loup de mer. *Belon poiſſ. p.* 25. *f.* 26.

Seal. *Penn. br. zool.* I. *p.* 71. *t.* 48.

β. botnica. *Linn. faun. ſpec.* 4. *p.* 2.

*Naſo latiore, unguibus longioribus, colore obſcuriore differt.*

γ) ſibi-

γ. ſibirica, colore argenteo.
*Habitat in lacubus* Baikal *et* Orom.
δ. caſpica, colore vario.
*Habitat in mari, praeſertim* ſeptentrionali, *etiam* pacifico, *et* caſpico. *Dormiunt in lapide ex aqua eminente; pariunt in glacie, per quam adſcendere traduntur halitu, non deſcendunt. Mammas retrahunt duas abdominis; inter halecum catervos ſaginantur; a laris provocatae exſpuunt piſces; ictu ſupra naſum facillime occiduntur. Alias varietates, cineream, bovis, ſi adoleverit, magnitudine, albam vel margaritaceam, utramque in aquis ipſis dormientem, griſeam, nigram, et minorem maculatam refert* Oedman *act. Stockh. nov. ann.* 1784. *trim.* 1. *n.* 10.
Vibriſſae *undulatae.* Oculi *membrana nictitante inſtructi, humore cryſtallino globoſo.* Lingua *bifida. Foramen ovale fertur apertum eſſe.*
*Anatome.* E. N. C. *d.* 1. *a.* 9. *obſ.* 98. *et d.* 3. *a.* 7. *app.* 15.

Monachus. 5. Ph. capite inauriculato, dentibus inciſoribus utriusque maxillae quatuor, palmis indiviſis, plantis exunguiculatis. *Hermann act. nat. ſcrutat. Berol.* IV. *p.* 456. *t.* XII. XIII.
*Habitat in* mari dalmatico.

groenlandica. 6. Ph. capite laevi inauriculato, corpore griſeo, lateribus luna nigra. *Erxleben ſyſt. mamm. p.* 588.
Swartſiide. *Egede Groenl. fig. p.* 62.
Attarſoak. *Cranz Groenl. p.* 163.
The harp. *Penn. ſyn. n.* 269. *p.* 242.
*Habitat in* Groenlandia et Newfoundland, nec non circa Kamtſchatkam.

hiſpida. 7. Ph. capite laevi inauriculato, corpore pallide fuſco pilis ſurrectis hiſpido. *Erxleben ſyſt. mamm. p.* 589. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 312. *t.* LXXXVI.
Phoca foetida. *Müller zool. dan. prodr. p.* VIII.
Neitſek. *Cranz Groenl. p.* 164.
*Habitat ad littus* Groenlandiae et Labrador. *Ex pellibus veſtes conficiunt incolae.*

criſtata. 8. Ph. capite antice criſtato, corpore griſeo. *Erxleben ſyſt. mamm. p.* 590.
Klap-myſſen. *Egede Groenl. p.* 62. *t.* 6.
Blaudruſelus. *Olaffen Isl.* I. *p.* 283.
Neitſer-ſoak. *Cranz Groenl.* I. *p.* 164.
Hooded ſeal. *Penn. ſyn. n.* 268. *p.* 342.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0078-8 DFG

*Habitat in parte meridionali* Groenlandiae, *occidentali* Islandiae, *et circa* Newfoundland. *Prioribus major, pelle inter pilos albos brevi, denſa, nigra lana inſtructa.*

barbata. 9. Ph. capite laevi inauriculato, corpore nigricante. *Müller zool. dan. prodr. p.* VIII.
Utſelur, Wetrarſelur. *Olaff. Isl.* I. *p.* 260.
Utſuk. *Cranz groenl.* I. *p.* 165.
Lachtak. *Steller nov. comm. Petrop.* II. *p.* 290.
Sea calf. *Parſons act. angl. n.* 469. *p.* 383. *t.* 1. *f.* 1.
Grand phoque. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 333. 343.
*Habitat ad* Scotiam atque Groenlandiam auſtraliorem, *vulgaris circa* Islandiam. *Novembri atque Decembri parit pullos albos. Cutis denſa, pilis nigricantibus obſita. Corpus longitudine* 12 *pedum.*

puſilla. 10. Ph. capite laevi ſubauriculato, corpore fuſco. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 314. *t.* LXXXV.
Vitulus marinus. *Bellon. aquat. p.* 19. *f. p.* 21.
Vitulus maris mediterranei. *Rondel. piſc. p.* 453.
Veau marin. *Dampier voyag.* I. *p.* 116.
Loup marin. *Ulloa voy.* II. *p.* 2.? 26.?
Vitello marino picciolo. *Aleſſ. quadr.* IV. *t.* 171.
Petit phoque. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 333. *t.* 53.
*Habitat in* Oceano, mari mediterraneo, *ad littus* Chilenſe, *ad inſulam* Juan Fernandez. Φωκη Ariſtotelis, *Vitulus marinus* Plinii.
*An hujus forte varietas* Phoca porcina *Molin. hiſt. nat. Chil. α.* IV. *p.* 248. *roſtro longiore, auriculis magis prominulis, pedibus pentadactylis diverſa?*

## 12. CANIS. *Dentes Primores* ſuperiores VI; laterales longiores diſtantes; intermedii lobati.
Inferiores VI; laterales lobati.
*Laniarii* ſolitarii incurvati.
*Molares* VI-VII. (pluresve quam in reliquis).

familiaris. 1. C. cauda (ſiniſtrorſum) recurvata. *Faun. ſuec.* 5. *Amoen. acad.* 4. *p.* 43. *t.* 1. *f.* 1.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0079-6 DFG

Canis. *Geſn. quadr.* 91. *Aldr. dig.* 482. *Jonſt. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.

domeſticus. α. auriculis erectis cauda ſubtus lanata.
Canis οἰκουρος ſ. domeſticus. *Raj. quadr. p.* 177. *n.* 8.
le Chien de berger. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 241. *t.* 28.

pomeranus. β. pilis in capite longioribus, auriculis erectis, cauda ſurſum quam maxime curvata.
Chien-loup. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 242. *t.* 29.

ſibiricus. γ. auriculis erectis, pilis per univerſum corpus longis.
Kosha. *Steller kamtſchatk. p.* 182.
Chien de Sibirie. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 242. *t.* 30.

islandicus. δ. auricularum erectarum apicibus pendulis, pilis roſtro brevi excepto longis.
Fiaar-hund. *Olaff. Isl.* I. *p.* 30.
Chien d'Islande. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 242. *t.* 31.

aquaticus. ε. pilo criſpo longo inſtar ovis.
Canis ſagax ad aquas. *Aldrov. dig. p.* 556.
Canis aviarius aquaticus. *Geſn. quadr. p.* 256. *Raj. ſyn. p.* 177. *n.* 6.
Grand barbet. *Buffon hiſt. nat. p.* 246. *t.* 37.
Water-dog. *Penn. quadr.* II. *var.* δ. *p.* 145.
Budel. *Ridinger Thiere, t.* 18.

minor. ζ. minor pilo criſpo longo, circa auriculas longiore et recta propendente.
Petit barbet. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 250. *t.* 38. *f.* 2.

brevipilis. η. capite minore, rotundato, roſtro brevi, cauda ſurſum curvata.
Canis melitenſis brevioribus pilis. *Aldrov. dig. p.* 541.
Gredin. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 247. *t.* 39. *f.* 1.
Pyrame (niger maculis flammeis). *Buffon hiſt. nat.* V. *t.* 39. *f.* 2.
King-Charles-dog (palato pilisque nigris). *Penn. quadr. p.* 145. *n.* III. α.

extrarius. ϑ. auriculis longis lanatis pendulis.
Canis hiſpanicus, auribus demiſſis. *Aldrov. dig. p.* 561. 562.
Epagneul. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 246. *t.* 38. *f.* 1.

melitaeus. ι. magnitudine ſciuri, pilis per totum corpus molliſſimis, ſericeis, longiſſimis.
Canis melitenſis hirſutus. *Aldr. dig. p.* 542.
Canis melitaeus. *Raj. ſyn. quadr. p.* 177. *n.* 9.
Bichon. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 257. *t.* 40. *f.* 1.

κ. mi-

leoninus. *κ.* minimus, pilis abdominis et caudae brevioribus.
Chien-lion. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 251. *t.* 40. *f.* 2.

variegatus. *λ.* auriculis parvis ſubpendulis, roſtro exili acuto, pedibus tenuibus.
Petit danois. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 247. *t.* 41. *f.* 1.

hybridus. *μ.* auriculis parvis ſubpendulis, naſo ſubſimo craſſo.
Roquet. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 253. *t.* 41. *f.* 2.
*An ex λ et ν hybridus?*

fricator. *ν.* naſo reſimo, auribus pendulis, corpore quadrato.
Doquin. *Buffon hiſt. nat. p.* 252. *t.* 44.
Pug dog. *Penn. quadr. p.* 147. *n.* V. *β.*
Cane muffolo. *Aleſſ. quadr.* III. *t.* 103.
a. hybridus ex *ν* et *μ*.
Artois. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 253.
b. hybridus ex *ν* et *ϑ*.
Chien d'Alicante. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 254.

Moloſſus. *ξ.* magnitudine lupi labiis ad latera pendulis, corpore toroſo.
Canis ſagax ſanguinarius. *Geſn. quadr.* 251.
Dogue. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 249. *t.* 43.
Bull-dog. *Penn. quadr. p.* 147. *n.* V. *α.*
Baerenbeiſser. *Ridinger Thiere. t.* 3.

anglicus. *ο.* maximus labiis ad latera pendulis, corpore toroſo.
Canis bellicoſus anglicus. *Aldrov. dig. p.* 559.
Canis maſtivus. *Raj. quadr. p.* 176. *n.* 1.
Maſtiff. *Penn. quadr. p.* 146. *n.* IV. *δ.*
Dogue de forte race. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 252. *t.* 45.
Engliſche Docke. *Ridinger Thiere, t.* 1. 2.

ſagax. *π.* auriculis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas.
Teutſcher Jagdhund. *Ridinger Thiere,* T. V. icon. duae ad dextram.

gallicus. *ρ.* auriculis pendulis, digito ſpurio ad tibias poſticas, albicans.
Canis venaticus ſagax. *Raj. quadr. p.* 174. *n.* 4.
Chien courant. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 243. *t.* 32.
Hound. *Penn. quadr. p.* 144. *n.* II.
Franzöſiſcher und engliſcher Parforcehund. *Ridinger Thiere,* T. V. ic. duae ad ſiniſtr. et T. VI.

ſcoticus. *σ.* ſcoticus ſagax. *Geſn. quadr. p.* 250.
Bloodhound. *Penn. quadr. p.* 144. *n.* II.
Canis ſanguinarius. *Raj. quadr. p.* 174.
Schweishund. *Ridinger Thiere,* T. X.

venaticus. *τ.* Leithund. *Ridinger Thiere*, T. IV.

avicularius. *υ.* cauda truncata.
Canis ſagax ad coturnices capiendas, pantherinus. *Aldrov. dig. p.* 535.
Canis aviarius ſeu hiſpanicus campeſtris. *Raj. quadr. p.* 177. *n.* 5.
Spaniel. *Penn. quadr. p.* 145. *n.* III.
Braque et Braque de Bengale. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 245. *t.* 33. *et* 34.
Hünerhund. *Ridinger Thiere*, T. XIV.

aquatilis. *φ.* cauda truncata, pilis longis aſperis.
Barbet. *Ridinger allerley Thiere*, *t.* 42.

curſorius. *χ.* capite longo, roſtro robuſto, auribus parvis ſubpendulis, pedibus longis toroſis, corpore longiore graciliore.
Curshund. *Ridinger Thiere*, *t.* 13.

hibernicus. *ψ.* magnitudine o, trunco curvato, roſtro attenuato. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 327. *t.* LXXXVII.
Canis grajus hibernicus. *Raj. quadr. p.* 176. *n.* 3.
Iriſh greyhound. *Pennant quadr. p.* 146. *n.* IV. *α.*

turcicus. *ω.* magnitudine o, trunco curvato, roſtro attenuato, pilo ſubcriſpo. *Ridinger Thiere*, *t.* 9.
Canis leporarius turcicus. *Aldr. dig. p.* 550?

grajus. *αα.* magnitudine lupi, trunco curvato, roſtro attenuato.
Canis ſcoticus venaticus. *Geſn. quadr. p.* 249. *Aldrov. dig. p.* 545.
Canis venaticus grajus ſeu graecus, nonnullis ſcoticus. *Raj. quadr. p.* 176. *n.* 2.
Levrier. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 240. *t.* 27.
Common greyhound. *Pennant quadr. p.* 146. *n.* IV. *β.*
Windſpiel. *Ridinger Thiere*, *t.* 7.

hirſutus. *ββ.* magnitudine lupi, trunco curvato, roſtro attenuato, pilo paulo longiore criſpo.
Canis leporarius hirſutus. *Aldrov. dig. p.* 549.
Zotiger Windhund. *Ridinger Thiere*, *t.* 7. *f. anter.*

italicus. *γγ.* minor, trunco curvato, roſtro attenuato.
Levron. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 241.
Italian greyhound. *Pennant quadr. p.* 146. *n.* IV. *β.* 1.
Kleines Windſpiel. *Ridinger Thiere*, *t.* 15.

aegyptius. *δδ.* nudus absque pilis.
Canis ſine pilis. *Aldrov. digit. p.* 562.

Canis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0082-9

Canis pilis carens minor, indian dog. *Brown jamaic. p. 486?*
Chien turc. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 248. *t.* 42. *f.* 1.
Naked dog. *Penn. quadr. p.* 147. *n.* V. δ.

laniarius. εε. corpore anguſto, pedibus toroſis, cauda robuſta recta, pilis brevibus appreſſis.
Matin. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 239. *t.* 25.

aprinus. ζζ. corpore anguſto, pedibus toroſis, cauda robuſta recta, pilis longis aſperis.
Saufinder. *Ridinger Thiere, t.* 11.

ſuillus. ηη. capite roſtroque robuſto, trunco poſtice anguſto, pedibus longis, pilis longis aſperis.
Saurüden. *Ridinger Thiere, t.* 12.

vertagus. ϑϑ. pedibus brevibus, trunco longo ſaepius variegato.
Turnſpit. *Penn. quadr. p.* 145. *n.* 11. γ.
a. pedibus rectis.
Baſſet à jambes droites. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 245. *t.* 35. *f.* 1.
b. pedibus curvatis.
Vertagus, a Tumble. *Raj. quadr. p.* 177. *n.* 7.
Baſſet à jambes torſes. *Buffon hiſt. nat. p.* 245. *t.* 35. *f.* 2.
Dachsſchlieffer, Dachswürger. *Ridinger Thiere, t.* 16.
c. pilis longioribus criſpis.

americanus. ιι. magnitudine ι. capite parvo, auribus pendulis, dorſo curvato, cauda brevi.
Alco. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 150.
a. Ytzucinte porcotli, Canis mexicana. *Hernandez hiſt. Mexic. p.* 466.
Michuacanens. *Fernand. anim. nov. Hiſp. p.* 7.
b. Techichi. *Fernand. anim. nov. Hiſp. p.* 10.

*Habitat ſaepius cum homine, paſſim etiam ſpontaneus evaſit, an in India inquilinus?*

*Edit carnes, cadavera, vegetabilia farinoſa; non perinde olera. Digerit oſſa; vomitu a gramine purgatur; cacat ſupra lapidem. Potat lambendo; mingit ad latus, cum hoſpite ſaepe centies; odorat anum alterius; odoratu excellit naſo humido; oblique currit; incedit ſupra digitos; vix ſudat; calidus linguam exſerit; cubitum iturus circumit locum; dormit auditu acutiore, ſomniat. Procis rixantibus crudelis; menſtruans catullit cum variis; mordet illa illos; cohaeret copula junctus; gravida* 63 *diebus;*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0083-5

*parit ſaepe* 4 *ad* 8, *maſculis patri ſimilibus, femineis matri.* Fidiſſimus *omnium; hominibus cohabitat; blanditur ad domini acceſſum; ejus inflictum non fert; praecurrit in itinere, in bivio reſpicit; docilis, amiſſa inquirit, vigilias noctu inſtituit, advenas indicat, ad merces vigilat, pecora ab agris arcet, tarandos coercet, boves ovesque a feris cuſtodit, leones detinet, feras agitat, anatibus adſtat, repit aſſiliens ad rete, occiſa a venatore apportat, a rapina deſiſtens; veru trahit in* Gallia, *rhedam in Sibiria. Mendicat ad menſam; furatus timet cauda incurvata; invidus edit; inter ſuos dominus domi; mendicorum hoſtis, ignotos ſine injuria laceſſit. Lambendo vulnera, podagram, carcinomata lenit; ululat ad muſicam; mordet projectum lapidem; inſtante tempeſtate foetet aegrotans; taenia laborat; rabiem diſſeminat; demum caecutit et ſe ipſum rodit; ab oleo empyreumatico caudae adſperſo clamitat; ſaepe gonorrhoea infectus; a Mahometanis* expellitur. *Anatomicorum victima in ſanguinis circulatione, transfuſione, vaſis lacteis, nervo reſecto etc. medicorum in venenorum efficacia exploranda.*

Caput *vertice carinatum.* Labium *inferius lateribus dentatis nudis occultatum.* Myſtaces *ordinibus* 5 *ſ.* 6. Nares *extrorſum recurvato ſinu lunares.* Auriculae *margine baſeos ſuperiore reflexo, poſteriore duplicato, antico trilobo.* Verrucae *faciei piloſae* 7. Suturae *velleris* 8, *collares, ſternea, cubitales, abdominales, oculares, lumbares, auriculares, anales.* Mammae 10: *harum* 4 *in pectore.* Pedes *ſubpalmati.*

Lupus. 2. C. cauda incurvata. *Faun. ſuec.* 6. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 346. *t.* LXXXVIII.
Canis ex griſeo flaveſcens. *Briſſ. quadr. p.* 170.
Lupus. *Geſn. quadr.* 634. *Aldrov. dig.* 144. *Jonſton quadr.* 89. *Raj. quadr.* 173.
Loup. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 39. *t.* 1.
Wolf. *Penn. brit. zool.* I. *p.* 61. *t.* 1.
Wolf. *Ridinger wilde Thiere, t.* 21.

*Habi-*

---

Canis *genus vorax, morſu lacerans, arbores non ſcandit, curſu quamvis celer; femina plures pullos parit, mammis plerumque* 10 *inſtructa,* 4 *in pectore,* 6 *in abdomine poſitis.* Caput *vertice plano, roſtro tenuiore.* Truncus *antice craſſior.* Penis *nodoſus eſt.* Pedes *anteriores, excepta hyaena et crocuta, cui quatuor tantummodo ſunt, digitis* 5, *poſteriores* 4, *ſingulis unguibus longis, paulisper curvatis, immobilibus, cum feli, phocae, urſo, muſtelae in utrisque pedibus ſint* 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0084-1 DFG

*Habitat in* Americae borealis, Aſiae, Africae, Europae *potiſſimum ſylvis etiam frigidioribus, ex magna Britannia inde ab anno 800 exterminatus. Catervatim incedit, pecora, equos, ſues, canes occidit; in ſilvis ſuſpicioſiſſimus vix audet; tractum funiculum metuit, portam non ſubit, ſed ſepimentum ſuperſilit; ſonitum tubae ſtentoreae non fert; auditu atque olfactu excellit; coit Januario; gravida per* 10 *hebdomadas parit pullos* 5 -- 9 *coecos; adoleſcit anno tertio, et* 15 -- 20 *annorum aetatem attingit; ſumma fame et frigore laceſſitus, in propriam ſpeciem et hominem ſaevit; inediam diu tolerat; unguibus retractis incedit; collum facile flectit; noctu ululat; lichene vulpino occiditur. Fn. ſuec.* 1129. *Ström ſöndm.* 391.

Anatome. *E. N. C. d.* 2. *a.* 9. *obſ.* 71. *et cent.* 10. *app.* 450.

mexicanus. 8. C. cauda deflexa laevi, corpore cinereo faſciis fuſcis maculiſque fulvis variegato.

Canis cinereus, maculis fulvis variegatus. *Briſſ. quadr.* 237.

Quanhpecotli ſ. Felis montana americana. *Seb. muſ.* I. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 2.

Xoloitcuintli, lupus mexicanus. *Hernand. mex. p.* 479.

Cuatlachtli, lupus indicus. *Fernand. nov. Hiſp.* 7.

Loup de mexique. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 49.

*Habitat in calidioribus regni* Mexicani.

Corpus *cinereum, faſciis fuſcis. Maculae fulvae in fronte, collo, pectore, ventre, cauda.*

Thous. 9. C. cauda deflexa laevi, corpore ſubgriſeo, ſubtus albo.

*Habitat in* Surinamo.

Corpus *griſeum, ſubtus totum album, magnitudine majoris cati.* Aures *concolores erectae.* Verruca *ſupra oculos, in buccis, ſub gula.* Lingua *lateribus ciliata.*

Hyaena. 3. C. cauda recta, pilis cervicis erectis, auriculis nudis, pedibus tetradactylis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 371. *t.* XCVI. *Miller on various ſubj.* T. XIX. A.

Taxus porcinus ſive hyaena veterum. *Kaempfer amoenit. exot. p.* 411. *t.* 407. *f.* 4.

Lupus marinus. *Bellon. aquat.* 33. *t.* 34. *Jonſton quadrup. t.* 57. *Geſner Thierb. p.* 359.

Hyaena. *Briſſ. quadr. p.* 169.

Hyaena. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 268. *t.* 25.

Striped hyaena. *Penn. ſyn. p.* 161. *n.* 118.

Indianiſcher Wolf. *Ridinger allerl. Thiere, t.* 37.

*Habitat in* Oriente, Perſia, Africa, etiam meridionali, *Ὕαινα*, *Κροκολας*, *Κροκουλας veterum*, *Γλανος etiam Ariſtotelis, excavat terram degitque in antris; diutius ſine cibo vivit; in humana cadavera ſaevit, quae e tumulis effodit, coemeteriis infeſta; quicquid irritatus ore prehendit, mordicus tenet, nec vivus dimittit pertinaciſſimus, inde venatoribus facilius cedet.*

Magnitudo *ſuis*, facies *apri*. Pili *dorſi ſubſpithamei*, *erecti*, *apicibus nigris*. Oculi *roſtro propinquiores*. Auriculae *nudae*. Cauda *ſaepius annulis nigricantibus verticillata*; crura *annulis nigris variegata*. Striae *corporis fuſcae et nigrae*, *transverſales*, *a dorſo ad ventrem ductae*. *Forſan ad urſi vel melis genus relegandum animal*, *quod etiam*, *quemadmodum meles*, *inter anum et caudam ſaccum unguine foetido refertum habet.*

Crocuta. 10. C. cauda recta, corpore nigro maculato, pedibus tetradactylis. *Erxleben hiſt. mamm. p.* 578.

Hyaena ſive congener illi Crocuta. *Ludolf Aeth.* L. I. *c.* 10. *n.* 50.

Quumbengo. *Barbot Guin. p.* 486.

Jachhals vel Boshond. *Boſſin guin. p.* 291.

Spotted Hyaena. *Penn. ſyn. quadr. p.* 162. *n.* 119. *t.* 17. *f.* 2.

*Habitat in* Guinea, Aethiopia, ad caput bonae ſpei *in terrae rupiumque caveis. Noctu praedatur oves, ſepulcra adit voratque cadavera, ipſosque homines adoritur. Vox terribilis.*

Facies et caput *ſupra nigra*. Juba *brevis nigra*. Corpus *pilis brevibus*, *mollibus*, *cum artubus rubro-fuſcum*, *maculis rotundis nigris*. Cauda *brevis nigra villoſa*.

aureus. 7. C. cauda recta, corpore pallide fulvo. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 365. *t.* XCIV.

Canis flavus. *Briſſ. quadr. p.* 171.

Lupus aureus. *Kaempfer amoenit. exot. p.* 413. *t.* 407. *f.* 3. *Raj. quadr. p.* 174. *Klein quadr. p.* 70.

Vulpes indiae orientalis. *Valent. muſ.* 452. *t.* 452.

Adil. *Bellon obſerv. p.* 160.

Chacal, Adive. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 255.

Chien ſauvage indien. *Voſmaer deſcript. Amſt.* 1773.

Schakall. *S. G. Gmelin it. ruſſ.* III. *p.* 80. *t.* 13. et *Güldenſtedt nov. comm. Petropol.* XX. *p.* 449. *ſqq. t.* X.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0086-2
DFG

*Habitat in* Aſiae regionibus calidioribus, *et in* Barbaria, Θως *Ariſtotelis et Aeliani*, Λυκος ξανθος *et* χρυσεος *Oppiani*, Thoes *Plinii.*

*Die latet in montibus ſylvisque; noctu catervatim ad* 200 *incedit, furto deditus; lente ambulat, capite dependente, at praeda detecta celerrime currit; adultos homines vix invadit, pueros trucidat; edit animalia minora, aves, cibaria varia, fructus quoque horaeos, radices, cadavera e terra effodienda. Coit canino more verno tempore, per menſem gravida;* 5--8 *pullos parit, valde manſueſcit, moſchum olet. Uno clamante, clamant remoti alii, ambulante ſono nocturno; ululatus execrabilis, quaſi ejulatus latratu interceptus. Latratu exagitare fertur feras, hoc audientes reliquae in exercitum concurrere, proſequi miſerum cervum, dum leo tigrisve ex inſidiis fugientem proſternat, praedamque voret, circumſedente venatorum corona, usque dum rex ſatiatus diſceſſerit. An canis ferus?*

meſomelas. 11. C. cauda recta, corpore ferrugineo; faſcia dorſali nigra. *Erxl. ſyſt. mammal. p.* 574. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 370. *t.* XCV.

Jackhals. *Kolbe cap. bon. ſp. p.* 150.

Chacal. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 268.

*Habitat vulgaris ad* caput bonae ſpei.

*Facies vulpina; longitudo corporis* $2\frac{3}{4}$ *pedum, caudae pedis unius.*

Lycaon. 12. C. cauda recta, corpore toto nigro. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 560. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 353. *t.* LXXXIX. *Miller on various ſubjects*, T. XIX. B.

Vulpeculae nigrae. *Scheff. Lappon. p.* 340.

Schwarze Füchſe. *Steller Kamtſchatk. p.* 124.

Loup noir. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 362. *t.* 41.

Black fox. *Penn. ſyn. quadr. p.* 152. *n.* 112. *γ.*

Lupo nero. *Aleſſ. quadr.* I. *t.* 24.

*Habitat in* Europae, Aſiae, et Americae *frigidioribus, omnium aſtutiſſimus et lupo ſatis ſimilis, magnitudinis etiam inter hunc et vulpem intermediae; color totus niger, ut tamen aliquando colore ſubgriſeo, vel argenteis pilorum apicibus variet. Pellis pretioſiſſima.*

Vulpes. 4. C. cauda recta, apice albo. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 354. *t.* XC.

Vulpes. *Geſn. quadr.* 966. *Aldrov. dig.* 195. *Jonſt. quadr.* 82. *Raj. quadr.* 177.

Rĕnard. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 75. *t.* 6.
Fuchs. *Ridinger jagdbare Thiere*, *t.* 14.
*Habitat in* Europa, Aſia, Africa, *regno* Chilenſi Americae, Αλωπηξ Ariſtotelis et Aeliani, Κερδω Oppiani, *antra fodiens, animal aſtutiſſimum; ſaevit in agnos, anſeres, gallinas, aviculas, non accipitres foetidioresque; edit ſtercora animalium; pingueſcit uvis; non rapit facile in praedio, quod inhabitat; pruriens noctu clamitat; bombardas exploſas odoremque pulveris pyrii fugit; pellitur fumo.*
Corpus *fulvum, pedibus anticis et auricularum apicibus nigris; raro album.* Auriculae *erectae.* Labia *alba. Ambroſiaco fragrat odore ſupra caudae baſin.*

Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 358. *t.* XCI.
Vulpes villo denſiore et nigricante. *Geſn. quadr. p.* 967.
Charbonnier. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 82.
Brant-fox. *Penn. ſyn. p.* 153. δ.
*Habitat in* Europa, Aſia, *regno* Chilenſi Americae.
*Praecedente rarior, minor, magis obſcurus, cetera ſatis ſimilis.*

Corſac. 13. C. cauda recta fulva, baſi apiceque nigra. *Syſt. nat.* XII. *app.* 3. *p.* 23. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 359. *t.* XCI. B.
Korſaki. *Rytſchkow Orenb.* I. *p.* 232. *Pallas neue nord. Beytr.* I. 29.
*Habitat frequentiſſimus in magno* deſerto ab Ural fluvio verſus Irtim; *ſaevit in aves, foetet, clamitat, latrat, vulpe minor, ceterum ſatis ſimilis.*

Karagan. 14. C. cauda recta, corpore griſeo, auriculis nigris.
Karagan et Steppenfüchſe. *Pallas it.* I. *p.* 199. 234.
*Habitat in* deſertis Kalmyccis et Kirgiſicis.

cinereo-argenteus. 15. C. cauda recta, corpore cinereo, collo lateribus fulvo. *Erxleb. ſyſt. mamm. p.* 567. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 360. *t.* XCII. A.
*Habitat in* America boreali, *vulpe minor.* Griesfuchs.

virginianus. 16. C. cauda recta, corpore ex cinereo albicante. *Erxleb. ſyſt. mamm. p.* 567. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 361. *t.* XCII. B.
Canis vulpes cinerea. *Briſſ. quadr. p.* 174.
Vulpes cinereus americanus. *Klein quadr. p.* 71.
Grey fox. *Catesb. carol.* II. *p.* 78. *t.* 78.
*Habitat in* Carolina, *et reliquis* Americae borealis *calidioribus, in cavis arboribus, facile manſueſcens.*

6. C.

Lagopus. 6. C. cauda recta, palmis plantisque piloſiſſimis. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 568.
Canis cauda recta apice concolore. *Syſt. nat.* XII. *p.* 59. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 362. *t.* XCIII. *utraq.*
Canis hieme albus, aeſtate ex cinereo caeruleſcens. *Briſſ. quadr. p.* 174.
α. Vulpes alba. *Kalm. bahus.* 236.
Iſatis. *J. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. 1760. *p.* 358. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 72.
The arctic fox. *Penn. ſyn. quadr. p.* 155. *t.* 17. *f.* 1.
β. Vulpes caeruleſcens. *Faun. ſuec.* 14.
*Habitat ad* omne mare glaciale *frequentiſſimus, etiam in* America boreali, *in ipſo regno* Chilenſi, *non in ſilvis, ſed in nudis montibus; degit in cuniculis; edit mures, anſeres, nec niſi fame coactus baccas et teſtacea. Latratus, non foetor vulpis. Graviditas per* 9 *hebdomadas. Pellis egregia. An hujus vel vulpis potius varietas eſt?*
γ. Vulpes crucigera fulvus, crucem nigram in dorſo gerens. *Briſſon anim. p.* 241. *n.* 6.
et
Canis (Culpaeus) cauda recta elongata, apice concolore laevi. *Molin. hiſt. nat. Chil.* L. IV. *p.* 259?

Cerdo. 17. C. cauda recta, corpore pallido, auriculis roſeis erectis praelongis. *Skiöldebrand act. ac. ſuec. ad ann.* 1777. *trim.* 3. *art.* 7. *t.* 6.
*Habitat in magno* Africae *deſerto ſabuloſo* Saara.
*Reliquis ſpeciebus minor, curſu celerrimus, ſcandit, locuſtis aliisque inſectis veſcitur. Canis junioris ad inſtar latrat. An revera hujus generis?*

## 13. FELIS. *Dentes primores* intermedii aequales. *Molares* terni. *Lingua* retrorſum aculeata. *Ungues* retractiles.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore helvolo. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 376. *t.* XCVII. A. B.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace jubato. *Syſt. nat.* 6. *p.* 4. *n.* 1.
Felis cauda in floccum deſinente. *Briſſ. quadr. p.* 194.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0089-2

Leo. *Geſn. quadr.* 572. *Aldr. dig.* 2. *Jonſt. quadr.* 72. *Dodart act.* 1. *t.* 1. *et* 7. *t.* 7. *Raj. quadr.* 162.

Lion. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 1. *t.* 1. 2.

*Habitat in* Africa, *praeſertim interiore, rarior in deſertis* Perſiae, Indiae, Japaniae, *olim quoque in reliqua calidiori* Aſiae *parte*, Palaeſtina, Armenia, Thracia. *Segnis, eſuriens praedatur equis et aliis majoribus animalibus, nec niſi famelicus homine; fugatur accenſa flamma; canibus coërcetur; junior manſueſcit; retro mingit. Rugitus horrendus a tracheae annulis integris imbricatis; dormit in aprico, eſurit tertio die, tagax; inceſſus lentus, praedantis ſaliens; halitus foetidus; olfactus debilior; caro Afris eſculenta.*

Color *luteo-rufus, nonnunquam obſcurior.* Caput *magnum, rotundatum.* Frons *quadrata.* Oculi *ingentes.* Labia *pendula.* Cor *maximum.* Mas femina *quarta parte major, ut longitudo* 8 *pedes aliquando ſuperet*; thorax *hirſutus*; capitis et colli latera *pilis flaveſcentibus in fuſcum vergentibus propendentibus circiter bipedalibus, reliquis pilis brevibus appreſſis*; cauda *flocceſa.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 6. *Bartholin. act.* 1671. *n.* 17. *Nov. comment. Acad. Imper. Petropol. pro ann.* 1771. T. XVI.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 381. *t.* XCVIII.

Felis flava, maculis longis nigris variegata. *Briſſ. quadr. p.* 195.

Tigris maculis virgatis. *Ludolf hiſt. aeth. comm. p.* 151.

Tigris. *Geſn. quadr.* 936. *Aldr. dig.* 101. *Jonſt. quadr. p.* 84. *t.* 54. *Bont. jav. p.* 53.

Tigre. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 129. *t.* 9.

*Habitat in* Aſia *calidiore, etiam* China et Japania, *in ipſo monte* Ararat *in ſilvis et dumetis, praeſertim ad fluvios; animal aſtutiſſimum, crudeliſſimum, robuſtiſſimum, foetidum, tremendae velocitatis; homini peſſimum, deſolat praecipue Jndos; etiam a partu cicuratum inſitam ferociam exercet, utprimum a vinculis ſe liberavit; mas occidit*

---

Felis *genus ſobrium, ſcandit facile arbores, curſu celer, noctu potiſſimum ſpeculatur, caſu delabitur in pedes contuſioni vix obnoxium; glans penis ipſis muricatus retrorſum; retractis unguibus acutiſſimis incedunt, iisque ſaeviunt; inhiando ſanguinem hauriunt; viſa praeda caudam movent; vegetabilibus ultro non veſcuntur. Feminis multiparis mammae* 8, 4 *pectorales*, 4 *abdominales.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0090-7
DFG

*cidit proprios liberos. Viſus, qui necavit leonem. Saltu ex inſidiis praedam adoritur.*

*Pulcherrima fera, maculis virgatis transverſis, magnitudine fere leonis.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 7. *et a.* 9. *obſ.* 194. *S. G. Gmelin itin. ruſſ.* III. *p.* 483.

Pardus. 3. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 384. *t.* XCIX.

Felis ex albo flavicans, maculis nigris in dorſo orbiculatis, in ventre longis. *Briſſ. quadr. p.* 194.

Panthera, Pardus, Pardalis, Leopardus. *Geſn. quadr. p.* 824. *Raj. ſyn. p.* 166.

Pardus maculis ſeu ſcutulis varius. *Ludolf hiſt. aeth. comm. p.* 51.

Panthere. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 151. *t.* 11. 12.

*Habitat in* Africa *et calidiore* Aſiae *parte; cauda non menſurata* 5 - 6 *pedes longa,* Παρδαλις μειζων Oppiani; *homini non infeſta, niſi irritetur; noctu domus ingreditur, et catos venatur; ceterum genio et praedandi more tigri ſimilis.*

Uncia. 9. F. cauda elongata, corpore albido, maculis irregularibus nigris. *Erxleb. ſyſt. mamm. p.* 508. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 386. *t.* C.

Once. *Buffon* IX. *p.* 151. *t.* 13.

*Habitat in* Africa *boreali*, Perſia, Hircania, Sina, Panthera Plinii, Παρδαλις ολιγοτερα Oppiani, *prioribus mitior, ut cicurata venatui adaptari poſſit, et minor, ut corpus ipſum* $3\frac{1}{2}$ *pedes longitudine non ſuperet.*

Leopardus. 10. F. cauda mediocri, corpore fuſco maculis ſubcoadunatis nigris. *Erxl ſyſt. mamm. p.* 509. *n.* 5. *Schreber Saeugthiere,* III. *p.* 387. *t.* CI.

Uncia. *Caj. op. p.* 42. *Geſn. quadr. p.* 825.

Léopard. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 151. *t.* 14.

*Habitat in* Africa, *praeſertim occidentali; priori vix major, et moribus ſimilis.* Caro *Hottentottis edulis.*

Onca. 4. F. cauda mediocri, corpore flaveſcente, ocellis nigris rotundato-angulatis medio flavis. *Schreb. Saeugthiere,* III. *p.* 388. *t.* CII.

Felis flaveſcens, maculis nigris orbiculatis, quibusdam roſam referentibus variegata. *Briſſ. quadr. p.* 196.

Felis

Felis cauda elongata, maculis ſubrotundis fere aequalibus. *Brown nat. hiſt. of Jamaic. p.* 485.
Pardus aut Lynx braſilienſis, Jaguara dictus, Luſitanis Onza. *Raj. ſyn. p.* 168.
Tlatlauhqui ocelott ſeu tigris mexicana. *Hernand. mex. p.* 498.
Jaguara. *Marcgraf. braſ. p.* 235. *Piſ. ind. p.* 103.
Tigre de la grande eſpece, que les Portugais appellent tigre royal. *Perr. anim.* III. *p.* 287.
*Habitat in omni* America meridionali ad Mexico *usque; tigrim ferocitate et moribus, non animoſitate aequans, quamvis omnibus praecedentibus minor; ex inſidiis tribus ſaltibus praedam rapit; equo inſilit ſupra humeros; ſe triplo majorem aufert; guſtato humano ſanguine non deſiſtit; capere primo aethiopem, tum europaeum, ultimo americanum fertur; piſcibus etiam veſcitur; crocodili hoſtis; igne fugandus.*
Corpus *luteſcens maculis ocellaribus nigris ſaepe pupilla nigra una alterave inſtructis.* Abdomen *album maculis atris, ut in pedibus, ubi minores.* Cauda *corpore dimidio brevior, maculis nigris longis. An hujus varietas Guigna Chilenſium?* ſ. *Felis cauda elongata corpore maculis omnibus orbiculatis?*

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus virgatis, inferioribus orbiculatis. *Schreb. Saeugthiere,* III. *p.* 390. *t.* CIII.
Felis rufa, in ventre ex albo flavicans, maculis nigris, in dorſo longis, in ventre orbiculatis variegata. *Briſſ. quadr. p.* 199.
Pardus cauda brevi. *Klein quadr. p.* 78.
Tlacoozelotl, Tlalocelotl, catus pardus mexicanus. *Hernand. mexic. p.* 512.
Catus pardus ſ. catus montanus americanorum. *Raj. quadr.* 169.
Ocelot. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 239. *t.* 35. 36.
Mexican cat. *Penn. ſyn. p.* 177. *n.* 128.
*Habitat in* America *calidiore, praeſertim* Terra firma, California et nova Hiſpania; *viſo cane arbores adſcendit, hominem metuit, ceterum ferox nec manſueſcens, ſimias eludere dicitur.*
Magnitudo *melis; ſupra fuſcus, ſubtus albicans; lineae punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter ſparſa, ſed pedes et abdomen tantum punctis;* latera *lineis latioribus albis*

*albis et fuſcis pinguntur.* Aures *breves margine bifidae absque penicillis.* Pedes 5 -- 4. Cauda *verticillato-variegata, proportione cati.* Myſtaces 4 *ordinum, in ſingulis ordinibus ſetae* 3 -- 5, *albae, baſi nigrae, longitudine capitis.*

jubata. 11. F. cauda mediocri, corpore fulvo, maculis nigris, collo jubato. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 510. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 392. *t.* CV.

Felis pilis criſpis veſtita, maculis nigris variegata. *Briſſon anim. p.* 271. *n.* 10.

Tygerwolf. *Kolbe Vorgeb. p.* 171. *t.* 6. *f.* 5.

Guépard. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 249. 254.

Hunting cat. *Penn. ſyn. p.* 174. *n.* 125. *t.* 18. *f.* 1.

*Habitat in* Africa meridionali, *et* India; *cicurata venatui inſervit.*

diſcolor. 12. F. cauda elongata, corpore potiſſimum nigro. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 393. *t.* CIV. B.

Felis nigra. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 512. *n.* 8.

Jaguarete. *Marcgr. braſ. p.* 235. *Piſ. ind. p.* 103. *Raj. quadr. p.* 169.

Once. *des Marchais voy.* III. *p.* 300.

Black tiger. *Penn. ſyn. p.* 180. *n.* 130. *t.* 18. *f* 2.

*Habitat in* America meridionali, *robuſta et crudelis.*

*Magnitudo vituli annui.* Pili *breves, colore ſplendido ex fuſco nigro*; labium *ſuperius*, palmae et plantae *albent*; labium *inferius*, gula, pectus, abdomen, *interior* pedum *facies albeſcunt.*

concolor. 9. F. cauda elongata, corpore immaculato fulvo. *Mantiſſ. pl.* II. *p.* 522. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 394. *t.* CIV.

Felis ex flavo rubeſcens, mento et infimo ventre albicantibus. *Briſſon anim. p.* 272. *n.* 11.

Puma ſ. leo americanus. *Hernand. mexic. p.* 518.

Cuguacuara. *Piſ. ind. p.* 103.

Cuguacuarana. *Marcgr. braſ. p.* 235. *Raj. quadr. p.* 169.

Panther. *Lawſon Carol. p.* 117. *Catesb. app. p.* XXV.

Tigris fulvus. *Barrere Fr. équinox. p.* 166.

Cougouar. *Buff. hiſt. nat.* IX. *p.* 216. *t.* 19.

Brown cat. *Penn. ſyn. p.* 179. *n.* 129.

*Habitat in* America a Canada ad Patagoniam *usque*; *ſcandit arbores, hominem vix adoritur, ceterum atrox et aſtuta; ignem metuit.*

*Magnitudine et habitu corporis ad tigrin accedit, defectu macularum differt.*

13. F.

tigrina. 13. F. cauda elongata corpore fulvo nigro ſtriato maculatoque ſubtus albido. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 517. *n.* 11. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 396. *t.* CVI.

Felis ex griſeo flaveſcens, maculis nigris variegata. *Briſſ. quadr. p.* 193.
Felis fera tigrina. *Barr. Fr. équin. p.* 152.
Maraguao ſive Maracaja. *Marcgr. braſil. p.* 233.
Tepe Maxtlaton. *Fernand. nov. Hiſp. p.* 9.
Margag. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 248. *t.* 38.
Cayenne cat. *Penn. ſyn. p.* 182. *n.* 132.

*Habitat in* America auſtrali, *non cicuranda, avibus victitans. Vox et magnitudo cati.*

Catus. 6. F. cauda elongata annulata.
F. cauda elongata, auribus aequalibus. *Faun. ſuec.* 3.

ferus. α. cauda elongata fuſco-annulata, corpore faſciis nigricantibus: dorſalibus longitudinalibus tribus, lateralibus ſpiralibus. *Schreber Saeugthiere,* III. *p.* 397. *t.* CVII. A. CVII. Aa.

Felis pilis ex fuſco flavicante et albido variegatis, cauda annulis alternatim nigris, et ex ſordide albo flavicantibus. *Briſſ. quadr.* 192.
Felis ſylveſtris. *Aldrov. digit. p.* 582. *fig. p.* 583. *Jonſton quadr. p.* 127. *t.* 72.
Catus ſylveſtris. *Geſn. quadr. p.* 353. *Klein quadr. p.* 75.
Chat ſauvage. *Buffon hiſt. nat.* VI. *p.* 1. *t.* 1.
Wilde Kaze. *Ridinger wilde Thiere, t.* 240.
Wild cat. *Penn. brit. zool.* I. *p.* 47.

domeſticus. β. minor, pilis brevioribus et craſſioribus. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 397. *t.* CVII. B. 1.

Felis domeſtica. *Briſſ. quadr.* 191.
Felis. *Aldrov. dig. p.* 564.
Felis vel catus. *Geſn. quadr. p.* 344. *fig. p.* 345.
Felis domeſtica. *Jonſt. quadr. p.* 126. *t.* 72. *Raj. quadr. p.* 170.
Chat domeſtique. *Buffon hiſt. nat.* VI. *t.* 2.

angorenſis. γ. pilis longioribus argenteis ſericeis, in collo longiſſimis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 398. *t.* CVII. B. 2.

Felis pilis longiſſimis toto corpore veſtita. *Briſſon anim. p.* 266. *n.* 4.
Chat d'Angora. *Buffon hiſt. nat.* VI. *t.* 5.
Angora-cat. *Penn. quadr. p.* 184. *n.* 133.

δ. nigro,

hiſpanicus. δ. nigro, albo, aurantioque varius.
Chat d' Eſpagne. *Buff. hiſt. nat.* VI. *t.* 3.
Tortoiſe-ſhell Cat. *Penn. quadr. p.* 184. *n.* 133. *β.*

caeruleus. ε. pilis omnibus ex caeruleo cinereis.
Chat des Chartreux. *Buff. hiſt. nat.* VI. *t.* 4.
Blaue Kaze. *Kolbe Vorgeb. p.* 153.
Blue Cat. *Penn. quadr. p.* 184. *n.* 133. *γ.*

ruber. ζ. faſcia rubra in dorſo a capite incipiente.
Rothe Kaze. *Kolbe Vorgeb. p.* 153.
*Habitat in* Europae *et finitimae* Aſiae *ſilvis. Moribus congenerum, tranquilla ore molat, caudam erigit; excitata agiliſſima, ſcandit, irata fremit odore ambroſiaco; oculi noctu lucent; pupilla interdiu perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; unguibus intro tractis incedit; parce bibit; urina maris corroſiva; ructus foetidiſſimus; ſtercus ſepelit; clamando rixandoque miſere amat; cum pullis repentibusque ludit; in praedam intenta caudam movet, murium, et in ſtatu fero aliorum etiam minorum quadrupedum et avium leo; pacata in comeſſantibus; pullos convocat; carnes piſcesque edit, calida, ſalſa vegetabiliaque reſpuit; os inſtante tempeſtate manu lavat; dorſum in tenebris electriſat; in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Coit primo vere, per* 63 *dies gravida, parit* 3–6 *caecos per dies novem. Delectatur maro, nepeta, valeriana.*

capenſis. 14. F. cauda ſubelongata fuſca nigro-maculata, corpore fulvo ſupra maculis virgatis infra orbicularibus, auriculis nudis macula lunata alba.
Cape-Tiger. *Penn. quadr. p.* 181. *n.* 131.
'Nſuſſi. *Labat éth.* I. 177.
Felis tigrina capenſis. *Forſter act. angl. Vol.* LXXI. P. I. *n.* 1. *t.* 1.
*Habitat in* promontorii bonae ſpei montoſis ſilvis; *moribus cato ſimilis, victitat leporibus, dipodibus, antilopis; facile cicuratur, mitis.*

Manul. 15. F. cauda elongata nigro-annulata, capite punctis et faſciis duabus lateralibus nigris inſignito. *Pallas itin.* III. *p.* 692. *n.* 2.
*Habitat in apertis* deſerti tatarico-mongolici, *praeſertim circa fluvios* Selenga et Dſchida; *veſcitur lepore daurico. Magnitudo vulpis.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0095-6

Serval. 16. F. cauda ſubabbreviata, corpore ſupra fuſco maculis nigris, orbitis ventreque albis. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 523. *n.* 13. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 407. *t.* CVIII.

Chat-pard. *Perr. anim.* I. *p.* 108. *t.* 13.

Serval. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 233. *t.* 35.

*Habitat in* India *et regno* Tibetano, *utplurimum in arboribus; hominem metuit, niſi in iram acta; non cicuranda.*

Chaus. 17. F. cauda mediocri, apicem verſus annulata, apice ipſo nigra, corpore reliquo ex fuſceſcente luteo, auriculis extus brunneis apice nigro barbatis. *Güldenſtedt Nov. comm. Petrop.* X. *ann.* 1775. *p.* 483. *t.* XIV. XV. *Schreb. Saeugthiere*, III. *p.* 414. *t.* CX. B.

*Habitat in ſilvoſis* deſertorum circa mare caſpium ſitorum, *praeſertim in provinciis perſicis* Gilan et Maſanderan.

*Moribus, voce, victu cato fero ſimilis, magnitudinis inter hunc et lyncem mediae; loca culta non frequentat ferociſſimum animal, raro arbores ſcandit, noctu per inundata et campos vagatur, piſces, mures, aves venaturum in praedam inſiliens.*

Caracal. 18. F. cauda ſubabbreviata et omni corpore unicolore ex fuſceſcente brunneo, auriculis extus nigris apice barbatis. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 413. *t.* CX.

Siyah-ghuſh. *Charleton ex.* 21. *t. p.* 23. *Raj. quadr. p.* 168. *Act. angl.* LI. *P.* 2. *p.* 648. *t.* 14.

Lynx cauda vitulina. *Klein quadr. p.* 77.

Caracal. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 262. *t.* 24. *et* XII. *p.* 442.

Perſian cat. *Penn. quadr. p.* 189. *n.* 137. *t.* 19. *f.* 2.

*Habitat in* Barbaria, Perſia et India; *noctu praedatur, cicuratus venatui inſervit. Glans laevis.*

rufa. 19. F. cauda abbreviata ſubtus et apice alba, ſupra nigro-faſciata, corpore rufo fuſco maculato, auriculis apice barbatis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 412. *t.* CIX. B.

Bay cat. *Penn. quadr. p.* 188. *n.* 136. *t.* 19. *f.* 1.

*Habitat in provincia* noveboracenſi; *cato magno duplo major.*

7. F.

*An ſingularis ſit ſpecies felis* the leſſer leopard Pennanti *et* the particular beautiful kinds of cat Kaempferi, *in India orientali et Japonia habitans, decidant autoptae; idem valet de Gingy Congenſium et fele tigrina Tibetena; pariter de Colocolo Chilenſium ſive fele cauda elongata nigro-annulata, corpore albo maculis irregularibus atris flavisque. Molina hiſt. nat. Chil. p.* 261.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0096-2 DFG

Lynx. 7. F. cauda abbreviata, obſolete annulata apice atra, capite et corpore ex albido rufo nigro maculato, auriculis apice barbatis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 408. *t.* CIX.

Felis cauda abbreviata: apice atra, auriculis apice barbatis. *Syſt. nat.* XII. I. *p.* 62. *n.* 7.

Felis cauda truncata, corpore rufeſcente maculato. *Fn. ſuec.* I. *n.* 4. *It. Wyoth.* 222.

Felis auricularum apicibus pilis longiſſimis praeditis, cauda brevi. *Briſſ. quadr. p.* 200.

Pinuum daſypus. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 153.

Lupus cervarius. *Geſn. quadr.* 677.

Lynx. *Aldrov. dig. p.* 90. *Raj. quadr. p.* 166. *Jonſton quadr. p.* 83. *t.* 71. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 231. *t.* 21. *Penn. quadr. p.* 186. *n.* 135.

Loup cervier. *Tournef. voy.* II. *p.* 193. *t.* 193.

Luchs. *Ridinger wild. Thiere, p.* 22.

β. cauda truncata, corpore albo, maculato. *Fn. ſuec.* I. *p.* 2. *n.* 5. *et* II. *p.* 5. *n.* 11.

Lynx colore albo, maculis nigris, cauda truncata. *Klein quadr. p.* 77.

Felis alba maculis nigris variegata, cauda brevi. *Briſſ. anim. p.* 274. *n.* 14.

*Habitat in* Europae, Americae, Aſiae borealis, *etiam* Japoniae *ſilvis denſioribus, in arboribus degens; venatur cervos, martes, aliasque muſtelae ſpecies, catos, ſciuros; victitat leporibus, ſciuris, avibus, ipſisque adeo, ſi fame prematur, ovibus et capris ſtabulantibus; aſtutiſſimum animal viſu et odoratu acutiſſimo in praedam inſilit; coit Februario, et* 9 *hebdomadibus elapſis* 3–4 *catulos parit.*

Magnitudo *circiter vulpis, β paulo inferior.* Cauda *femoribus paulo brevior;* Palpebra *ſuperior verſus canthum majorem et inferior albicans.* Macula *linearis fuſca pone oculos.* Manus *ampliſſimae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0097-8

## 14. VIVERRA. *Dentes primores* VI: intermediis brevioribus.
*laniarii* utrinque I, reliquis longior.
*molares* plures quam tres.
*Lingua* retrorſum ſaepe aculeata.
*Ungues* exſerti.

Ichneumon. 1. V. cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata apice floccoſo, pollicibus remotiuſculis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 427. *t.* CXV. B.

Muſtela pilis ex albido et nigro variegatis veſtita. *Briſſ. quadr. p.* 181.

Meles digitis mediis longioribus lateralibus aequalibus, unguibus ſubuniformibus. *Haſſelq. it. p.* 191.

Ichneumon, que les Egyptiens nomment rat de Pharaon. *Belon obſ. p.* 95.

Ichneumon ſ. lutra Aegypti. *Aldrov. dig. p.* 298. *fig. p.* 301.

Ichneumon. *Geſn. quadr. p.* 566. *Alpin. hiſt. Aeg. p.* 234. *t.* 14. *f.* 3. *Maillet deſcr. de l' Egypt. p.* 90. *t.* 88. *Shaw travels* T. II. *t. ad p.* 74. *fig. ſup. Penn. quadr. p.* 226.

*Habitat in* Aegypto *ad ripas* Nili, *quo exundante in hortos et pagos recedit. Manſueſcit; more felis in domibus mures venatur; his praeſertim, gallinis, vermibus, inſectis, variisque amphibiis, ſerpentibus, ranis, lacertis, crocodili ovis victitat; muſtelarum, catorum hoſtis, quos trucidat; animoſum et aſtutum animal repit et proſilit ad praedam: Calcaneis incedit.*

Frons *plana.* Labium *ſuperius prominens.* Auriculae *rotundatae.* Myſtaces *ſimplici ſerie in omnibus labiis lateralibus ad marginem.* Lingua *ſcabra.* Cauda *longitudine corporis.* Folliculus *ante aperturam ani ſub aeſtu apertus.* Pili *albido et griſeo nigreſcente verticillati.* Magnitudo *cati.*

Mungo. 7. V. cauda e baſi craſſa ſenſim attenuata non floccoſa, pollicibus remotiuſculis. *Schreber Saeugthiere*, III. *p.* 430. *t.* CXVI. A. CXVI. B.

Viverra ichneumon *β. Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 63.

Muſtela glauca. *Syſt. nat.* 5. *Amoenit. acad.* II. *p.* 109.

Viverra ex griſeo rubeſcens. *Briſſ. quadr. p.* 177.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0098-3 DFG

Muſtela ſ. viverra Indis Mangutia. *Kaempf. amoen. exot.* 574. *t.* 567.
Quil vel Quiopela. *Garcias arom. p.* 214. *Raj. quadr.* 197.
Serpenticida ſive Moncus. *Rumpf herbar. amboin. auct. p.* 69. *t.* 72. *f.* 2. 3.
Indian ichneumon. *Edw. av.* 199. *t.* 199.
Ichneumon indien. *Voſmaer deſcript. Amſt.* 1772. 4.
Ichneumon. *S. G. Gmelin it.* III. *t.* 30.
Mangouſte. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 150. *t.* 19.
*Habitat in* Bengala, Perſia, *aliisque* Aſiae *calidioribus plagis; ichneumone minor et glauca; ceterum moribus, victu, praeda, corporis habitu ſimilis; cum ſerpentibus, ipſaque naja dimicat, morſa ab his ophiorhizam aſſumere fertur; a vento reformidat; cicurata more canis ſequitur; mundum animal, frigoris impatiens.*

cafra. 8. V. cauda e baſi craſſa ſenſim attenuata apice atra. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 434. *n.* 9.
*Habitat in* promontorio bonae ſpei; *habitu externo muſtelae putorio ſimilis, longitudine muſtelae lutrae aequalis.*
Auriculae *breviſſimae, piloſae.* Myſtaces *ſimplici ſerie, nigreſcunt.* Pili *nitentes, aſperi, ex luteo, fuſco et nigro miſti.* Pedes *nigricant.*

Zenik. 27. V. tetradactyla, corpore griſeo, faſciis 10 transverſis nigris, cauda ex atro ſpadicea, verſus apicem nigra.
Zénik des Hottentots. *Sonner. it.* 2. *p.* 145. *t.* 92.
*Habitat in* terra Hottentotarum, *muris amphibii magnitudine.*
Palmarum *ungues praelongi, fere recti;* plantarum *breves, uncinati;* cauda *gracilis;* roſtrum *elongatum;* dentes, *ut quidem numerat* Sonnerat, *in utraque maxilla primores* 2, *canini* 6.

tetradactyla. 9. V. pedibus tetradactylis, naſo producto mobili. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 434. *t.* CXVII. *Miller on various ſubjects.* T. XX.
Suricate. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 72. *t.* 8.



---

Viverris *corpus longum, aequalis craſſitiei, pedes breves, plerumque pentadactyli, unguibus immobilibus, auriculae parvae, roſtrum acutum, inter anum et genitalia rima, ducens ad folliculum unguine foetido in propriis glandulis ſecreto refertum. Curſus celer; aliae calcaneis incedunt, aliae ſcandunt, aliae fodiunt. Feminae multiparae. An* 2, 3 *et* 9 *cum lemure flavo potius meli jungendae?*

*Habitat in* Africa auſtrali.
Longitudo *pedalis*, *et una cum cauda ſeſquipedalis; victitat carnibus, praecipue ovis et piſcibus; pedibus anterioribus fodit; facile manſueſcit, tunc mitiſſima.*

Naſua. 2. V. rufa, cauda albo annulata, naſo producto mobili. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 436. *t.* CXVIII.
Urſus naſo producto et mobili, cauda annulatim variegata. *Briſſ. quadr. p.* 190.
Vulpes minor, roſtro ſuperiori longiuſculo, cauda annulatim ex nigro et rufo variegata. Quachy. *Barr. Fr. équin. p.* 167.
Coati. *Marcgr. braſil. p.* 228.
Coati mondi. *Act. Pariſ.* T. III. *P.* 3. *p.* 17. *t.* 37. *Raj. quadr. p.* 180. *Houttuyn zamenſtel* II. *p.* 238. *t.* 15. *f.* 2.
Coati noiratre. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 358. *t.* 48.
Braſilian Weeſel. *Penn. quadr. p.* 229. *t.* 22. *f.* 1.
*Habitat in* America auſtrali, *egregie fodit, quaeſiturus lumbricos; victitat etiam muribus, pomis, pane; dum iraſcitur, peſſime foetet.*
Corpus *magnitudine cati, ſtatura lotoris; rufum, ut in vulpe, pilis in dorſo rigidulis.* Macula *albida, ſupra, infra et pone oculum.* Auriculae *parvae, ſupra nigrae.* Verruca *ſupra palpebram ſuperiorem, ſub oculo, in bucca, ſub gula.* Gula *flaveſcens.* Naſus *eductus in proboſcidem nigram, longiſſimam, undique mobilem, apice introrſum truncatam, absque lacuna ſubtus.* Dentes primores ſuperiores *laterales majores;* inferiores *medii convergentes.* Lingua *fiſſuris lobata, ut folium quercus.* Cauda *erecta, corpore longior, fuſca, annulis* 10 *pallidis, pilis patulis depreſſa, apice compreſſa.* Pedes *calcaneis incedentes tardo greſſu, etiam ſcandentes.* Digiti *ſingulis* 5, *pollice non remoto.* Ungues *acuti compreſſi.*

Narica. 3. V. ſubfuſca, cauda concolore, naſo producto mobili. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 438. *t.* CXIX.
Urſus naſo producto et mobili, cauda unicolore. *Briſſ. quadr.* 190.
Coati brun. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *t.* 48.
*Habitat in* America auſtrali, *tam profunde fodiens, ut totius animalis ſola cauda promineat; cato et naſua paullo major. Edit lumbricos, panem, fructus, radices; aquam etiam intrat, et in arbores adſcendit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0100-9

Vulpecula. 10. V. tota caſtanea, naſo producto. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 440. *t.* CXX.

Yzquiepatl ſeu vulpecula, quae maitzium torrefactum aemulatur colore. *Hernandez mexic. p.* 332. *Raj. quadr. p.* 181.

Coaſe. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 288. 299. *t.* 38.

Stifling weeſel. *Penn. quadr. p.* 230. *n.* 165.

*Habitat in* Virginia et nova Hiſpania, *foetidiſſima victitat vermibus, ſcarabaeis, avibus.* Longitudo 16 *pollicum.* Myſtaces *nigrae.* Palmae *tetradactylae.*

Quasje. 11. V. caſtanea ſubtus flaveſcens, naſo producto, cauda annulata. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 44.

Meles ex ſaturate ſpadiceo nigricans, cauda fuſca annulis flavicantibus quaſi cincta. *Briſſ. quadr. p.* 185.

Ichneumon de yzquiepatl. *Seb. muſ.* I. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 2.

Tamandua mexicana, yzquiepatl ſeu vulpecula dicta. *Seb. muſ.* I. *p.* 66. *t.* 40. *f.* 2?

*Habitat* Surinami; *fodit, vermibus, inſectis, fructibus veſcens, manſueſcens, foetida.*

Putorius. 4. V. nigricans lineis quinque dorſalibus parallelis albidis. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 442. *t.* CXXII.

Muſtela nigra, taeniis in dorſo albis. *Briſſ. quadr. p.* 181.

Polcat. *Catesb. carol.* II. *p.* 62. *t.* 62.

Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm itin.* II. *p.* 378.

Conepate. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 288. *t.* 40.

Striated Weeſel. *Penn. quadr. p.* 232. *n.* 166.

*Habitat in* America *ſeptentrionali, antra fodiens, die dormiens, noctu currens, lumbricis et inſectis victitans, carnium, avium, ovorum amans; a canibus dum urgetur, ſe contrahit; irritatus, inſtar plurimarum hujus generis ſpecierum, halitum explodit, quo nihil foetidius; inceſſu tardus nec homines nec feras metuens; veſtes foetore inquinatae purgantur ſepeliendo per diem.* A. Kuhn. *Fodit et ſcandit, talis incedit, cati magnitudine.*

Magnitudo *martis.* Color *ſubtus ex albo et nigro variegatus.* Pedes *talis incedentes.* Ungues 5 – 5: *anteriores compreſſi longi; poſteriores breviores, ſubtus excavati.* Dentes *primores ſuperiores paralleli depreſſi aequales; inferiores* 6 *aequales compreſſi, quorum* 2 *interiores; molares* 5; *laniarii ſupra et infra utrinque approximati, infra tamen magis.* Caput *ſubgloboſum,* roſtro *producto,* naſo *nudo;* myſtacum *triplici ordine;* rictu *brevi;* collum *breviſſimum;* palmae *breviores* unguibus *longiſſimis;*

plantarum ungues *breviores*; cauda *horizontalis apice alba*, *pilis longiſſimis*; penis *oſſe cartilagineo*.

Conepatl. 12. V. nigricans, lineis duabus albis dorſalibus per caudam productis.
Conepatl ſeu vulpecula puerilis. *Hernand. mex. p.* 232.
*Habitat in* nova Hiſpania.

Mephitis. 13. V. dorſo albo, linea longitudinali alba. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 444. *t.* CXXI.
Chinche. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 294. *t.* 39.
Skunk weeſel. *Penn. quadr. p.* 233. *n.* 167.
*Habitat in* America *a regno* Chilenſi ad Canadam *usque, manſueſcens*; *foetore horrendo ſe defendens*, *ova venatur*.
Longitudo 16 *pollicum*. Pili *longi ſplendidi*. Cauda *potiſſimum alba*.

Zorilla. 14. V. albo nigroque variegata. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 445. *t.* CXXIII.
Zorilla. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 289. *t.* 41.
Mapurito, Maſutiliqui. *Gumilla Orenoq.* III. *p.* 240.
*Habitat in* America auſtrali.
Longitudo 14 *pollicum*. Cauda *corpore brevior poſtice alba*. Roſtrum *breve et obtuſum*. Pili *longi*.

Mapurito. 15. V. nigra, faſcia nivea a fronte ad dorſi medium producta, auriculis nullis.
Viverra Putorius. *Mutis act. Holmienſ.* 1769. *p.* 68.
*Habitat in* nova Hiſpania *circa metalla* Pamplonae, *interdiu dormiens*, *noctu vagans*, *curſu veloci*; *victitat vermibus et inſectis*, *profunda antra fodit*.
Longitudo *corporis* 20, caudae *apice albicantis* 9 *pollicum*. Pedes *pentadactyli*, *talis incedentes*, *unguibus longis*. Caput *parvum*. Roſtrum *elongatum*. Lingua *laevis*.

vittata. 16. V. nigricans, vitta alba ab humeris ad frontem producta. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 447. *t.* CXXIV.
Griſon. *Buffon hiſt. nat.* ed. *Allam.* XV. *p.* 65. *t.* 8.
Chinche. *Feuillé voy.* I. 272?
Yaguane; Maikel. *Falkner Patagon. p.* 158. 159?
*Habitat* Surinami, *forſan in omni* America auſtrali.
Pedes *pentadactyli*. Cauda *corpore brevior*, *pilis etiam brevioribus*. Auriculae *breves*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0102-0
DFG

Zeylanica. 17. V. ſupra cinerea, fuſco miſta, infra albida. *Schreb. Saeugthiere*, III. *p.* 451.

Martes philippinenſis. *Camell. act. angl.* XXV. *p.* 2204?

*Habitat in* Zeylona, *forſan quoque in inſulis* Philippinis.

*Magnitudine et habitu ad martes accedit.* Pedes *pentadactyli, unguibus paulisper retractilibus.* Cauda *longitudine corporis, baſi paullo craſſiore.* Myſtaces *albae, ordine 5 plici*, labium inferius *dentatum.* Dentes primores ſuperiores *laterales longiores conici, medii obtuſi.* Lingua *verrucoſa.*

capenſis. 18. V. nigra, dorſo griſeo albo-marginato. *Erxl. ſyſt. mamm. p.* 493. *Schreb. Saeugth.* III. *p.* 450. *t.* CXXV.

Muſtela ſubfuſca, linea longitudinali alba per utrumque latus ducta. *Brown. jamaic. p.* 486. *n.* 1?

Stinkbinkſen. *Kolbe Vorgeb.* I. 167.

Blaireau puant. *la Caille voyag. p.* 182.

Fizzler. *Penn. quadr. p.* 234. *n.* 269.

*Habitat in* capite bonae ſpei *et* Guinea, *melle ſylveſtri paſci fertur, foetore contra hoſtes ſe defendens.*

Longitudo *bipedalis*, caudae *octo pollicum.* Auriculae *nullae.* Pili *longi et aſperi. Annon guloni adjungenda?*

Civetta. 19. V. cauda ſuperius maculata, verſus apicem fuſca, juba caſtanea, dorſo cinereo fuſcoque maculato. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 418. *t.* CXI.

Meles faſciis et maculis albis nigris et rufeſcentibus variegata. *Briſſ. quadr. p.* 186.

La civette, qu' on nommoit anciennement hyaena. *Belon obſerv.* 208. *fig. p.* 209.

Civetta. *Cluſ. cur. poſt. p.* 57.

Felis zibethi. *Geſn. quadr. p.* 836. *Aldrov. dig. p.* 342. *Olear. gottorf. Kunſtkam. p.* 7. *t.* 6. *f.* 3.

Civette. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 299. *t.* 34.

*Habitat in* Aethiopia, Guinea, Congo, Capite bonae ſpei.

*Corporis habitu catum refert, capitis forma propius ad mungo accedit: Sub oculis macula, in dorſo numeroſae rotundatae et angulatae maculae caſtaneae, quae verſus crura in ſtrias abeunt.* Pedes *ex atro fuſci.* Dentes molares *in utraque maxilla utrinque ſex.*

Zibetha. 5. V. cauda annulata, dorſo cinereo nigroque undatim ſtriato. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 420. *t.* CXII.

Felis zibethi. *Geſn. quadr. p.* 837.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0103-6 DFG

Animal zibethi vel hyaena veterum Bellonii. *Aldrov. dig. p.* 343. *Raj. quadr. p.* 178.
Animal du muſc. *Act. Pariſ.* 1731. *p.* 443.
Zibet. *Buff. hiſt. nat.* IX. *p.* 299. *t.* 31.
*Habitat in* Arabia, Malabaria, Siam, *et inſulis* Philippinis; *fera, indomita, manſueſcens quidem, ſed facile in priorem ferociam revertens; irata pilos dorſi erigit; morſu ſe defendit; veſcitur animalibus minoribus, avibus, piſcibus, radicibus adeo et fructibus; facile et ſcandit et currit.*
Corpus *gracile et oblongum, magis quam quidem civettae;* roſtrum *quoque longius et tenuius, ſupra pauliſper emarginatum.* Dentes *primores ſuperiores ſex paralleli; intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paulo breviores; alternis interioribus. Laniarii ſolitarii, utrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati, inferiores utrinque* 5, *ſuperiores* 6. Auriculae *tectae, breviores quam civettae. Corporis pili cinereo nigroque undati, rigidiuſculi, appreſſi.* Pedes *fuſci, ſubtus nigri.* Cauda *longior quam civettae.* Longitudo *corporis* $2\frac{1}{2}$ *pedum. Folliculus zibethi inter anum et genitalia in utroque ſexu* 1, *propria apertura folliculi, diſtincta ab ano et vulva, prominens, ambroſiaca.*
Anatome. *Bartholin. cent.* 4. *n.* 1. *et cent.* 5. *n.* 49.
*Caſtellus P. Hyaena odorifera. Francof.* 1698. 8.

hermaphrodita. 20. V. cauda elongata apice atra, ſtriis tribus dorſalibus nigris. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 426. *n.* 6.
*Habitat in* Barbaria.
Magnitudo *inter civettam et genettam media.* Roſtrum *ab apice ad et ultra oculos,* gula, myſtaces, pedes *nigri. Infra oculos et inter myſtaces macula alba.* Pili *longi, ad cutem cinerei, apice nigri.* Cauda *corpore longior.* Ungues *lutei. Inter penem et anum regio calva, cute tenera plica duplici.* Pallas.

Genetta. 6. V. cauda annulata corpore fulvo-nigricante maculato. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 423. *t.* CXIII.
Muſtela cauda ex annulis alternatim albidis et nigris variegata. *Briſſ. quadr. p.* 186.
Genette. *Belon obſ. p.* 73. *Geſn. quadr. p.* 549.
Genette. *Buffon hiſt. nat.* IX. *p.* 343. *t.* 36.
Genithkaze, Chat d'Eſpagne. *Ridinger illuminirte Thiere. t.* Q.D.S.XXVIII.

Habi-

*Dentibus ad araneum accedit, cetera propius ad ſurinamenſem, paulo tamen major, ut* 3½ *pollices longitudine aequet.* Color *dorſi obſcure griſeus, ventris cinereus.*

braſilienſis. 10. S. fuſcus, dorſo ſtriis tribus nigro. *Erxl. mamm. p.* 127.
Muſaraneus figura muris. *Marcgr. braſil. p.* 229.
Muſaraigne de Bréſil. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 160.
Braſilian ſhrew. *Penn. quadr. p.* 309. *n.* 239.
*Habitat in* Braſilia, *minus timida, ut ipſum catum non timeat.* Longitudo *corporis* 5, *caudae* 2 *pollices aequat.*

exilis. 11. S. minimus, cauda craſſiſſima tereti.
*Habitat in* Sibiria, *ad fluvium* Jeniſei; *omnium mammalium minimus, ut drachmam dimidiam pondere non ſuperet;* color *magis in fuſcum vergit, quam in araneo.*

## 20. ERINACEUS. *Dentes primores* ſuperiores II. diſtantes.
inferiores II. approximati.
*laniarii* ſuperiores utrinque V.
inferiores utrinque III.
*molares* utrinque ſupra et infra IV.
*Dorſum* ſpinis tectum.

europaeus. 1. E. auriculis rotundatis, naribus criſtatis. *Fn. ſuec. p.* 8. *n.* 22. *Schreber Saeugthiere*, III. *p.* 580. *t.* CLXII.
Erinaceus auriculis erectis. *Briſſ. quadr. p.* 128.
Erinaceus parvus noſtras. *Seb. muſ.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 1. 2.
Echinus terreſtris. *Geſn. quadr. p.* 368. *Aldrov. dig. p.* 459. *Jonſt. quadr. p.* 171. *t.* 68. *Raj. quadr. p.* 231.
Hériſſon. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 28. *t.* 6.
Common Hedge-hog. *Penn. quadr. p.* 316. *n.* 247. *t.* 28. *f.* 3.
Igel. *Knorr delic. tom.* II. *tab.* H. *f.* 3.



Habi-

*Habitat in* Europae, *frigidiſſima tamen excepta*, (*etiam ad* Jaici *ſuperioris ripas, in deſerto* Kirgiſico, *et aliis regionibus apricis* Sibiriae *auſtralioris*) *dumetis et ſepibus, nidificans e muſco, in fruticibus hybernans, nocturnus; victitans bufonibus, vermibus, coleopteris, cancris, conchis, fructibus, aviculis, cadaveribus; muſcos fodit; natat facile; monogamus incedit; meticuloſus iratusque in globum decuſſatis ſpinis ſe contrahit; compreſſis pedibus ejulat; ambroſiacus; Calmuccis loco felis domeſticus. Femina, 5 mammis, tribus pectoralibus, 2 abdominalibus inſtructa, vere coit, et initio aeſtatis 3–5 pullos parit. Caro non eſculenta.*

Longitudo 10 *circiter pollicum.* Roſtrum *acutum*; labium *ſuperius fiſſum.* Auriculae *latae, breves, piloſae*; oculi *parvi et nigri.* Praeputium *propendens.* Pili *capitis ex albido fulvi, albis mixti, colli, pedum, ſpinis interſiti fulvi, caudae obſcuriores, gulae ex albo cinerei, pectoris et ventris iidem, ſed fulvis mixti:* Spinae *utroque fine ex flaveſcente cinereae, medio fuſcae.*

inauris. 2. E. auriculis nullis. *Briſſ. quadr.* 184.

Erinaceus americanus albus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 78. *t.* 49. *f.* 3.

*Habitat in* America, *modo non varietas prioris.*

malaccenſis. 3. E. auriculis pendulis. *Briſſ. quadr.* 183.

Hyſtrix brachyura. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 57.

Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix malaccenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 81. *t.* 51. *f.* 1.

*Habitat in* Aſia; *ex hoc pretioſus lapis* ſ. *piedra del porco.*

*Facies cum Briſſono ſuadent erinacei ſpeciem; an vere diſtincta hujus hyſtricisne ſpecies?*

auritus. 4. E. auriculis ovalibus longis, naribus criſtatis. *Pallas nov. comment. Petropol.* XIV. *p.* 573. *t.* 21. *f.* 4. *S. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* XIV. *p.* 519. *t.* 16. *Schreb. Saeugthiere*, III. *p.* 582. *t.* CLXIII.

*Habitat ad fluviorum* Wolgae *et* Uralis *partem inferiorem, etiam orientem verſus ultra lacum* Baikal, *europaeo moribus et habitu ſatis ſimilis, paulo tamen minor, oculis paulo majoribus, myſtacum* 4 *ordinibus, pedibus paulo longioribus et gracilioribus, cauda breviore, conica, annulata, et fere calva, pilis tenerioribus. Femina ad* 7 *pullos, aliquando bis per annum parit.*

5. E.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0130-6 DFG

ſetoſus. 5. E. auriculis brevioribus, occipite ſatis tecto, cauda breviſſima ſpinoſa. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 583. *t.* CLXIV.

Tendrac. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 438. *t.* 57.

Petit Tendrac de Madagaſcar. *Sonner. it.* 2. *p.* 146. *t.* 93.

*Habitat in* Madagaſcar, *forſan et in* India, *europaeo et aurito minor, ut longitudo vix 6 pollices aequet; roſtrum tamen longius, myſtaces longae; pedes breves; ſpinae albidae, medio ex caſtaneo rubicundae; pili albi. An forſan idem cum inauri?*

ecaudatus. 6. E. cauda nulla, roſtro longiſſimo acuto. *Schreber Saeugth.* III. *p.* 584. *t.* CLXV. CLXV*.

Tanrec, et le jeune Tanrec. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 438. *t.* 56. *et ſuppl.* III. *p.* 214. *t.* 37.

*Habitat in* Madagaſcar, *priori longior, ut* 8 *pollices fere aequet. Os oculique parvi; auriculae rotundatae, longiores tamen, quam ſetoſo; ſpinis medio nigris, cetera flaveſcentibus modo teguntur vertex, occiput, collum humerique, reliqua dorſi pars ſetis longis, ejusdem coloris, ut tamen albae et nigrae intercurrant.* Pili *flaveſcentes, pedum fulvi.*



IV. GLI-

## IV. GLIRES.

*Dentes primores bini ſupra et infra approximati, a molaribus remoti. laniarii nulli.*

### 21. HYSTRIX. *Dentes primores* II oblique ſciſſi. *molares* VIII. *Digiti pedum* IV-V. *Corpus* ſpinis pilisque tectum.

criſtata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato, cauda abbreviata. *S. G. Gmelin it.* III. *p.* 107. *t.* 21. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 599. *t.* CLXVII.

Hyſtrix capite criſtato. *Briſſ. quadr.* 125.

Hyſtrix orientalis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *p.* 79. *t.* 50. *f.* 1.

Hyſtrix. *Geſn. quadr. p.* 563. *Aldrov. digit. p.* 471. *fig. p.* 474. *Jonſt. quadr. p.* 163. *t.* 68. *Raj. quadr. p.* 206.

Porc-epic. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 402. *t.* 51. 52.

Creſted porcupine *Penn. quadr. p.* 262. *n.* 193.

Stachelſchwein. *Ridinger kl. Th. t.* 90.

Stachelſchwein mit dem Kopfbuſch aus Africa. *Knorr delic.* II. *tab.* K. II. *f.* 2.

*Habitat in* Aſiae *auſtralioris*, Africae, Hiſpaniae, Italiae *antris, quae ipſa fodit, amplis, et in multas cameras partitis, unico tamen introitu; noctu victum quaerit in fructibus, radicibus, herbis, buxo praeſertim delectata; hoſtibus infeſtata in globum ſe contrahit; femina vere* 2–4 *pullos parit, qui facile cicurantur.*

Longitudo *aliquando* 2 *pedes ſuperat*; caput *elongatum, compreſſum*; roſtrum *breve obtuſum*; labium *ſuperius ad nares usque fiſſum*; oculi *parvi, nigri*; auriculae *ovales, latae, breves*; cauda *conica*; pedes *breves, craſſi.* Pili *ſpinis interſiti cinerei*; ſpinae *ipſae longae, robuſtae, laeves, nigro et albido annulatae, quas animal, prouti longiſſimas illas et robuſtas nuchae ſetas, muſculi ſubcutanei vi erigere et reclinare valet. Cyſtis fellea non raro lapidem porcinum continet.* Caro *eſculenta.*

prehenſilis. 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehenſili ſeminuda. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 603. *t.* CLXVIII.

Hyſtrix

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0132-7

Hyſtrix (americanus) cauda longiſſima tenui, medietate extrema aculeorum experte. *Briſſ. quadr.* 129.
Hyſtrix americanus, Cuandu Braſilienſibus, Luſitanis Ourico cachieno. *Marcgr. braſil. p.* 233. *Jonſt. quadr. p.* 60. *Raj. quadr. p.* 208.
Hyſtrix minor leucophaeus. *Barrer. Fr. équin. p.* 153.
Cuandu. *Piſ. Ind. p.* 99.
Coendou. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 418. *t.* 54.
Braſilian Porcupine. *Penn. quadrup. p.* 264. *t.* 24. *f.* 1.
β. Hyſtrix americanus major. *Briſſ. quadr. p.* 131.
Hyſtrix longius caudatus, brevioribus aculeis. *Barrer. Fr. équin. p.* 153.
Cuandu major. *Piſ. Ind. p.* 324. *f. p.* 325.
γ. Hyſtrix (novae Hiſpaniae) aculeis apparentibus, cauda brevi et craſſa. *Briſſ. quadr.* 127.
Hoitztlacuatzin, ſeu Tlacuatzin ſpinoſus, hyſtrix novae Hiſpaniae. *Hernand. mexic. p.* 322.
Hoitztlacuatzin. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 154.
*Habitat in* Braſiliae, Guianae *et* novae Hiſpaniae *ſilvis; arbores ſcandit, earumque fructibus, nec non aviculis victitat; grunnit inſtar ſuis; contrahitur in globum; interdiu dormit; cicurari poteſt; caro edulis.*
Longitudo *corporis tribus fere pollicibus pedem ſuperat; caudae 7 pollices aequat.*

dorſata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, dorſo ſolo ſpinoſo. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 605. *t.* CLXIX.
Hyſtrix (Hudſonis) aculeis ſub pilis occultis, cauda brevi et craſſa. *Briſſ. quadr. p.* 128.
Hyſtrix piloſus americanus. *Catesb. Carol. app. p.* 30.
Cavia Hudſonis. *Klein quadr. p.* 51.
Porcupine from Hudſon's bay. *Edw. av.* I. *p.* 52. *t.* 52.
Urſon. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 426. *t.* 55.
*Habitat in* Canada, nova Anglia, ſinu Hudſonis, nova terra; *fodiendo infra radices arborum degit, eas adſcendit, earumque fructibus et cortice, praeſertim juniperi victitat; aquam lambit canis inſtar, ejusque loco hieme comedit nivem.*
Corpus *ferrugineum.* Cauda *apice ſubtus alba.* Aculei *inter pilos occultati.*

macroura. 4. H. pedibus pentadactylis, cauda longiſſima, aculeis clavatis. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 607. *t.* CLXX.
Hyſtrix (orientalis) cauda longiſſima aculeis undique obſita, in extremo paniculata. *Briſſ. quadr.* 131.

 Por-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0133-3

Porcus aculeatus ſilveſtris ſeu hyſtrix orientalis ſingularis. *Seb. muſ.* I. *p.* 84. *t.* 52. *f.* I.

Hyſtrix. *Bont. jav.* 54.

*Habitat in* inſulis oceani indici *in ſilvis.*

Auriculae *breves*, *calvae*; cauda *longitudine corporis apice faſciculo pilorum longorum nodoſorum argenteorum coronata.* Corpus *breve toroſum.* *An forſan hujus varietas Hyſtrix toroſa, deſcripta a Cl. Merrem, apud* Leske *Magaz. zur Naturk. und Oekonomie* 1786. *faſc.* II. *p.* 197. 198.

## CAVIA. *Dentes primores* II cuneati. *molares* VIII. *Digiti* plantarum III--V. palmarum IV--V. *Cauda* abbreviata aut nulla. *Claviculae* nullae.

Paca. 1. C. caudata, pedibus pentadactylis, lateribus flaveſcente-lineatis. *Erxl. mamm. p.* 356. *n.* 7. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 609. *t.* CLXXI.

Mus (Paca) cauda abbreviata, pedibus pentadactylis, lateribus flaveſcente-lineatis. *Syſt. nat.* XII. I. *p.* 81. *n.* 6.

Cuniculus (Paca) caudatus auritus, pilis obſcure fulvis rigidis, lineis ex albo flaveſcentibus ad latera diſtinctis. *Briſſ. quadr. p.* 144. *n.* 4. *Gronov. zooph.* I. *p.* 4. *n.* 15.

Cuniculus minor paluſtris, faſciis albis notatus, Pak. *Barr. Fr. équin. p.* 152.

Mus braſilienſis magnus porcelli pilis et voce Paca dictus. *Raj. quadr. p.* 226.

Paca. *Marcgr. braſ. p.* 224. *Piſ. ind. p.* 201. *Jonſt. quadr. t.* 63. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 269. *t.* 43. *ſuppl.* III. *p.* 203. *t.* 35.

Laubba. *Bancroft Guian. p.* 76.

Spotted Cavy. *Penn. quadr. p.* 244. *n.* 178.

*Habitat in* Guiana, Braſilia, *et omni forſan calidiore* America *ad fluvios, ad quos antra fodit mundiſſima, tribus ſingula, per quos evadere poſſit, cuniculis inſtructa; pingueſcit et junior cicurari poteſt; femina non niſi unum pullum parit. Caro ſapida.*

Longitudo *circiter bipedalis*; corpus *ſupra fuſcum*, *ſeriebus quinque macularum albarum fere coadunatarum ad latera*

*inſigni-*

*inſignitum; collum, pedes et abdomen ſordide alba*; oculi *magni fuſci*; auriculae *ovatae, tectae, minus acutae*; verruca *ſuperciliorum, temporum, gulae*; collum *breve*, cauda *non niſi* 2–3 *lineas longa*; pedes *poſteriores, inter quos mammae* 2 *jacent, anterioribus longiores.*

Acuſchy. 2. C. caudata, corpore olivaceo. *Erxl. mamm. p.* 354. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 612. *t.* CLXXI. B.

Cuniculus minor caudatus olivaceus, Akouchy. *Barr. Fr. équin. p.* 153.

Acouchy. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 58. *ſuppl.* III. *p.* 211. *t.* 36.

Olive Cavy. *Penn. quadr. p.* 246. *n.* 180.

*Habitat in* Guianae *ſilvis, Aguti ſimilis, cuniculo ſemeſtri aequalis; et tum colore, tum cauda longiore ab Aguti diſtincta. Facile cicuratur; femina* 1–2 *pullos parit. Caro edulis.*

Aguti. 3. C. caudata, corpore ex rufo fuſco, abdomine flaveſcente. *Erxleb. mamm. p.* 353. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 613. *t.* CLXXII.

Mus (Aguti) cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine flaveſcente. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 80. *n.* 2.

Cuniculus (Agouti) caudatus auritus, pilis ex rufo et fuſco mixtis rigidis veſtitus. *Briſſ. quadr. p.* 143. *Gronov. zooph.* 1. *p.* 4. *n.* 14.

Mus major fuſco-cineraſcens, cauda truncata. *Brown. jam. p.* 484.

Mus ſilveſtris americanus, cuniculi magnitudine, porcelli pilis et voce. *Raj. quadr. p.* 226.

Cuniculus omnium vulgatiſſimus, Aguti vulgo. *Barr. Fr. équin. p.* 153.

Aguti vel Acuti Braſilienſibus. *Marcgr. braſil. p.* 224. *Piſ. braſil. p.* 102. *Jonſt. quadr. t.* 63.

Agouti. *Buffon hiſt. natur.* VIII. *p.* 375. *t.* 50. *Linn. Act. Holm.* 1768. *p.* 27.

Long noſed cavy. *Penn. quadr. p.* 245. *n.* 179.

leporina. β. C. caudata, corpore ſupra rufo ſubtus albo. *Erxl. mamm. p.* 355.



---

Caviae, *inter mures et cuniculos quaſi mediae ſaliendo lente currunt, non ſcandunt, in arboribus cavis, aut ſub terra degunt, vegetabilibus victitant.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0135-4

Mus (leporinus) cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis abdomine albo. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 80. *n.* 3.
Cuniculus (javenſis) caudatus auritus rufeſcens, fuſco admixto. *Briſſ. quadr. p.* 142.
Java hare. *Catesb. carol. app. t.* 18.
Java cavy. *Penn. quadr. p.* 246. *n.* 181.

americana. γ. Cavia.
Cuniculus (americanus) caudatus auritus pilis rufis rigidis veſtitus. *Briſſ. quadr. p.* 144.
Cuniculus americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia, Guiana, inſulisque Antillis *in arboribus cavis, aut antris, quae ipſa fodit; interdiu victum quaerit ex vegetabilibus, quae colligit et aſſervat, pedibusque poſterioribus inſidens anterioribus ori admovet; ſalit potius, quam currit; celeriter creſcit; facile cicuratur; coit per totum annum; femina* 3 – 5 *pullos parit. Caro eadem, quae leporis cuniculi.*
Longitudo *circiter ſeſquipedalis.* Cauda *conica calva, breviſſima.* Pedes *ſubpalmati.*

Aperea. 4. C. ecaudata, corpore ex cinereo rufo. *Erxleb. mamm. p.* 348.
Cuniculus (braſilienſis) ecaudatus auritus ex cinereo rufus. *Briſſ. quadr. p.* 149. *n.* 8.
Cuniculus braſilienſis, Aperea dictus Marcgr. *Raj. quadr. p.* 206.
Cuniculus indicus femina. *Aldrov. dig. p.* 393.
Aperea Braſilienſibus. *Marcgr. braſ. p.* 223. *Jonſt. quadr. t.* 63. *Piſo braſil. p.* 103. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 160.
Rock cavy. *Penn. quadr. p.* 244. *n.* 177.
*Habitat in* Braſiliae *rupeſtrium antris. Caro ſapida.*
*Color dorſi, qualis in lepore timido;* auriculae *breves.* Palmae *tetradactylae.* Plantae *tridactylae.*

Cobaya. 5. C. ecaudata ex albo et rufo vel nigro variegata. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 617. *t.* CLXXIII.
Mus (Porcellus) cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 79. *n.* 1. *Muſ. Ad. Fr. p.* 9. *Amoen. acad.* 4. *p.* 190. *t.* 2. *it. Weſtgoth.* 224.
Cuniculus (indicus) ecaudatus auritus albus aut rufus aut ex utroque variegatus. *Briſſ. quadr. p.* 147. *n.* 7. *Gronov. zooph.* 1. *p.* 4. *n.* 16.
Cuniculus indicus. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 160. *Aldr. dig. p.* 390. 391. *Jonſt. quadr. p.* 162. *t.* 63. 65.

Mus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0136-0 DFG

Mus ſeu cuniculus americanus et guineenſis, porcelli pilis et voce, cavia cobaya braſilienſibus dictus Marcgr. *Raj. quadr. p.* 223.

Mus major albo fulvoque varia, cauda nulla. *Brown. jam. p.* 484.

Cavia cobaya. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſil.* 102. *Pallas ſpic. zool.* 2. *p* 17.

Guinea-pig. *Edw. av. t.* 294. *f.* 2.

Cochon d'Inde. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 1. *t.* 1.

Reſtleſs cavy. *Penn. quadr. p.* 243. *n.* 176.

*Habitat in* Braſilia, *hoſpitatur in* Europa. *Pipiens, loquax, inquieta, ſequax, calcitrans, attenta, comans, maſticans, edit vegetabilia variata, potat lympham puram, calorem amat; femina mammis duabus, parit pullos perfectiſſimos, mox coit; mas bombylans juniores maſculos mordet paraplecticos.*

Longitudo *pedalis.* Color *varius.* Pili *duri, colli paulo longiores.* Corpus *toroſum;* collum *breviſſimum.* Auriculae *breves, latae, extrinſecus calvae.* Oculi *magni, fuſci, prominuli.*

Capybara. 6. C. ecaudata, plantis tridactylis palmatis. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 620. *t.* CLXXIV.

Sus (Hydrochaeris) plantis tridactylis, cauda nulla. *Syſt. nat.* XII. *p.* 103.

Sus maximus paluſtris, Cabiai, Cabionara. *Barr. Fr. équin. p.* 160.

Hydrochoerus. *Briſſ. quadr. p.* 117.

Cavia Capybara. *Pallas ſpic. zool.* 2. *p.* 18.

Capybara Braſilienſibus. *Marcgr. braſ. p.* 230. *Piſ. braſ. p.* 99. *Jonſt. quadr. t.* 60. *Raj. quadr. p.* 126.

Capivard. *Froger voy. p.* 123.

Cabiai. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 384. *t.* 49.

Thicknoſed tapir. *Penn. quadr. p.* 83. *n.* 61.

*Habitat in* Americae auſtralis *parte occidentali, in regionibus ſilvoſis paludoſis ad magnos fluvios; ſaccharo aliisque vegetabilibus, piſcibus quoque veſcitur, quos noctu capit; natat, pingueſcit, mitis, monogama; femina non niſi unicum parit pullum.*

Longitudo $2\frac{1}{2}$ *pedibus major;* caput *oblongum;* roſtrum *anguſtum;* nares *nigricantes, ſubrotundae;* labium *ſuperius fiſſum;* myſtaces *nigrae;* oculi *magni, nigri;* auriculae *breves, rectae, calvae, nigrae;* collum *breve, craſſum;* pedes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0137-5

pedes *breves*; plantae *tetradactylae*; pili *ſetoſi*, *dorſi longiſſimi*, *plurimi utroque fine nigri*, *medio flaveſcentes*.

## 23. CASTOR. *Dentes primores* ſuperiores truncati, angulo transverſo excavati.

inferiores apice transverſi.
*molares* utrinque IV.
*Cauda* longa depreſſa ſquamoſa.
*Claviculae* perfectae.

**Fiber.** 1. C. cauda ovata plana calva. *Fn. ſuec. n.* 27. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 9. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 623. *t.* CLXXV.
Caſtor caſtanei coloris, cauda horizontaliter plana. *Briſſ. quadr. p.* 133.
Caſtor. *Geſn. quadr. p.* 309. *aquat. p.* 185. *Rondel. aquat. p.* 236. *Aldrov. digit. p.* 276. *Jonſt. quadr. p.* 147. *t.* 68. *Raj. quadr. p.* 209. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 282. *t.* 36. *Penn. quadr. p.* 255. *n.* 190.
Fiber. *Bellon. aq.* 30.
Beaver. *Catesb. carol. app. p.* 29.
Biber. *Ridinger kl. Th. t.* 84.
β. Caſtor albus, cauda horizontaliter plana. *Briſſ. quadrup.* 135.

*Habitat hodienum in* Europae, Aſiae, Americae *borealibus ad ripas fluviorum lacuumque ſolitarias ſilvoſas, victitans corticibus ſorbi, ſalicis, potiſſimum populi, ligno magnoliae glaucae, radice acori et al. vix piſcibus. Lente graditur, at dexterrime natat, interdiu quietus, profunde dormit, mundiſſimus; junior facile cicuratur, mitis; monogamus coit hieme erectus; femina 4 mammis inſtructa per 4 menſes gravida 2 parit pullos, rarius 3 – 4.*

*Architectura in conſtruenda ad ripas domo ſuperat, excepta humana, omnium animalium. Act. Stockh.* 1756. *p.* 207.

Corpus $2\frac{1}{2}$ – 3 *pedes longum*, cauda *dimidio brevior*, *quarta ſui parte corpori proxima piloſa*; pedes *pentadactyli*, *plantae palmatae*; oculi *parvi*, auriculae *breves crinitae*; collum *craſſum et breve*; corpus *toroſum*, *dorſo convexo*; pili *molliores breviores ferruginei*, *longiores durioresque caſtanei*, *quo magis borealem terram inhabitat, eo obſcuriores, ut aliquando nigri*; *alias albi*, *aut albi maculis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0138-1 DFG

*culis cinereis. aut albi interſtitis rubris, rariſſime flaveſcentes.* Glandulae *ſalivales inſignes, et ad dextram cardiae alia adhuc glandula, quae per* 18 *patula orificia humorem ſuum largiter in ventriculum effundit. Prope genitalia externa et anum inter binas magnasque glandulas ſebaceas medii haerent duo folliculi celluloſi, graveolens caſtoreum, ſinguli circiter* ℥ij *continentes; ruſſicum et boruſſicum canadenſi melius.*

*Marius J. Caſtorologia. Wien.* 1685.

Anatome. *Wepfer Eph. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251. *Sarraſin act. Pariſ.* 1704. *p.* 48. *Act. Petrop.* T. II. *p.* 415.

huidobrius. 2. C. cauda compreſſa lanceolata piloſa, palmis lobatis, plantis palmatis. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 253.

*Habitat in* Chilenſium *fluviorum lacuumque profundiſſimis. Animoſum animal piſcibus cancrisque victitat, diu ſub aqua manet; neque architectura fibri, neque caſtoreum; femina* 2 – 3 *pullos parit.*

*Corpus circiter tripedale;* caput *fere quadratum;* roſtrum *obtuſum;* oculi *parvi;* auriculae *breves rotundae;* pili *ſimiliter duplicis generis; qui teneriores, mollitie ſuperant pilos cuniculi, ut pelliariis magni aeſtimetur pellis in dorſo cinerea, in ventre albida.*

## 24. MUS. *Dentes primores* ſuperiores cuneati. *molares* utrinque III, rarius II. *Claviculae* perfectae.

* *cauda apice compreſſa.*

Coypus. 1. M. cauda mediocri ſubcompreſſa piloſa, plantis palmatis. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 255.

*Habitat in aquis* Chilenſibus, *lutrae facie et colore, dentium numero muri accedens, ut tamen non niſi* 2 *molares ad utrumque primorum latus habeat.* Cauda *craſſa;* pedes *pentadactyli;* auriculae *rotundae. Femina* 5 – 6 *pullos parit.*

zibethicus. 2. M. cauda longa compreſſo-lanceolata, pedibus fiſſis. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 638. *t.* CLXXVI.

Caſtor zibethicus. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 79.

Caſtor (mus moſchiferus canadenſis) cauda verticaliter plana, digitis omnibus a ſe invicem ſeparatis. *Briſſ. quadr.* 136.

Rat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0139-0

Rat musqué. *Sarraſin act. Pariſ.* 1725. *p.* 323. *t.* 11. *f.* 1. 2.
Desmans rottor. *Kalm it.* 3. *p.* 19.
Ondatra. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 1. *t.* 1.
Musk beaver. *Penn. quadr. p.* 259. *n.* 191.

*Habitat in* America *boreali ad aquas lentiores, ad quarum ripas domus exſtruit, ſimpliciores tamen, quam caſtor fiber; victitat etiam conchis, aeſtate praeſertim herbis et fructibus, hieme radicibus, potiſſimum acori et nympheae; monogamus coit aeſtate; femina* 6 *mammis gaudens abdominalibus* 3–6 *pullos parit, ut nonnulli volunt, ter-quater per annum; dexterrime natat et mergitur; in terra tamen incedens vacillat.*

Cauda *apice ancipiti ad caſtorem, eadem longiore ipſaque magnitudine ad murem decumanum, facie et auriculis crinitis ſatis brevibus ad amphibium propius accedit; longitudo circiter pedalis, pondus trium librarum;* cauda *corpore paulo brevior, fuſca;* digiti *plantarum ordinibus pilorum longorum alborum denſis ciliati, unguibus rubicundis.* Pili *molles ex atro fuſci. Glandulae ſebaceae ad anum humore oleoſo moſchum aeſtate potiſſimum graviter olente plenae.*

* * myoſuri, *cauda tereti calva.*

Pilorides. 3. M. cauda longiuſcula ſquamata truncato-obtuſa, corpore albido. *Pallas glir. p.* 91. *n.* 38.
Mus (albus zeylonicus) albus, cauda longiſſima. *Briſſ. quadr.* (*ed. bat.*) *p.* 122. *n.* 8.
*β.* Caſtor cauda lineari tereti. *Brown. jam. p.* 484.
Rat musqué. *Rocheſ. antill. p.* 140.
Piloris. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 2.
Musk Cavy. *Penn. quadr. p.* 247. *n.* 183.

*Habitat in* India, *β*) *in inſulis* Antillis *in antris, quae ipſe fodit, etiam in domibus, moſchato odore infeſtus.*

*Magnitudine ad cobayam accedit;* auriculae *magnae, calvae;* cauda 4 *pollicum;* palmae *tetradactylae, ut pollicis locum nodus ſuppleat;* plantae *pentadactylae.*

Caraco. 4. M. cauda longa ſquamoſa obtuſiuſcula, corpore griſeo, plantis ſubſemipalmatis. *Pall. glir. p.* 91. *n.* 39. *p.* 335. *t.* 23. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 643. *t.* CLXXVII.

*Habitat in* Sibiria *quam maxime orientali ad aquas, ad cujus ripas cuniculos fodit; egregie natat; domus etiam frequentat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0140-1

Corpus 6, cauda $4\frac{1}{2}$ *pollices longitudine ſuperat*; pondus 6–7 *uncias aequat*. Caput *anguſtum*, *elongatum*; oculi *auriculis propiores*, *quam naribus*; palmae *tetradactylae*, *ut verruca pollicis vices ſuppleat*; plantae *pentadactylae*, *digitis plica cutis connexis*.

Color *dorſi*, *ut in decumano*, *fuſcus cinereo miſtus*, *ventris ex albido in cinereum vergens*, *pedum ſordide albus*.

decumanus. 6. M. cauda longiſſima ſquamata, corpore ſetoſo griſeo ſubtus albido. *Pallas glir. p.* 91. *n.* 40. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 645. *t.* CLXXVIII.

Mus (norwegicus) cauda elongata, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, corpore rufo. *Erxl. mamm. p.* 381. *n.* 1.

Mus (ſilveſtris) cauda longiſſima, ſupra dilute fulvus, infra albicans. *Briſſ. quadr. p.* 170. *n.* 3.

Mus aquaticus. *Geſn. aquat. p.* 732.

Surmulot. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 206. *t.* 27.

Norway rat. *Penn. brit. zool. p.* 47.

Brown rat. *Penn. quadr. p.* 300. *n.* 227.

*Habitat in* India *et* Perſia, *unde hoc demum ſeculo in* Europam *devenit*, *ad aquarum ripas antra ſibi fodiens*, *urbes etiam*, *aquaeductus*, *cloacas*, *ſtabula*, *horrea*, *hortos*, *campos*, *domus frequentans*, *cato deteſtatus*, *lepori cuniculo cedens*, *a muſtelis domatur*; *praeter vegetabilia carne quoque*, *gallinis*, *ipſisque congeneribus victitat*; *audaciſſimus*; *per hiemem non dormit*; *aquam non metuit*, *et dexterrime natat*; *migrat gregatim*; *femina ter per annum* 12–15, *imo* 18 *et* 19 *pullos parit*. *An forſan mus caſpius Aeliani?*

*Pondus animalis ab* ℥viij *ad libram unam*; *corpus adulti longitudine vix ſuperat* 9, cauda $7\frac{1}{2}$ *pollices*; *haec ex* 200 *fere annulis conſlata*; digiti *diſtinctiſſimi*; myſtaces *capite producto longiores*; oculi *magni nigri prominuli*.

Rattus. 12. M. cauda longiſſima ſquamoſa, corpore atro ſubtus caneſcente. *Pallas glir. p.* 93. *n.* 41. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 647. *t.* CLXXIX.

Mus (Rattus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 83. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 12. *n.* 33. *Müll. prodr. p.* 5. *n.* 31.

Mus (Rattus) cauda longiſſima, obſcure cinereus. *Briſſ. quadr. p.* 168. *n.* 1. *Gronov. zooph. p.* 4. *n.* 18.

Mus domeſticus major, quem vulgo rattum vocant. *Geſn. quadr. p.* 731.
Mus domeſticus major ſive rattus. *Raj. quadr. p.* 217.
Rattus. *Aldrov. dig. p.* 415.
Glis. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Sorex. *Hufnagel archetyp. p.* 3. *t.* III.
Rat. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 278. *t.* 36.
Common rat. *Penn. brit. zool.* 1. *p.* 97.
Black rat. *Penn. quadr. p.* 299. *n.* 226.
*Habitat in* Perſia *et* India, *nunc etiam, boreali parte excepta, in* Europa, *ex qua per naves in* Africam *et* Americam *delata eſſe fertur; in* Tahiti *tamen frequens, rarior in reliquis maris auſtralis inſulis. Cautus et animoſus, parum bibit; ſed voraciſſimus omnia, quae occurrunt, comedit, domibus peſſimum animal, cibis et utenſilibus infeſtum omnibus; ne ſuae quidem ipſius ſpeciei parcens; praedatur a bubone aliisque ſtrigibus, a muſtelis, non ſemper a catis. Femina* 10 *mammis inſtructa aliquoties per annum* 5–6 *pullos parit.*
*Pondus ratti aliquando ad* ℥vj *accedit, rariſſime modo* 6–7 *drachmas aequat.* Longitudo *corporis vix* 8 *pollices aequat;* cauda *aequalis* 250 *circiter annulis conſpicua, tenuis.* Color *utplurimum ſupra nigricans, infra cinereus; rarius ſupra in fuſcum aut cinereum vergens, aut cinereus maculis albis, aut totius animalis albus, oculis rubris.*

Muſculus. 13. M. cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico. *Fn. ſuec.* 34.
Mus cauda longiſſima ſquamoſa, corpore fuſco ſubtus cineraſcente. *Pallas glir. p.* 95. *n.* 43. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 654. *t.* CLXXXI.
Mus cauda longa nudiuſcula, corpore cinereo fuſco, abdomine ſubalbeſcente. *Fn. ſuec.* 1. *p.* 11. *n.* 31. *Muſ. Ad. Frid.* I. *p.* 9.
Mus (Sorex) cauda longiſſima, obſcure cinereus, ventre ſubalbeſcente. *Briſſ. quadr. p.* 169. *n.* 2. *Gronov. zooph.* 1. *p.* 4. *n.* 19.
Mus domeſticus minor, cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cineraſcente, abdomine albicante. *Brown. jam. p.* 484.
Mus domeſticus vulgaris ſ. minor. *Raj. quadr. p.* 219. *Sloan. jam.* 2. *p.* 330.
Mus domeſticus minor. *Aldr. dig. p.* 417.
Mus domeſticus. *Jonſt. quadr. p.* 165. *t.* 66.

Mus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0142-2

Mus. *Hufnagel archetyp. p.* 1. *tab.* 3. 10. *p.* 2. *t.* 8. *p.* 4. *t.* 2.
Souris. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 309. *t.* 39. *ſuppl.* III. *p.* 181. *t.* 30.
Common mouſe. *Penn. quadr. p.* 302. *n.* 229.
*Habitat in domibus* Europae *et* Aſiae *mediae, nunc etiam* Americae; *polyphagus conſumit cibaria, cerealia, carnes, cadavera, quae colligit; parum bibit; ſalax omni anni tempore coit, et fertiliſſimus, ut femina ſemper* 5 – 6 *pullos pariat; mitis, timidus, curſu celerrimus, vix incarcerandus; praedatur a ratto, cato, muſtela, erinaceo, ſtrige; in horreis pellitur ebulo et ſolano nigro.*
*Longitudine* $3\frac{1}{2}$ *pollices non ſuperante, et ungue pollicari palmarum nullo, a ratto differt.*
*Varietas nigra, flaveſcens, albo-maculata, alba maculis cinereis, et nitidiſſima tota alba oculis rubris rarior.*

ſilvaticus. 17. M. cauda longa ſquamoſa, corpore griſeo luteſcente ſubtus lateribusque abrupte albo. *Pallas glir. p.* 94. *n.* 42. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 651. *t.* CLXXX.
Mus cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 84. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 12. *n.* 36.
Mus cauda longa, ſupra e fuſco flaveſcens, infra ex albo cineraſcens. *Briſſ. quadr. p.* 174. *n.* 9.
Mus (campeſtris major) cauda longiſſima, fuſcus ad latera rufus. *Briſſ. quadr. p.* 171. *n.* 4.
Mus agreſtis minor. *Geſn. quadr. p.* 733.
Mus domeſticus medius. *Raj. quadr. p.* 218.
Mulot. *Buff. hiſt. nat.* VII. *p.* 325. *t.* 41.
Field-rat. *Penn. quadr. p.* 302. *n.* 230.
β. Harveſt-rat. *Penn. quadr. p.* 302. *n.* 231.
*Habitat in omnis* Europae *ſilvis, campis, hortis, dumetis, hieme quoque in horreis et domibus; victitat cerealibus, arborumque ſeminibus, quae colligit, aviculis quoque, congeneribus, et defectu aliorum propria ſpecie; aſſeres duriſſimos ſaepe uno die perforat; praedatur ab accipitribus, vulpe, putorio, marte.*

*Magni-*

---

Mures *in antris latebrisque habitant, celerrime currunt et ſcandunt, nonnullae ſpecies etiam natant; noctu praeſertim victum quaerunt, potiſſimum vegetabilem, quem palmis ori admovent. Feminae* 8 *circiter mammis gaudent, et plures ſimul eosque ſaepius per annum pullos pariunt. Nonnullae ſpecies migrant.* Auriculae *breves rotundatae.* Palmarum *digiti plerisque modo* 4, *ut pollicis locum verruca ſuppleat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0143-8
DFG

*Magnitudine muſculum aequat; cauda longitudine corporis, ſupra nigricans, infra alba;* pedes *ſplendide albi. Hujus etiam datur varietas tota alba oculis rubris.*

agrarius. 7. M. cauda longa ſquamoſa, corpore luteſcente, ſtriga dorſali nigra. *Pallas it.* 1. *p.* 454. *glir. p.* 95. *n.* 44. *et p.* 341. *t.* 24. A. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 658. *t.* CLXXXII.

Mus rubeus. *Schwenckf. ther. Sileſ. p.* 114.

Muris alia ſpecies. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 151. *t.* 29. *f.* 2.

*Habitat in* Ruſſia *a* Tanai *ad* Jeniſei *fluvium, in* Sileſia, *rarius in* Germania, *gregarius et migratorius.*

Longitudo *vix* 3 *pollices, pondus vix* ℥ß *aſſequitur. Abdomen cum pedibus album, palmarum pollex ungue exiguo.*

minutus. 8. M. cauda longa ſquamoſa corpore ſupra ferrugineo ſubtus albido. *Pallas it.* 1. *p.* 454. *n.* 4. *glir. p.* 96. *n.* 45. *et p.* 345. *t.* 24. B. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 660. *t.* CLXXXIII.

*Habitat in imperio* ruſſico, *in* Sibiria *pulchrior, ut ſupra eleganter flaveat, infra niveus ſit.*

*Muſculo dimidio minor;* cauda *fere bipollicaris. Femina mare minor minusque pulcra.*

ſoricinus. 10. M. cauda mediocri ſubpiloſa, roſtro producto, auriculis orbiculatis veſtitis, velleris dorſo flavicante griſeo, abdomino albido. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 661. *t.* CLXXXIII. B.

*Habitat* Argentorati. *Hermann.*

Longitudo *vix ultra* 2 *pollices, et* 5 *lineas;* myſtacum *ordines* 7. Ungues *breviſſimi;* cauda *unicolor flaveſcens, cinereo intermiſto, ſubtus magis piloſa.* Abdomen *album.*

vagus. 14. M. cauda longiſſima nudiuſcula, corpore cinereo, faſcia dorſali nigra, auribus plicatis. *Pallas glir. p.* 90. *n.* 36. *p.* 327. *t.* 22. *f.* 2. *Schreber Saeugthiere,* IV. *p.* 663. *t.* CLXXXIV. *f.* 2.

Mus ſubtilis. *Pallas it.* 2. *p.* 705. *n.* 11. *α.*

*Habitat in deſertis inter fluvios* Ural, Irtyſch *et* Ob *poſitis ſatis frequens, in fiſſuris rupium, infra lapides, truncos arborum; victitat praeſertim ſeminibus, minoribus etiam animalibus; per hiemem dormit; gregatim migrat.*

Pondus ʒij *non inferius; longitudo paulo major, quam ſoricino;* pedes *tenerrimi albidi;* cauda *corpore paulo longior, ſupra cinerea, infra albicans prehenſilis.* Dentes primores *flavi;* molares *in ſuperiore maxilla* 2. *Feminis mammae* 8. Ungues *longi.*

15. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0144-4

betulinus. 15. M. cauda longiſſima nudiuſcula, corpore fulvo faſcia dorſali nigra, auriculis plicatis. *Pallas glir. p.* 90. *n.* 35. *p.* 332. *t.* 22. *f.* 1. *Schreber Saeugthiere*, IV. *p.* 664. *t.* CLXXXIV. *f.* 1.

Mus ſubtilis. *Pallas it.* 2. *p.* 705. *n.* 11. *β.*

*Habitat ſolitarius in betuletis deſerti* Iſchimenſis *et* Barabenſis, *etiam inter fluvios* Ob *et* Jeniſei; *vago ſatis ſimilis moribus et facie, paulo tamen minor.* Cauda *ſupra fuſca, infra albida.*

pumilio. 18. M. cauda mediocri nudiuſcula, corpore ex fuſco cinereo, fronte nuda et lineis quatuor dorſalibus nigris. *Sparrmann act. Stockh. nov. ai.* 1784. *p.* 239. *tab.* VI.

*Habitat in ſilvis* Sitzicamae *pone* caput bonae ſpei; *pondus* ℈iv.

ſtriatus. 19. M. cauda longiuſcula ſubnuda, corporis ſtriis plurimis parallelis albo-guttatis. *Pallas glir. p.* 90. *n.* 37.

Mus cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore ſtriis punctatis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 84.

Mus cauda longa, ſtriis corporis longitudinalibus ex punctis albis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 10.

Mus (orientalis) cauda longa, rufus, lineis in dorſo albicantibus margaritarum aemulis. *Briſſon quadr. p.* 175. *n.* 10.

Mus orientalis. *Seb. muſ.* 22. *t.* 21. *f.* 2.

Oriental rat. *Penn. quadr. p.* 304. *n.* 232.

*Habitat in* India, *muſculo dimidio minor, fuſceſcens,* 12 *ſeriebus punctorum alborum inſignitus, infra albicans, auriculis brevibus calvis, cauda fere calva longitudine corporis. An vera propria ſpecies?*

barbarus. 20. M. cauda mediocri, corpore fuſco ſtriis decem pallidis, palmis tridactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* XII. *Tom.* 1. *P.* 2. *add.*

*Habitat in* Africa *boreali, muſculo minor; ſupra fuſcus lineis decem longitudinalibus albidis, infra albicans;* cauda *calva annulata, longitudine corporis. An forſan ad caviam releganda?*

*** cunicularii *cauda terete, piloſa.*

ſaxatilis. 21. M. cauda longiuſcula, auribus vellere majoribus, palmis ſubtetradactylis. *Pallas glir. p.* 80. *n.* 19. *p.* 255. *t.* 23. B. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 667. *t.* CLXXXV.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0145-9

*Habitat in* Sibiriae *parte quam maxime orientali in fiſſuris rupium.*

*Longitudine* 4 *pollices, pondere* 9 *drachmas aequat.* Roſtrum *acutum et* auriculae *ovales fuſcae.* Dorſum *fuſcum flaveſcente miſtum;* venter *albicans;* pedes *nigricantes;* cauda *ſeſquipollicaris, ſuperius fuſca, inferius alba.*

Cyanus. 22. M. cauda mediocri ſubpiloſa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore caeruleo ſubtus albido. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 266.

*Habitat in regno* Chilenſi, *ſilvatici facie et magnitudine, ſed pilis caeruleis, auriculis rotundis, perquam timidus; magnam in caveis ſuis, in plures cameras partitis, radicum tuberoſarum penum colligit, quam incolae crebro auferunt.*

amphibius. 11. M. cauda longitudine dimidia corporis, auribus vix vellere prominulis, pedibus ſubtetradactylis. *Pallas glir. p.* 80. *n.* 20. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 668. *t.* CLXXXVI.

Mus cauda elongata piloſa, plantis palmatis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 82. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 12. *n.* 32.

Mus cauda mediocri, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, corpore nigricante. *Erxl. mamm. p.* 386. *n.* 3.

Mus (aquaticus) cauda longa, pilis ſupra e nigro et flaveſcente mixtis, infra cinereis veſtitus. *Briſſ. quadr. p.* 175. *n.* 11.

Mus agreſtis major. *Geſn. quadr. p.* 733.

Mus major aquaticus ſive rattus aquaticus, et Mus agreſtis major macrourus Geſneri. *Raj. quadr.* 217. *et* 219.

Rat d'eau. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 368. *t.* 43.

Water-rat. *Penn. quadr. p.* 301. *n.* 228.

Eine Maeuſeart. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 151. *t.* 29. *f.* 1.

terreſtris. β. Mus cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere brevioribus. *Syſt. nat.* XII. *p.* 82. *n.* 10. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 11. *n.* 31.

Mus agreſtis capite grandi brachyurus. *Raj. quadr. p.* 218.

paludoſus. γ. Mus cauda mediocri piloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere brevioribus, ater. *Mant. plant.* 2. *p.* 522.

niger. δ. Mus amphibius niger.

maculatus. ε. Mus amphibius macula magna alba dorſali, et linea alba pectorali.

*Habi-*

*Habitat in omni* Europa *et ſeptentrionali* Aſia *ad* mare *usque* glaciale *in aquoſis praeſertim ripis aquarum praecipitibus, in humido quoque lutoſoque agrorum, pratorum, hortorum ſolo, radices, arborum quoque, rodit, herbarum effodit, hisque praecipue victitat; mordax et animoſus; natat et aqua mergitur. Caro Jacutis delicioſa, a quibus etiam pellis adaptatur. Femina mare minor, et magis flaveſcens, mammis* 8, 4 *pectoralibus*, 4 *abdominalibus inſtructa, coitus tempore moſchum olet, et Aprili ad* 8 *usque pullos parit.*

*Pondus inter* ℥ij *et* ℥iij *intermedium; longitudo corporis* $6\frac{1}{2}$, *caudae* 3 *pollicum. Roſtrum, prouti truncus, breve et craſſum;* auriculae *ovatae, margine crinitae.*

alliarius. 23. M. cauda unciali, auribus majuſculis ſubpiloſis, corpore cinereo ſubtus albido. *Pallas glir. p.* 80. *n.* 18. *p.* 252. *t.* XIV. C. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 671. *t.* CLXXXVII.

*Habitat in* Sibiria *ad fluvios* Jeniſei, Kan *et* Angara, *alliorum bulbis victitans, quorum magnam penum colligit.*

*Muri arvali affinis, ut tamen capite, myſtacibus et auriculis ad muſculum propius accedat.* Palmae *tetradactylae.* Cauda $1\frac{1}{3}$ *pollicem longa, alba, ſtria dorſali fuſca.* Corpus $4\frac{1}{6}$ *pollices longum.* Mammae 8.

rutilus. 24. M. cauda unciali, auriculis vellere longioribus, palmis ſubtetradactylis, corpore ſupra fulvo ſubtus cano. *Pallas glir. p.* 79. *n.* 17. *p.* 246. *t.* XIV. B. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 672. *t.* CLXXXVIII.

*Habitat in* Sibiria, *varietas minor forſan quoque in* Germania; *in antris congenerum, arboribus cavis, hieme in acervis frumenti, horreis, domibus; hieme per nivem currit; carnem amat.*

*Arvali ſatis affinis;* pedes *tamen magis piloſi, albi;* cauda *vix ultra pollicem longa, praeter ſtriam fuſcam ſupra flaveſcens, ſubtus alba.* Corpus *pondere ad* ℥ſs *ad* ʒvij, *longitudine tres pollices* $7\frac{1}{2}$ *lineas aequat.*

gregalis. 25. M. cauda ſeſquiunciali, auriculis vellere longioribus, palmis ſubtetradactylis, corpore cineraſcente. *Pallas glir. p.* 79. *n.* 16. *p.* 238. *Schreber Saeugthiere*, IV. *p.* 674. *t.* CLXXXIX.

Mus ſocialis. *Georgi it. p.* 162.

*Habitat in* Sibiriae *orientalis ſiccis; ſub ceſpite nidum, multis foraminibus pervium, et cameris pro penu radicum,* prae-

*praeſertim lilii pomponii et allii tenuiſſimi condenda cinctum fodit.*

*Oeconomo minor, ſociali longior, ut feminae ſex linearum ultra* 4 *pollices longitudinem aſſequantur, maribus pollice brevioribus.*

oeconomus. 26. M. cauda ſubſeſquiunciali, auriculis nudis in vellere molli latentibus, palmis ſubtetradactylis, corpore fuſco. *Pallas glir. p.* 79. *n.* 15. *p.* 225. *t.* XIV. A. *it.* III. *p.* 692. *n.* 4. *Georgi it. p.* 161. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 675. *t.* CXC.

*Habitat in* Sibiria *a fluvio* Irtyſch *ad oceanum orientalem usque, in humidis praeſertim et profundis vallibus, in quibus ſub ceſpite nidum multiplici exitu, et ad ejus latera cameram aut plures cameras pro condenda inſigni, quam colligit, radicum praeſertim tuberoſarum penu excavat; veris initio coit, quo tempore femina moſchum olet, probabiliter pluries per annum, femina tamen non niſi* 2–3 *pullos ſemel parit; gregatim migrat linea recta, et aquas in hoc itinere tranat, ab avibus, piſcibus, apris, vulpibus aliisque feris turbatur; ab ipſis hominibus non penu modo ſua ſpoliatur, ſed ipſum a Jakutis animal quoque comeditur.*

*An huc ſpectat mus glareolus, a b. O. F. Müller in inſula* Lalandia *repertus, et a Schrebero Saeugth.* IV. *t.* CXC. B. *depictus?*

laniger. 27. M. cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore cinereo lanato. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 267.

*Habitat in terrae* Chilenſis *borealibus ſub terra, mundus, docilis, mitis et facile cicurandus, victitat bulbis, cepae potiſſimum; femina bis per annum* 5–6 *pullos parit.*

Longitudo 6 *pollicum;* auriculae *exiguae acutae;* roſtrum *breve,* pili *longiſſimi, telae aranearum in modum teneri, ut Peruani olim lanae optimae in locum adhiberent.*

arvalis. 16. M. cauda unciali, auriculis vellere prominulis, palmis ſubtetradactylis, corpore fuſco. *Pall. glir. p.* 79. *n.* 14. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 680. *t.* CXCI.

Mus (gregarius) cauda corpore triplo breviore ſubpiloſa, corpore griſeo ſubtus pedibusque albis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 85.

Mus (terreſtris) cauda mediocri, auriculis vellere brevioribus, corpore ſupra ferrugineo ſubtus cinereo. *Erxleb. mamm. p.* 395. *n.* 7.

Mus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0148-6 DFG

Mus (campeſtris minor) cauda brevi, pilis e nigricante et ſordide luteo mixtis in dorſo, et ſaturate cinereis in ventre veſtitus. *Briſſ. quadr. p.* 176. *n.* 12.
Mus campaignolo. *Geſn. quadr. p.* 733.
Campagnol. *Buff. hiſt. nat.* VII. *p.* 369. *t.* 47.
Short-tailed rat. *Penn. quadr. p.* 305. *n.* 233.
*Habitat in omnis* Europae, *ipſiusque* Sibiriae *et* Hircaniae *dumetis, campis, pratis et hortis, praecipue ad aquas; victitat frumento, nucibus, glandibus, quas in ſuis antris colligit; a vulpe, putorio, muſtela, cato, mure ſilvatico praedatur; femina aliquoties per annum ſemper* 8–12 *pullos parit. Infeſtatur acaris minutis.*
*Longitudo* 3 *circiter pollicum;* pondus *maris* ʒv – ʒvj, *feminae ad* ʒxj. *An hujus forte* varietas Mus (agreſtis) cauda abbreviata, corpore nigro fuſco, abdomine cineraſcente. *Fn. ſuec. ed.* 2. *p.* 11. *n.* 30?

ſocialis. 28. M. cauda ſemunciali, auriculis orbiculatis breviſſimis, palmis ſubtetradactylis, corpore pallido ſubtus albo. *Pallas glir. p.* 77. *n.* 13. *p.* 218. *t.* XIII. B. *it.* 2. *p.* 705. *n.* 10. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 682. *t.* CXCII.
Mus alius et mus microurus. *S. G. Gmelin it.* 2. *p.* 173. *t.* 11. *et* 3. *p.* 500. *t.* 57. *f.* 2.
*Habitat frequens in ſicca arena deſerti inter fluvios* Wolga *et* Ural *ſiti; circa* mare caſpium *et in montibus* Hircaniae, *par mas et femina, aliquando cum pullis in antris; tulipae praeſertim bulbis victitat, a muſtelis, putoriis, lutris, cornicibus comeditur.*
Pondus *circiter* ʒvj, longitudo 5 *lineis ſuperat* 3 *pollices.*

Lagurus. 29. M. brachyurus, auriculis vellere brevioribus, palmis ſubtetradactylis, corpore cinereo linea longitudinali nigra. *Pallas glir. p.* 77. *n.* 12. *p.* 210. *t.* XIII. A. *it.* 2. *p.* 704. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 684. *t.* CXCIII.
*Habitat in ſolo arenaceo lutoſo deſertorum fluviis* Ural, Jeniſei *et* Irtyſch *adjacentium, ſingula animalia in nido rotundo anguſto; gregatim migrat; victitat potiſſimum iride pumila, muris quoque aliis ſpeciebus; motu lentiore, et ſitu, dum dormit, ad arctomyas accedit; hieme tamen non obrigeſcit; ſalax a primo vere pluries per annum coit, quo tempore femina moſchum olet, quae ſemper* 5–6 *pullos parit.*
Pondus *maris* ʒviß, longitudo 7$\frac{2}{3}$ *lineas ultra* 3 *pollices aequat;* cauda *maris ſeſquilinea longior, quam feminae.*

torquatus. 30. M. brachyurus, auribus vellere brevioribus, palmis pentadactylis, corpore ferrugineo vario, torque interrupta albida, linea ſpinali nigra. *Pallas glir. p. 77. n. 11. p. 206. t. XI. B.* *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 686. *t.* CXCIV.

*Habitat in parte quam maxime boreali montis* Ural *et uliginoſis* mari glaciali *conterminis; lichene rangiferino et nivali, bulbisque polygoni vivipari victitat; migrat.*

*Arvali magnitudine, lemmo habitu propius accedit;* cauda *obtuſa fuſca.*

Lemmus. 5. M. brachyurus, auriculis vellere brevioribus, palmis pentadactylis, corpore fulvo nigroque vario ſubtus albo. *Pallas glir. p.* 77. *n.* 10. *p.* 186. *t.* XII. A. B. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 687. *t.* CXCV. *α. β.*

Mus cauda abbreviata, pedibus pentadactylis, corpore fulvo nigro-vario. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 80. *Fn. ſuec. p.* 11. *n.* 29. *act. Stockh.* 1740. *p.* 75. *f.* 45.

Mus Lemmus. *Fabric. it. norw. p.* 191.

Mus norwegicus, vulgo Leming. *Raj. quadr. p.* 327. *Worm. muſ. p.* 321.

Cuniculus (norwegicus) caudatus auritus ex flavo rufo et nigro variegatus. *Briſſ. quadr. p.* 145. *n.* 5.

Lemmus. *Geſn. quadr. p.* 731. *Olaus Magn. ſept. p.* 617.

Beſtiola Leem dicta. *Aldrov. digit. p.* 436. *Jonſt. quadr. p.* 168.

Lemming. *Pontoppid. hiſt. nat. Norweg.* 2. *p.* 58.

Leming. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 314.

Lapland marmot. *Penn. quadr. p.* 274. *n.* 202. *t.* 25. *f.* 2.

*Habitat in montibus nivalibus* Scandinaviae, *et parte quam maxime boreali catenae montium* Uralenſis, *ut tamen poſterior ambitu corporis multo minore, unguibus pilisque multo brevioribus, et colore minus vario potiſſimum fulvo divergat, eo etiam, quod in antris ſuis penum pabuli colligat. Victitat betulae nanae amentis, lichene rangiferino et aliis; mordax, ſibilat, hieme ſub nive currit; femina aliquoties per annum* 5–6 *pullos parit, quo facto, ſingulis circiter* 10 *annis, inſigni gelu praeſertim imminente, univerſus animalium exercitus auctumno, noctu praeſertim linea recta, a qua nullo obſtaculo deflecti ſe ſinunt, aut verſus mare, aut in planities migrat, quo in itinere tamen multa aqua ſubmerſa, feris accipitribusque occiſa pereunt, et ſequente aeſtate, pauca tamen, in montes redeunt. Wormii hiſtoria animalis e* Norwegia. *Hafn.* 1653. 4. *hunc ſiſtit.*

Anatome. *Bartholin. cent.* 2. *p.* 301.

31. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0150-7

hudſonius. 31. M. brachyurus, auriculis nullis, plantis pentadactylis, vitta dorſali ex luteo fuſceſcente, pectore et abdomine albis. *Pallas glir. p.* 209. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 691. *t.* CXCVI.

*Habitat in terra* Labrador.

*Mas femina longior, ut* 5 *pollices aſſequatur;* color *potiſſimum cinereus;* cauda *pilis longis rigidis ſordide albis veſtita.* Pedes *breves.*

maulinus. 32. M. cauda mediocri piloſa, auriculis acuminatis, pedibus pentadactylis. *Molina hiſt. Chil. p.* 268.

*Habitat in provinciae* Chilenſis Maule *ſilvis, marmotae colore et longitudine pilorum affinis, duplo tamen major, roſtro elongato, myſtacum ordinibus* 4, *pedibus pentadactylis, cauda longiore piloſa diſtans. An ad arctomyas relegandus?*

* * * * buccati, *buccis ſacculiferis.*

Acredula. 33. M. buccis ſacculiferis, auriculis ſinuatis, corpore griſeo ſubtus albido. *Pall. glir. p.* 86. *n.* 22. *p.* 257. *t.* XVIII. A. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 695. *t.* CXCVII.

Mus migratorius. *Pallas it.* 2. *p.* 703. *n.* 5.

*Habitat in diſtrictu* Sibiriae Orenburgenſi *ad fluvium* Ural.

Longitudo *corporis* 4 *pollices*, caudae *annulatae ſupra fuſcae, ceterum cum pedibus albae* 8 *lineas aequat.*

Cricetus. 9. M. buccis ſacculiferis, corpore ſubtus aterrimo, cicatricibus lumbaribus detonſis. *Pall. glir. p.* 83. *n.* 21. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 695. *t.* CXCVIII. A.

Mus cauda mediocri, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus: maculis tribus albis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 82.

Glis Cricetus. *Klein quadr. p.* 56.

Glis (Marmota Argentoratenſis) ex cinereo rufus in dorſo, in ventre niger, maculis tribus ad latera albis. *Briſſ. quadr. p.* 166.

Porcellus frumentarius. *Schwenckf. ther. p.* 118.

Cricetus. *Agricol. ſubterr. p.* 486. *Geſn. quadr. p.* 738. *Raj. quadr.* 221. *Clauder E. N. C. dec.* III. *n.* 5. *p.* 376.

Hamſter. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 117. *t.* 14. *Meyer Thiere, Norib.* 1748. *fol. t.* 81. 82. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 33. *t.* 6. *Sulzer Verſuch einer Naturgeſchichte des Hamſters. Gotha* 1773.

German marmot. *Penn. quadr. p.* 271. *n.* 200.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0151-2

β. Cricetus totus niger. *Lepechin it.* 1. *p.* 192. *t.* 15. *Pallas it.* 1. *p.* 128. *Georgi it.* 2. *p.* 851. *Sulzer Naturg. des Hamſters. fig. in titul. Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CXCVIII. B.

*Habitat in* Sibiria et Ruſſia auſtrali, Polonia, Slavonia, Hungaria, Sileſia, Bohemia, et Germania transrhenana, *praeſertim* Thuringia; *Cavernas fodiunt ſingula animalia ſub terra plurimis concamerationibus, duplici foramine: altero obliquo aditu, in quo etiam ſterquilinium deponunt, altero perpendiculari ſpecula; victitat per aeſtatem herbis, radicibus et fructibus, rarius carne et animalibus; colligit pro autumno hiemisque initio frumentum, fabas, piſa, viciae, lini ſemina, pinguis per alteram hiemis partem dormit; Aprili coit; femina* 8 *mammis inſtructa per menſem circiter gravida aliquoties per annum, prima vice* 3–4, *poſt* 6–9 *pullos parit.* Lente *currit, nec ſcandit, aſt celerrime fodit, pedibus poſterioribus inſiſtere poteſt; interdiu utplurimum latet, mordicus ſe defendit, et brevi aſſerem ſeſquipollicarem perforat; a putorio, muſtelis, catis, canibus, vulpibus, accipitribus occiditur, homini ob noxas arvis illatas deteſtatus, ob pellem frumentique penum, rarius ob carnem aeſtimatus, occiditur arſenico, aut veratri pulvere cum farina et melle in pultem cocto.*

*Mas femina duplo major, ut* $1\frac{1}{4}$ *libram medicam pondere, longitudine* 10 *pollices aequet.* Color *variat, rariſſimi ſunt criceti toti candidi aut flaveſcentes, vix frequentiores albi nigris maculis, aut nigri albis in dorſo maculis, aut roſtro albo fronteque cineraſcente, aut maxilla inferiore alba conſpicui.* Cauda $2\frac{1}{2}$ *pollicum, pilis longis tecta;* Pedes *breves, anteriores tetradactyli cum verruca pollicari ungue rotundato inſtructa, poſteriores pentadactyli.*

arenarius. 34. M. buccis ſacculiferis corpore cinereo lateribus ſubtusque albo, cauda pedibusque albis. *Pallas glir. p.* 36. *n.* 24. *p.* 265. *t.* XVI. A. *it.* 2. *p.* 704. *n.* 7. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 707. *t.* CXCIX.

*Habitat in deſerto arenoſo* Barabae *ad fluvium* Sibiriae Irtyſch; *mordax, et, noctu praecipue, agilis, amat potiſſimum legumina aſtragali tragacanthoidis.*

*Pondus* ʒvij, *longitudo* $3\frac{1}{2}$ *pollicum;* pili *tenerrimi;* palmae *tetradactylae;* myſtaces *capite magno longiores.*

phaeus. 35. M. buccis ſacculiferis, corpore caudaque fuſco-cineraſcentibus ſubtus albis. *Pall. glir. p.* 86. *n.* 23. *p.* 261. *t.* XV. A. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 708. *t.* CC.

Mus alpinus. *Hablizl* apud *S. G. Gmelin it.* IV. *p.* 172.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0152-8 DFG

*Habitat in deſerto* Sibiriae *prope* Zarizyn; *et in montibus* Perſiae ſunamiſicis, *campis oryza conſitis damnoſus; hieme non dormit.*

*Pondus* ℥vj, *longitudo* 5 *lineas ultra* 3 *pollices*, caudae 9 – 9½ *lineas aequat;* auriculae *et ſtria* caudae *longitudinalis fuſceſcunt.*

ſongarus. 36. M. buccis ſacculiferis, dorſo cinereo, linea ſpinali nigra, lateribus albo fuſcoque variis, ventre albo. *Pallas glir. p.* 86. *n.* 25. *p.* 269. *t.* XVI. B. *it.* II. *p.* 703. *n.* 6. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 709. *t.* CCI.

*Habitat in* Sibiriae *deſerto arenoſo* Baraba *ad fluvium* Irtyſch, *cum reliquis hujus tribus antra pro colligendo victu fodiens.*

*Pondus* ʒv – ʒvß; *longitudo corporis* 3 *pollicum*, caudae *craſſae, obtuſae, piloſae* 4½ *linearum; verruca pollicaris absque ungue;* myſtaces *capite breviores;* auriculae *longiores.*

Furunculus. 37. M. buccis ſacculiferis, corpore ſupra griſeo, ſtriga dorſali nigra, ſubtus albido. *Pallas glir. p.* 86. *n.* 26. *p.* 273. *t.* XV. A. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 710. *t.* CCII.

Mus barabenſis. *Pallas it.* II. *p.* 704. *n.* 8.

Furunculus myodes. *Meſſerſchmid Muſ. Petrop. p.* 343. *n.* 109.

*Habitat in* Dauria, *deſerto* Sibiriae Baraba *ad fluvium* Ob *et inter fluvios* Onon *et* Argun; *aſtragalorum atriplicumque ſeminibus victitans, arenario affinis,* 3 *pollices longus;* auriculae *magnae, ovales, pilis nigris, margine albo;* cauda *pollicaris, tenuis et acuta; verruca pollicaris ungue inſtructa.*

* * * * * ſubterranei, *auriculis nullis, oculis minimis, cauda abbreviata aut nulla.*

talpinus. 38. M. brachyurus fuſcus, dentibus primoribus ſupra infraque cuneatis, auriculis nullis, palmis pentadactylis foſſoriis. *Pallas glir. p.* 77. *n.* 9. *p.* 176. *t.* XI. A. *et nov. comm. Petrop.* 14. *p.* 568. *t.* 21. *f.* 3. *Schreb. Saeugthiere,* IV. *p.* 711. *t.* CCIII.

Spalax minor. *Erxl. mamm. p.* 379.

*Habitat in* Ruſſiae *temperatioris planitiebus, in humo, quam criceti in modum perforat; ſingula animalia cavernam ſibi fodiunt; lathyri tuberoſi, phlomidis tuberoſae tuberibus, tulipae bulbis praeſertim victitat; per hiemem* non

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0153-4 DFG

*non dormit; per diem viſus debilis; coit initio Aprilis, quo tempore zibethum olet; femina 3 – 4 pullos parit. Muri amphibio affinis.*

*Pondus* ℥ij *aliquando, longitudo* 3 *pollices et* 9 *lineas aequat.*

capenſis. 39. M. brachyurus, dentibus primoribus ſupra infraque cuneatis, auriculis nullis, palmis pentadactylis, ore albo. *Pallas glir. p.* 76. *n.* 8. *p.* 172. *t.* VII. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 713. *t.* CCIV.

Hamſter. *Kolbe Vorgeb. d. gut. Hofn. p.* 158.

Taupe du cap de bonne eſperance. *Buff. hiſt. nat. Amſterd. Suppl.* V. *p.* 22. *t.* 9.

*Habitat in* capite bonae ſpei, *hortis infeſtus.*

*Longitudo* $5\frac{1}{2}$ *pollicum.* Caput *rotundatum.*

mariti-mus. 40. M. brachyurus dentibus primoribus ſuperioribus ſulcatis, auriculis nullis, pedibus pentadactylis, corpore ſupra albido flaveſcente mixto, ad latera et ſubtus ex albo cinereo. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 715. *t.* CCIV. B.

Zand-moll. *Maſon. act. angl. Vol.* 66. P. I. *p.* 304.

Taupe du cap. *la Caille journ. p.* 299.

Taupe des dunes. *Allamand apud Buffon hiſt. natur. Amſt. ſuppl.* V. *p.* 24. *t.* X.

*Habitat in* capitis bonae ſpei *collibus arenariis maritimis, quos cuniculis ſuis excavat; lente currit, celerius fodit; mordax; victitat radicibus bulbisque ixiarum, antholyzarum, gladiolorum, iridum.*

*Capenſi affinis, capite tamen magis conico; longitudo pedalis;* cauda *piloſa;* dentes *primores inferiores longiores pro arbitrio animalis removeri a ſe invicem poſſunt.*

Aſpalax. 41. M. brachyurus, inciſoribus ſupra infraque cuneatis, auriculis nullis, unguibus palmarum elongatis. *Pallas glir. p.* 76. *et* 165. *t.* X. *et it.* III. *p.* 692. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 716. *t.* CCV.

Mus myoſpalax. *Laxmann ſibir. Brief. p.* 75. *act. Stockh.* 1773.

*Habitat in* Dauria, *et ultra fluvium* Irtyſch *inter* Alei *et* Tſcharyſch *in humo nigra aut arena compacta, quam naribus pedibusque fodiendo cuniculos ſibi longiſſimos parat; lilii pomponii et erythronii, aliis quoque radicibus bulbisque victitat.*

*Longitudo a* $5 - 8\frac{1}{2}$ *pollices.* Cauda *teres obtuſa calva. Color ſupra ex flavo cineraſcens, ſubtus ex albo cinereus.*

42. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0154-9 DFG

Typhlus. 42. M. ecaudatus, palmis pentadactylis, inciſoribus ſupra infraque latis, oculis auriculisque nullis. *Pallas glir. p.* 76. *n.* 6. *p.* 154. *t.* VIII. *Schreber Saeugthiere*, IV. *p.* 718. *t.* CCVI.

Mus oculis minutiſſimis, auriculis caudaque nullis, corpore rufo cinereo. *Lepechin it.* I. *p.* 238. *et nov. comm. Petrop.* XIV. *p.* 504. *t.* XV. *f.* 1.

Spalax microphthalmus. *Güldenſtaedt nov. comm. Petrop.* XIV. *p.* 409. *t.* 8. 9.

Spalax major. *Erxl. mamm. p.* 377.

Slepez. *S. G. Gmelin it.* I. *p.* 131. *t.* 22.

*Habitat in* Ruſſia *auſtrali, in ceſpite humum nigram contegente antrum (ſingula animalia ſibi proprium) dentibus, capite, pedibus, ipſoque ano fodiens; radicibus, praeſertim chaerophylli bulboſi victitat; cum loco oculorum bulbillos tantum cute velatos habeat, caecutit, tanto acutiore auditu tactuque gaudens; mordicus ſe defendit; vere et aeſtate coit; femina* 2 *mammis inſtructa* 2–4 *pullos parit.*

*Pondus* ℥viij *ſuperat, longitudo* 8 *pollices vix aequat;* pili *molles, denſe appreſſi, ferruginei cinereo admiſto.* Dentes *primores rugoſi.*

## ARCTOMYS. *Dentes primores* cuneati, 2 in utraque maxilla.
## *molares* ſuperiores utrinque 5, inferiores 4.
## *Claviculae* perfectae.

Marmota. 1. A. capite auriculato, corpore fuſco ſubtus rufeſcente. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 722. *t.* CCVII.

Mus capite gibbo auriculato, cauda villoſa brevi, palmis tetradactylis, corpore fuſco ſubtus rufeſcente. *Pallas glir. p.* 74. *n.* 1.

Mus cauda abbreviata ſubpiloſa, auriculis ſubpiloſis, buccis gibbis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 81. *n.* 7.

Mus alpinus. *Geſn. quadr. p.* 743. *fig. p.* 744. *Aldr. dig. p.* 445. *Jonſt. quadr. t.* 67. *Raj. quadr. p.* 221.

Mus montanus. *Matthiol. comm. p.* 368.

Glis (Marmota alpina) pilis e fuſco et flavicante mixtis veſtitus. *Briſſ. quadr. p.* 165. *n.* 6.

Glis (Marmota) corpore ſupra fuſco-cinereo, ſubtus cinereoflaveſcente. *Erxl. mamm. p.* 358. *n.* 1.

Glis Marmota Italis. *Klein quadr. p.* 56.
Marmotte. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 219. *t.* 28.
Alpine Marmot. *Penn. quadr. p.* 268. *n.* 594.

*Habitat in* alpibus Sabaudicis, Helveticis, Rhaeticis, Noricis, Pyrenaicis, *arboribus denudatis, ſiccis, apricis ſummis; victitat radicibus, herbis, gramine tenerrimo, et potiſſimum mutellina; cicurata, quicquid offertur; parum bibit; ſolem amat; per tribus* 5–9–12–14 *habitat, cuſtode adventum hoſtis per ſibilum indicante, quem fugiunt omnes, et ſi non amplius poſſint, mordicus ſe defendunt; alias cavernas, multis cuniculis inſtructas et aditibus, per quos effugit, ſibi pro aeſtate, alias, in quibus ore allatum foenum pro lecto colligit, et a fine Septembris ad Martium usque alto ſomno ſepulta jacet, pro hieme; manibus cibum ori admovet; talis incedit; ſaepe erecta; facilius in planitie, quam ſub terra capitur; facile cicuratur, caloris amantiſſima, rebus cibariis, veſtimentis, ſupellectili noxia, vix in conclavi calido ſomni hyberni oblita; coit Aprili et Majo; femina per* 6–7 *ſeptimanas gravida* 2–4 *pullos parit.* Am Stein.

*Pondus marmotae, auctumno ipſo,* 9 *libras, longitudo pedem et tres pollices non excedit.* Caput *craſſum, vertice plano, roſtro craſſo atque obtuſo, dum ſedet animal, ſaepe erectum; maxillae inferioris partes binae mobiles;* auriculae *piloſae cinereae;* genae *pilis longioribus tectae et cinctae.* Myſtaces *utrinque ſerie* 6*plici;* verruca *nigra ſupra oculos ſetis* 6, *infra oculos ſetis* 7. Corpus *breve, craſſum;* ſutura *a gula ad anum.* Pedes *breves; palmarum pollex conicus, ungue plano obſcuro;* cauda *recta,* 6 *pollicum, longis pilis veſtita, apice ex atro fuſco.* Caro *ſapida, tenera. Pinguedo et ipſa pellis monticolis uſitatum remedium.*

**Monax.** 2. A. capite auriculato, roſtro caeruleſcente, cauda longiuſcula villoſa, corpore griſeo. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 737. *t.* CCVIII.

Mus capite gibbo auriculato, roſtro caeruleſcente, cauda longiuſcula villoſa, palmis tetradactylis, corpore griſeo. *Pallas glir. p.* 74. *n.* 2.

Mus cauda mediocri piloſa, corpore cinereo, auriculis ſubrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat. Ed.* XII. *p.* 81. *n.* 8.

Glis (Marmotta americana) fuſcus, roſtro e cinereo caeruleſcente. *Briſſ. quadr. p.* 164. *n.* 5.

Glis (Monax) corpore fuſco, lateribus ventreque pallidioribus. *Erxl. mamm. p.* 361.

Monax. *Edw. av.* 2. *t.* 104. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 136. *ſuppl.* III. *p.* 175. *t.* 28.

Maryland Marmot. *Penn. quadr. p.* 270. *n.* 198.

*Habitat in* America *ſeptentrionali paulo calidiori ad inſulas* Bahamicas, *cavernas in rupibus fodit, ſub arboribus cavis hybernans.*

*Lepore cuniculo paulo major;* roſtrum *magis acutum, quam marmotae;* auriculae *ſubrotundae;* ungues *longi et acuti;* cauda *corpore dimidio brevior, nigricans.* Cl. Alſtroemer.

Bobac. 3. A. capite auriculato, cauda villoſa, palmarum ungue pollicari, corpore griſeo ſubtus luteo. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 738. *t.* CCIX.

Mus (Arctomys) capite gibbo auriculato, cauda brevi villoſa, palmarum ungue pollicari, corpore griſeo ſubtus luteo. *Pallas glir. p.* 75. 97. 98. *t.* 5.

Glis (Marmotta polonica) flavicans, capite rufeſcente. *Briſſ. quadr. p.* 165.

Bobak. *Rzaczinski hiſt. nat. Pol. p.* 235. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 136. *t.* 18. *Forſter act. angl. Vol.* 57. *p.* 343. *Penn. quadr. p.* 268.

*Habitat in ſiccis et apricis montium planitiebus a* Boryſthenis *ripis per mediam et temperatiorem* Aſiae *partem ad* Sinam *et* Camſchatcam *usque; cavernas quoque profundiſſimas ſibi fodiens, in quibus* 20–24 *habitant; mane et meridie prodit, cuſtode tamen ſollicite circumſpiciente et ſocios movente; timidum animal, excepta humo pluviis madente, ſolis vegetabilibus victitat; palmis ſe defendit; facile cicuratur, plantis inſidet, manibusque cibum ori admovet; aeſtate vorax, hieme dormit. Caro eſculenta; pinguedo coriariis et pellionariis adhibita.*

*Pondus animalis libras* 14 *medicas, longitudo* 16 *pollices vix excedit.* Oculi *parvi.* Auriculae *ovatae;* cauda *annulata, apice atra,* 4 *pollices et* 4 *lineas longa, recta. Mammae feminae* 8.

Empetra. 4. A. capite auriculato, cauda villoſa, corpore ſupra vario ſubtus rufo. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 743. *t.* CCX.

Mus (Empetra) capite gibbo auriculato, cauda villoſa brevi, palmis tetradactylis, corpore ſupra vario, ſubtus rufo. *Pall. glir. p.* 75. *n.* 4.

Glis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0157-6

Glis (canadenſis) corpore griſeo, ventre cruribusque aurantiis. *Erxl. mamm.* 363.
Quebec marmot. *Penn. quadr. p.* 270. *n.* 199. *t.* 24. *f.* 2.
Canadian marmot. *Forſter act. angl.* LXII. *p.* 378.
*Habitat in* Canada, *et reliqua boreali* America, *ſimiliter ſibilans; lepore cuniculo vix major, ut longitudo aliquando vix* 11 *pollices ſuperet; cauda* 2½ *pollicum.*

pruinoſa. 5. A. capite auriculato, cauda pedibusque nigris, dorſi, laterum et abdominis pilis duris, longis, baſi cinereis, medio nigris, apice albidis.
Hoary Marmot. *Penn. hiſt. p.* 398. *n.* 261.
*Habitat in borealibus* Americae *ſeptentrionalis, habitu monacis;* naſi *apex niger;* auriculae *ovatae;* genae *albidae;* vertex *et* ungues *fuſci.*

Citillus. 6. A. auriculis nullis, cauda villoſa, corpore vario. *Schreb. Saeugth.* IV. *p.* 746. *t.* CCXI. A. B.
Mus capite gibbo, auriculis nullis, cauda brevi villoſa, corpore vario. *Pallas nov. comm. Petrop.* XIV. *p.* 549. *t.* 21. *f.* 1. 2. *et glir. p.* 76. 119. *t.* VI. VI. B.
Mus cauda abbreviata, corpore cinereo, auriculis nullis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 80. *n.* 4.
Mus Suslica. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* XIV. *p.* 389. *t.* 7.
Mus noricus ſ. Citillus. *Agric. ſubt. p.* 485. *Geſn. quadr. p.* 835. *Raj. quadr. p.* 220. *Rzacz. pol. p.* 235. *auct. p.* 327.
Citellus. *Schwenckf. Sil. p.* 86. *Aldr. dig. p.* 436.
Cuniculus (germanicus) caudatus, auriculis nullis, cinereus. *Briſſ. quadr.* 147. *n.* 6.
Glis (Citellus) auriculis nullis. *Erxl. mamm.* 366.
Orientaliſcher Hamſter. *S. G. Gmelin it. p.* 30. *t.* 5.
Caſan Marmot et Earleſo Marmot. *Penn. quadr. p.* 273. *et* 276. *n.* 201. *et* 203. *t.* 25. *f.* 1.
Ziſel et Suslic. *Buffon hiſt. natur.* XV. *p.* 139. 144. 195. *Suppl.* III. *p.* 191. *t.* 31.
*Habitat in* Ruſſia auſtrali *ad* Camſchatcam *usque et inſulas huic* Americaeque *intermedias*, Perſiam *et* Sinam, *rarius hodie*

Arctomyes *hybernant, diurnam vitam agunt, radicibus granisque victitant, quae interdiu conquirunt, ſcandunt, fodiuntque antra ſub terra, in quibus habitant.* Caput *ipſis gibbum, rotundatum;* auriculae *breves aut nullae;* corpus *craſſum;* cauda *brevis, villoſa;* palmae *tetradactylae cum pollice breviſſimo;* plantae *pentadactylae; caecum ampliatum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0158-2

*hodie in reliqua* Europa, *in campis apertis, ſiccis, elatis incultis, in ſolo ceſpitoſo et lutoſo, ad vias publicas, nunquam in ſilvis et paludibus; antra ſibi, ſingula ſingulis animalia, femina profundiora fodit, in quibus pro hiemis initio et fine frumentacea, herbas teneriores, baccas, rarius mures et aviculas colligit; parum bibit; hybernat; a primis tamen veris auſpiciis coelo ſereno interdiu victum quaerit, quem plerumque pedibus anterioribus ori admovet; ſalit; plantis inſidendo dormit; ſibilat; facillime cicuratur, inprimis mas; femina mordacior per* 20 – 30 *dies gravida Maji initio* 3 – 4 – 6 – 8 *pullos parit; a putoriis, muſtelis, falconibus, ipſisque cornicibus et ardeis praedatur. Pellis vere bona. Caro nonnullis edulis.*

*Magnitudo colorque perquam variat; illa nunc marmotam aſſequitur, nunc murem amphibium vix aequat; color plerumque ex cinereo flavus, ſubtus ſordide albus, ut tamen aliquid undulati vel punctati interſit, cauda concolore; alias ſupra canus fuſco aut flavo undulatim miſtus, ſubtus pallide flaveſcens, cauda longiori fere ſciuri; alias (leucopictus) ſupra griſeus albo-maculatus, ſubtus ex albo flaveſcens, orbitarum albus, caudae brevioris, et regionis a naribus ad oculos ſitae ex flavo ſubfuſcus. An mus ponticus* Ariſtotelis *et* Plinii?

Gundi. 7. A. capite auriculato, corpore teſtaceo rufeſcente. *Rothmann apud Schloezer Briefw.* I. *p.* 339. *Pall. glir. p.* 98. *not.*
Gundi Marmot. *Penn. hiſt.* 2. *p.* 405. *n.* 264.
*Habitat in* Barbaria *prope* Maſſuſin *verſus montum* Atlas. *Magnitudo L. Cuniculi.* Auriculae *truncatae meatu amplo.*

## 25. SCIURUS. *Dentes primores* II, ſuperiores cuneati. inferiores acuti.
*molares* ad utrumque latus ſuperiores V.
inferiores IV.
*Claviculae* perfectae.
*Cauda* diſticha.
*Myſtaces* longae.

* *ſcandentes.*

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, cauda dorſo concolore. *Erxl. mamm. p.* 411. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 757. *t.* CCXII.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0159-1

Sciurus auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 86. *n.* 1. *Faun. ſuec.* 37.
Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Syſt. nat.* VI. *p.* 9. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 8.
Sciurus (vulgaris) rufus, quandoque griſeo admixto. *Briſſ. quadr. p.* 150. *n.* 1.
Sciurus vulgaris rubicundus. *Klein quadr. p.* 53.
Sciurus vulgaris. *Raj. quadr. p.* 214.
Sciurus. *Geſn. quadrup. p.* 845. *Aldrov. dig. p.* 396. *fig. p.* 398. *Jonſt. quadr. p.* 163. *t.* 66. *Schwenckf. theriotr. Sil. p.* 121.
Ecureil. *Buffon hiſt. nat.* VII. *p.* 253. *t.* 32.
Common ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 279. *n.* 206.
Eichhoernlein. *Ridinger jagdb. Th. t.* 20.
Eichhoernchen. *S. G. Gmelin it.* I. *p.* 35. *t.* 7. *Falck Beytr.* 3. *p.* 311.

varius. β. S. hieme caeruleſcenti-cinereus, aeſtate ruber, abdomine albo. *Erxl. mamm. p.* 414. α.
Sciurus (varius) ex candido cinereus. *Briſſ. quadr. p.* 152. *n.* 4.
Sciurus varius, Varus vulgo dictus. *Aldr. dig. p.* 403. *fig. p.* 405.
Sciuri, qui mures pontici et a colore varii dicuntur. *Jonſt. quadr. p.* 163.
Mus ponticus ſ. venetus, quem vulgo varium vocant. *Geſn. quadr. p.* 741.

niger. γ. Sciurus niger. *Erxl. mamm. p.* 415. β.

albus. δ. Sciurus totus albus, oculis rubris. *Erxl. mamm. p.* 416. γ.
Sciurus albus ſibiricus. *Briſſ. quadr. p.* 151. *n.* 2.
Sciurus albus. *Wagn. Helv. p.* 185. *S. G. Gmelin it.* I. *p.* 35. *t.* 8.

*Habitat in* Europae, *frequentiſſimus in omnis* Ruſſici *imperii arboribus ſilvaticis.*

*Aeſtate ruber, abdomine albo, hyeme caeruleſcenti-cinereus. Victitat nucibus, ſtrobilis, baccis etc. manu cibum ori admovet; ſuperfluum cibum defodit; parum bibit, hieme nivem; cortice lignoque inſidens navigare fertur; nidus globoſus e muſcis; ſedens ſe obumbrat cauda; a marte praedatur; pellis hyberna aeſtimata, caro edulis. Coit Martio et Aprili; femina per menſem gravida* 3-4-7 *pullos parit, bis per annum.*

Anatome. *E. N. C. Cent.* 10. *app.* 449.

2. S.

niger. 2. S. niger, auriculis imberbibus. *Erxleb. mamm. p.* 417. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 776. *t.* CCXV.
Sciurus niger. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 86. *Klein quadr. p.* 53. *Briſſ. quadr. p.* 151. *n.* 3.
Quauhtechalott thliltic, Sciurus mexicanus. *Hernand. mex. p.* 582. *Fernand. nov. Hiſp. p.* 8.
Black ſquirrel. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 73. *t.* 73. *Penn. quadr. p.* 284. *n.* 210. *t.* 26. *f.* 2.
Ecureil noir. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 121.
*Habitat in* America ſeptentrionali *ad* novam Hiſpaniam *usque, gregarius, zeae infeſtus, cauda breviore.*

vulpinus. 8. S. rufus cinereo miſtus magnus, auriculis imberbibus.
Fox-ſquirrel. *Lawſon Carol. p.* 124.
Cat-ſquirrel. *Penn. hiſt. p.* 411. *n.* 273. *β.*
*Habitat in* America *ſeptentrionali, cinereo major et rarior, cetera ſatis affinis; pili duriores, quam vulgaris; caudae auricularumque apex rufus. Schoepf.*

cinereus. 3. S. cinereus, ventre albo, auriculis imberbibus. *Erxleb. mamm. p.* 418. *n.* 3. *Schreber Saeugthiere,* IV. *p.* 766. *t.* CCXIII.
Sciurus virginianus cinereus major. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 86. *Raj. quadr. p.* 215. *Klein quadr. p.* 53.
Sciurus (virginianus) cinereus, auriculis ex albo flavicantibus. *Briſſ. quadr. p.* 153. *n.* 6.
Sciurus major griſeus, cauda extrema comoſa, pilis diffuſis. *Browne jam. p.* 483.
Grey ſquirrel. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 74. *t.* 74. *Penn. quadr. p.* 282. *n.* 209. *t.* 26. *f.* 3.
Petit gris. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 116. *t.* 25.
*Habitat in* Americae *ſeptentrionalis arboribus ſilvaticis, nidificat in cavis arboribus, vulgari ſimillimus, ſed major, ut pedem longitudine aequet, zeae pariter aliquando infeſtus; a crotalo comeditur.*

hudſonius. 12. S. auriculis imberbibus, dorſo glauco, ventre cinereo, cauda breviore ex ruſeſcente glauca nigro marginata. *Forſter act. angl. Vol.* LXII. *p.* 378. *Pall. glir. p.* 377. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 777. *t.* CCXIV.



Sciuri *plerique agiles, ſtructurae delicatioris, facile cicurandi, ſcandunt in arboribus, pauci ſub terra habitant; fructibus ſeminibusque veſcuntur; alii ſaliendo currunt, alii quaſi volando.* Caput *latum, auriculis ovalibus longius.* Corpus *ſatis craſſum;* pedes *breves, anteriores digitis* 4 *cum veſtigio pollicis, poſteriores* 5; cauda *longa villoſa.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0161-8

Hudſon's Bay ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 280. *n.* 206. *α. t.* 26. *f.* 1.

*Habitat in pinetis frigidioris* Americae *ſeptentrionalis, colore per omnem annum eodem.*

carolinenſis. 13. S. ex cinereo, albo et ferrugineo miſtus, ſubtus albus, cauda fuſca atro miſta, albo marginata, auriculis imberbibus.

Leſſer grey-ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 283. *n.* 209. *α.*

*Habitat in* Carolina, *vulgari minor, colore variabili.*

perſicus. 14. S. obſcurus, lateribus albus, ſubtus flavus, auriculis imberbibus, cauda ex atro cinerea annulo albo. *S. G. Gmelin it.* III. *p.* 379. *t.* 43.

*Habitat in alpibus* Perſiae hircanicis, *colore conſtanti, vulgari facie moribusque ſimilis; tarſi rubent.*

anomalus. 15. S. ſupra flavus fuſco miſtus, ſubtus obſcure fulvus, cauda concolore, auriculis imberbibus rotundatis. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 781. *t.* CCXV. C.

*Habitat in* Georgia Aſiae. *Güldenſtaedt.*

*Vulgari major, ore albo, narium apice nigro, genis fulvis; myſtacibus orbitisque fuſcis; auriculis flammeis, intus magis albidis.*

bicolor. 16. S. ſupra niger, infra fulvus, auriculis acutis imberbibus, palmarum ungue pollicari magno rotundato. *Sparrmann act. Soc. Gothenburg.* I. *p.* 70. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 781. *t.* CCXVI.

Javan ſquirrel. *Penn. hiſt. p.* 409. *n.* 269.

*Habitat in inſula* Java, 12 *pollices longus, cauda ejusdem longitudinis;* auriculae *crinitae;* palmarum *ungues acuti, pollex breviſſimus;* plantae *nigrae.*

erythraeus. 17. S. ſupra ex flavo et fuſco miſtus, infra ex ſanguineo fulvus, auriculis ciliatis, cauda ex ſanguineo fulva. *Pallas glir. p.* 377.

Rudly ſquirrel. *Penn. hiſt. p.* 409. *n.* 271.

*Habitat in* India, *vulgari paulo major; ſtria caudae longitudinalis nigricans; verruca pollicaris magna.*

macrourus. 18. S. cauda corpore duplo longiore griſea. *Ind. zool. t.* 1. *Erxleb. mamm. p.* 420. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 783. *t.* CCXVII.

Sciurus zeylonicus, pilis in dorſo nigricantibus, Rukkaia dictus. *Raj. quadr. p.* 215.

Long-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0162-4 DFG

Long-tailed ſquirrel. *Ind. zool. t.* 1.
Ceylon ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 281. *n.* 207.
*Habitat in inſula* Zeylon, *vulgari triplo major, ſupra niger, infra pallide flavus, auriculis ſubbarbatis, naribus incarnatis; genarum ſtria bifurca nigra; macula inter aures flava.*

maximus. 19. S. ſupra ex rubicundo fuſcus, ſubtus niger, cauda nigra, auriculis ſubbarbatis. *Schreber Saeugthiere,* IV. *p.* 784. *t.* CCXVII. B.
Le grand ecureil de la côte de Malabar. *Sonnerat voyag.* 2. *p.* 139. *t.* 87.
*Habitat in regione* Indiae Mahé, *et littore* malabarico, *cati magnitudine; vox ſonora; victitat ſucco lacteo nucum cocos.* Auriculae *erectae parvae;* pili *longi;* ungues *robuſti nigri;* verruca *pollicaris breviſſima, ungue inſtructa. An vere differt a macrouro?*

abeſſinicus. 20. S. ſupra ex ferrugineo niger, ſubtus cinereus, cauda ſeſquipedali. *Thevenot it.* 5. *p.* 34.
Abeſſinian ſquirrel. *Penn. hiſt. p.* 408. *n.* 268.
*Habitat in* Abeſſinia, *vulgari triplo major, obſcurum adhuc animal.*

indicus. 21. S. cauda longitudine corporis apice aurantia. *Erxl. mamm. p.* 420.
Bombay ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 280.
*Habitat in* India *circa* Bombay, 16 *pollices longus, ſupra ſordide purpureus, ſubtus flavus;* auriculae *barbatae.*

flavus. 4. S. auriculis ſubrotundis, pedibus pentadactylis, corpore luteo.
Sciurus cauda tereti, pilis brevibus, auriculis ſubrotundis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 281.
Fair ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 285. *n.* 212.
*Habitat Carthagenae in* America, *forſan quoque in* Guſurate Indiae.
*Magnitudine dimidio minor Sc. vulgari, luteus, apicibus pilorum albis. Pollex anticus ſolo fere exiguo ungue conſtat.* Auriculae *imberbes. An vera ſciuri ſpecies?*

palmarum. 5. S. ſubgriſeus; ſtriis tribus flavicantibus, caudaque albo nigroque lineata. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 802. *t.* CCXX.
Sciurus (palmarum, Mus palmarum vulgo) coloris ex rufo et nigro mixti, taeniis in dorſo flavicantibus. *Briſſ. quadr. p.* 156. *n.* 10.

Muſtela africana. *Cluſ. exot. p.* 112. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 172. *Jonſt. quadr. p.* 153. *Raj. quadr. p.* 216.
Le palmiſte. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 126. *t.* 26.
Palm-ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 287. *n.* 215.
*Habitat in* Africae *et* Aſiae *regionibus calidioribus, nucum cocos praeſertim amans.*
*Longitudo corporis* 2 *pollicum et* 10 *linearum, caudae erectae, non obumbrantis vix minor;* color *ſubtus ex cineraſcente vel flaveſcente albus; variat aliquando ſtriis dorſalibus* 5. Auriculae *breves, latae, ſubrotundae, crinitae.*

getulus. 6. S. fuſcus, ſtriis quatuor albidis longitudinalibus. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 806. *t.* CCXXI.
Sciurus (getulus) coloris ex rufo et nigro mixti, taeniis in lateribus alternatim albis et fuſcis aut nigris. *Briſſ. quadr. p.* 157. *n.* 11.
Sciurus getulus. *Aldrov. dig. p.* 405. *fig. p.* 406. *Geſn. quadr. p.* 112. *Jonſt. quadr. p.* 163. *t.* 67. *Raj. quadr. p.* 216.
Barbaresque. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 126. *t.* 27.
Barbarian ſquirrel. *Edw. av.* 4. *t.* 198.
Barbary ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 287. *n.* 215. *β.*
*Habitat in* Barbariae *littore occidentali, praecedenti ſatis ſimilis,* 5 *pollices longus,* cauda *ſtriata;* color *corporis ſubtus albus;* ungues *nigri, verrucae pollicaris palmarum nullus.*

ſtriatus. 7. S. flavus, ſtriis quinque fuſcis longitudinalibus.
Striped Dormouſe. *Penn. hiſt. p.* 422. *n.* 286.

aſiaticus. *α.* Sciurus ſtriatus. *Pallas glir. p.* 378. *Georgi it.* I. *p.* 163.
Sciurus major variegatus, Furunculus ſciuroides Meſſerſchmidii. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* 5. *p.* 344. *t.* 9.
Ecureil Suiſſe. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 126. *t.* 28.
Bomdoeskje. *Le Bruyn it. p.* 432. *t.* 254.

americanus. *β.* Sciurus pallidus, ſtriis quatuor fuſcis longitudinalibus. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 8. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 790. *t.* CCXIX.
Sciurus (carolinenſis) rufus, taeniis in dorſo nigris, taeniis ex albo flaveſcentibus intermixtis. *Briſſon quadr. p.* 155. *n.* 9.
Sciurus a Cl. D. Lyſter obſervatus. *Raj. quadr. p.* 216.

Ground-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0164-5 DFG

Ground-ſquirrel. *Laws. Carol. p.* 124. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 75. *t.* 75. *Brickell* N. *Carol. p.* 129. *Edw. av.* 4. *t.* 181. *Penn. quadr. p.* 288. *n.* 216.
Ecureil Suiſſe. *Charlev. nouv. Fr.* 3. *p.* 134.
Roeſſelviſsla. *Kalm it.* 2. *p.* 419.
*Habitat* α) *in omni* Aſia boreali *ad fluvios europaeos* Dwina *et* Kama *usque*, β) *in* America *ſeptentrionali magis orientali minusque frigida ad novam* Hiſpaniam *usque*, *in ſilvis ſub terra*, *in qua criceti more*, *cum quo communes etiam habet buccas ſacculiferas*, *cavernas ſibi fodit pro habitaculo condendaque victus penu*, *concamerationibus diſtinctis*; *victitat ſeminibus variis*, α) *pinus cembrae potiſſimum*, β) *zeae aliorumque cerealium*, *adeo ut ſegetibus infeſtus ſit*; β) *difficile cicuratur.*
Longitudo 6, β) 10 *lineis* 5 *pollices ſuperat*; *pondus nunquam* ℥ij. Caput *magis oblongum*, *quam praecedentibus*; auriculae *breviores*, *ſubrotundae*, *calvae*; corpus *magis attenuatum*; pedes *breviores*; pili *breves*, *aſperi.*

aeſtuans. 9. S. griſeus ſubtus flaveſcens.
Sciurus (braſilienſis) coloris ex flavo et fuſco mixti, taeniis in lateribus albis. *Briſſ. quadr. p.* 154. *n.* 7.
Sciurus braſilienſis. *Marcgr. braſil. p.* 230.
Braſilian ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 286. *n.* 213.
*Habitat in* Braſilia *et* Guiana, $8\frac{1}{4}$ *pollices longus*, *cauda* 10 *pollices aequante*, *tereti*, *pilis nigris flavo annulatis*; auriculae *ſubrotundae*, *imberbes.*

dſchinſchicus. 22. S. teſtaceus, faſciis lateralibus orbitisque albis, cauda nigra. *Sonnerat it.* 2. *p.* 140.
*Habitat in provincia* Indiae Dſchinſchi; *vulgari paulo major.*

variegatus. 23. S. corpore ſupra nigro albo fuſcoque variegato. *Erxleb. mamm. p.* 421. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 789. *t.* CCXVIII.
Quauhtecallotlquapachtli aut Coztiocotequallin. *Fernand. nov. Hiſp. p.* 9.
Coquallin. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 109. *t.* 13.
Varied ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 285. *n.* 211.
*Habitat in* nova Hiſpania, *ſub arborum radicibus aliisque in cavernis*, *in quibus etiam zeae aliorumque cerealium pro hieme penum colligit.*
Longitudo *fere pedalis*; auriculae *breves*, *imberbes*, *una cum ore albae*; caput *cetera nigrum aurantio miſtum*; myſtaces *cum* unguibus *nigrae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0165-1

Degus. **24.** S. fuſco-flaveſcens, linea humerali nigra. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 269.
*Habitat in* Chili *gregatim circa dumeta in cavernis, quae conſortium inter ſe alunt; victitat radicibus et fructibus, quorum penum colligit; non hybernat, ceterum myoxo gliri ſatis affinis.* Caro *olim edulis.*
*Mure ratto paulo major;* caput *breve*, roſtrum *acutum;* auriculae *rotundatae;* cauda *apice floccoſa, concolor.*

mexicanus. **25.** S. cinereo-fuſcus, ſtriis 5–7 albidis longitudinalibus. *Erxl. mamm. p.* 428. *n.* 12.
Sciurus (novae Hiſpaniae) obſcure cinereus, taeniis in dorſo albicantibus. *Briſſ. quadr. p.* 154. *n.* 8.
Sciurus rariſſimus ex nova Hiſpania, taeniis albis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 76. *t.* 47. *f.* 2.
Tlamototl. *Fern. an. p.* 9.
Mexican ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 286. *n.* 214.
*Habitat in* nova Hiſpania, $5\frac{1}{2}$ *pollices longus, cauda paulo longiore;* auriculae *margo calvus; mas taeniis* 7, *femina* 5.

madagaſcarienſis. **29.** S. palmarum digito medio calvo, valde elongato, plantarum pollice ungue rotundato.
Aye-Aye. *Sonner. it.* 2. *p.* 137. *t.* 86.
*Habitat in occidentali parte inſulae* Madagaſcar; *cauda longa non menſurata ultra* 18 *pollices longus, ſub terra vivens, ignavus, timidus, ſomnolentus, vermibus victitans, quos digitorum ope ex arborum foraminibus extrahit, dubii generis, greſſu moribusque bradypodi affinis, dentibus, cauda, pedibus pentadactylis ſciuro propior.*
Auriculae *amplae, complanatae, nigrae, pilis longis horridae;* faſciculi *pilorum ſupra* oculos *et* nares, *in* genis *et* mento; lanugo *ex albo fulva;* pili *longi nigri;* facies *et* guttur *ex albo fulvum;* cauda *ſeſquipedalis, complanata, pilis longis denſis a baſi ad medium albis, altera parte nigris tecta;* digiti *pedum longi*, unguibus *palmarum omnibus, plantarum* 4 *ſubulatis, uncinatis.*

* * *vo-*

---

*An Sciurus gujanenſis* Bancrofti, *ad vulgarem facie et magnitudine accedens, ſupra ex pallido flaveſcente fuſcus, lateribus ſubtusque albus, cauda longiſſima villoſa maculata*, et Sc. *gujanenſis* de la Borde, *mordax, facile tamen cicurandus, rufeſcens, ratto non major, ſolitarie in ſilvarum arboribus degens, maripae, aurae, comonae ſeminibus victitans, ſemel per annum 2 pullos pariens, propriam conſtituant ſpeciem, judicent autoptae.*

* * *volantes.*

Volucella. 26. S. hypochondriis extenſis volitans, cauda elongata villoſa. *Pallas glir. p.* 353. 359. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 808. *t.* CCXXII.

Mus (volans) cauda elongata villoſa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, hypochondriis extenſis volitans. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 75. *n.* 21. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 10.

Sciurus minimus, hypochondriis prolixis volans, ventre albido. *Brown. jam. p.* 438.

Sciurus americanus volans. *Raj. quadr. p.* 215.

Quimichpatlan. *Fern. nov. Hiſp. p.* 8.

Flying ſquirrel. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 76. *t.* 76. 77. *Edw. av.* 4. *t.* 191. *Penn. quadr. p.* 418. *n.* 283.

Ecureil volant. *de Pratz Louiſian.* 2. *p.* 98.

Polatouche. *Buffon hiſt. nat.* X. *t.* 21.

*Habitat in temperatiori et calidiori* Americae ſeptentrionalis *parte in ſilvarum arboribus gregatim, fructibus ſeminibusque victitans, quae veſpere noctuque conquirit, interdiu in nido ex foliis parato dormiens; facile et egregie cicurandus.*

*Corpus* 5 *pollices longum;* caput *paulo craſſius;* oculi *maximi prominuli nigri;* auriculae *ſubrotundae, pellucidae, ſubcalvae, ex griſeo cinereae;* myſtaces *nigrae, capite longiores;* collum *breve;* pili *tenerrimi, molliſſimi, ſupra cinerei, apice flavi, ſubtus in medio albi, in ambitu cinerei;* cauda *teres,* 4 *pollicum.* Cutis *ab auribus ad brachia, et femora et caudam extenſa, anterius ad brachia ad digitos usque et ad proprium oſſiculum, calcari ſimile et tarſo affixum firmatum, poſterius ad femora ad tarſum usque; quam cutem dum extenſis brachiis et femoribus tendit, in aëre ſuſpenditur, et recta via quaſi volando movetur; natat etiam.*

hudſonius. 27. S. hypochondriis prolixis volitans, ſupra ex rubicundo fuſcus, ſubtus ex flaveſcente albidus, cauda villoſa plana.

Sciurus volans major. *Pallas glir. p.* 354.

Greater flying ſquirrel. *Forſter act. angl.* 62. *p.* 379.

Severn River ſquirrel. *Penn. hiſt. p.* 418. *n.* 282.

*Habitat in* America ſeptentrionali *circa* ſinum Jacobi *et fluvium* Severn, *vulgari vix major.* Pili *ſat longi, baſi ex atro cinerei, apice ex rubicundo fuſci.* Cutis *tenſilis, ut in Volucella.*

volans. 10. S. hypochondriis prolixis volitans, cauda rotundata. *Schreber Saeugth.* IV. *p.* 813. *t.* CCXXIII.

Sciurus hypochondriis prolixis volitans. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 13. *n.* 38. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 8.

Sciurus (volans) obſcure cinereus cute ab anticis cruribus ad poſtica membranae in modum extenſa volans, et (ſibiricus volans) dilute cinereus, cute ab anticis cruribus ad poſtica extenſa, volans. *Briſſon quadr. p.* 157. *n.* 12. *et p.* 159. *n.* 13.

Sciurus volans. *Rzacz. auct. p.* 316. *Klein act. angl.* 1733. *t.* 35. *f.* 1. *Seb. muſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 3. *Pallas glir. p.* 355.

Sciurus petauriſta volans. *Klein quadr. p.* 24.

Mus ponticus aut ſcythicus, Sciurusve, quem volantem cognominant, licebit et Sciurum latum nominare. *Geſn. quadr. p.* 743.

Quadrupes volatile Ruſſiae. *Duvernoi Comm. petrop.* 5. *p.* 218.

Polatouche. *Buffon hiſt. nat.* X. *p.* 95.

Flying ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 293. *n.* 221.

*Habitat in betuletis* Sibiriae, *rarius* Lapponiae, Livoniae, Poloniae, *excepto coitus tempore ſolitarius, betulae gemmis, turionibus, amentis potiſſimum victitans; interdiu latent, ceterum hieme etiam, temperatiori aëre nidum ex muſcis in arboribus cavis confectum relinquunt; membranae inter femora expanſae auxilio per altitudinem* 20 *et plurium orygarum devolvitur; ſibilat; mordax; difficile cicurandus. Femina Majo* 2–3, *rarius* 4 *pullos parit.*

*Differt a Sc. Volucella magnitudine plus tota tertia parte excedente, colore non in flavum inclinante, ſed ſupra candide leucophaeo ſubtus candidiſſimo, caudaque ſupra vix fuſco inumbrata; forma capitis breviore et magis globoſa; cauda breviore ex paucioribus vertebris compoſita, vix dimidiam corporis longitudinem excedente; oculis naſo propioribus, circulo magis atro cinctis, artubus anterioribus brevioribus, at poſterioribus tibiis longioribus.* Pallas.

Sagitta. 11. S. hypochondriis prolixis volitans, cauda plano-pinnata lanceolata.

*Habitat in* Java. *Nordgren.*

*Tota ſtatura ſciuri vulgaris, palmam longus praeter caudam, ſupra ferrugineo-fuſcus, ſubtus ferrugineo-pallidus.* Caput *ovatum.* Auriculae *ovatae obtuſae veſtitae;*

Myſta-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0168-8

Myſtaces *longitudine capitis.* Seta *una in mala.* Labium ſuperius *fiſſum*, inferius *breve.* Dentes *fuſci*, *obtuſiuſculi.* Pedes 4 – 5. Manuum *calcar ſetaceum*, *cartilagineum*, *longitudine ipſius ulnae intra cutem.* Cutis *extenſa a capite ad carpum; a carpo ad genu in membranam tectam concolorem ciliatam.* Femora *poſtice ciliata pilis.* Pedes *ſubteſtacei;* digiti *omnes ultimo geniculo ſupra prominuli.* Ungues *compreſſi.* Scrotum *ovatum; magnum*, *veſtitum.* Praeputium *elongatum veſtitum.* Cauda *longitudine corporis*, *valde depreſſa*, *obtuſa.*

Petauriſta. 28. S. hypochondriis prolixis volitans, ſupra ſaturatiſſime ex caſtaneo, ſubtus dilute ferrugineus, vel ſupra niger, ſubtus canus, cauda corpore longiore, villoſiſſima, terete, nigricante, medio ferruginea. *Pallas miſcell. zoolog. p.* 54. *t.* VI. *f.* 1. 2. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXIV.

Sciurus maximus volans ſ. Felis volans. *Briſſ. anim. Lugd.* B. 1762. *p.* 112. *n.* 15.

Civetta volans. *Valent. Ind.* 3. *p.* 269. 270.

Taquan. *Hiſt. gen. des voyag.* XV. *l.* 4. *ſ.* 9. *p.* 51.

*Habitat in* oceani indici *inſulis*, *congeneribus major*, *ut pedem et ſex pollices longitudine aequet;* caput *magis globoſum;* myſtaces unguesque *nigri; feminae mammae* 6 *pectorales et abdominales*, *papilla longa*, *lineari.*

## MYOXUS. *Dentes primores* II. ſuperiores cuneati. inferiores compreſſi.

*Myſtaces* longae.

*Cauda* villoſa teres verſus apicem craſſior.

*Pedes* aequalis longitudinis, anteriores tetradactyli.

Glis. 1. M. canus ſubtus albidus. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXV.

Sciurus canus ſubtus albidus. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 87. *Erxl. mamm. p.* 429.

Sciurus epilepticus, cinereus pruſſicus. *Klein quadr. p.* 54.

Mus cauda piloſa, corpore ſupra obſcure cinereo, ſubtus exalbido. *Briſſ. quadr.* 160.

Mus Glis. *Pall. glir. p.* 88. *n.* 33.

Glis. *Geſn. quadr.* 619. *Aldrov. dig. p.* 407. *fig. p.* 409. *Jonſt. quadr. p.* 164. *t.* 67. *Raj. quadr. p.* 229.

Loir.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0169-6

Loir. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 158. *t.* 24.
Fat ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 289. *n.* 217.
*Habitat in* Europae *et* Aſiae *auſtralis ſilvis*, Ελειος Ariſtotelis, Μυοξος Oppiani, glis Plinii, *olim apud Romanos ob carnem ſapidam in glirariis nutrita; victitat glandibus, nucibus, pomorum ſeminibus; nidificat in cavis arborum, pullis* 9–12; *mordax; interdiu latet; autumno pingueſcit; Octobri gregatim migrat in latebras ſubterraneas, ibique hybernat in finem Maji usque. Pelles ob pilos molliſſimos venduntur.*
*Longitudo corporis* 6 *pollicum, caudae canae* 5; auriculae *tenues nudae*; genae *albae*; myſtaces *capite longiores.* Mammae 10, 6 *pectorales*, 4 *abdominales.*

Dryas. 2. M. ex griſeo rufus ſubtus ſordide albus, linea nigra recta, utrinque per oculos ad auriculas ducta. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXV. B.
*Colore, cauda breviore, magis villoſa, maculae nigrae pone auriculas defectu a* Nitela *diverſus.*

Nitela. 3. M. rufus ſubtus ex albo cinereus, macula nigra circa oculos et pone auriculas. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXVI.
Mus (quercinus) cauda elongata piloſa, macula nigra ſub oculis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 84. *n.* 15.
Mus Nitedula. *Pallas glir. p.* 88. *n.* 32.
Sciurus canus ſubtus albidus, macula nigra ſub oculis. *Erxl. mamm. p.* 432. *n.* 15.
Glis ſupra obſcure cinereus, infra ex albo cineraſcens, macula ad oculos nigra. *Briſſ. quadr.* 161.
Mus avellanarum. *Geſn. quadr. p.* 833. *Jonſt. quadr. p.* 168. *t.* 66.
Mus avellanarum major. *Aldr. dig. p.* 439. *Raj. quadr. p.* 419.
Lerot. *Buff. hiſt. nat.* VIII. *p.* 181. *t.* 25.
Garden-ſquirrel. *Penn. quadr. p.* 290. *n.* 218.
*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *auſtralis praeſertim hortis, quorum fructus omnis generis deſtruit, praeſertim perſica mala amat; nidificat in rimis murorum et cavis arboribus; coit vere, parit aeſtate* 5–6 *pullos; fortem ratti odorem ſpirat.*
*Corpus* 5, *cauda* 4 *pollices longitudine non excedit;* oculi *majusculi, nigri;* auriculae *oblongae.*

Muscardinus. 4. M. rufus, gula albicante, plantarum pollicibus muticis. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXVII.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0170-8

Sciurus avellanarius. *Erxl. mamm. p.* 433. *n.* 16.

Mus (avellanarius) cauda elongata piloſa, corpore rufo, gula albicante, pollicibus poſticis muticis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 83. *n.* 14. *Fn. ſuec.* 35.

Mus avellanarius. *Pall. glir. p.* 89. *n.* 34.

Glis ſupra rufus ſubtus albicans. *Briſſ. quadr.* 162.

Mus avellanarum minor. *Raj. quadr.* 220. *Jonſt. quadr. p.* 168. *Aldrov. dig. p.* 439.

Muscardin. *Buffon hiſt. nat.* VIII. *p.* 193. *t.* 26.

Dormouſe. *Edw. av.* 119. *t.* 266. *Penn. quadrup. p.* 291. *n.* 219.

*Habitat in* Europae *ſepibus denſis ſilvisque, rarius in hortis. Colligit nuces, glandes, quas erectus edit, ſuperfluas defodit; nidum parat e gramine, muſcis, foliis in cava arbore minus alta vel frutice; femina* 3 – 4 *pullos parit; in* Anglia *altilis. Muſculo aequalis, ut vix* 3 *pollices longitudine attingat, at minus gracilis;* oculi *magni, prominuli, nigri;* auriculae *breves, rotundatae, nudae, tenues;* cauda *corpore vix longior.*

## 26. DIPUS. *Dentes primores* utrinque II.
*Pedes* anteriores breviſſimi.
poſteriores longiſſimi.
*Cauda* elongata, apice flocceſa.

Jaculus. 1. D. pedibus tetradactylis, palmarum unguiculo pollicari. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXVIII.

Jaculus orientalis. *Erxl. mamm. p.* 404. *n.* 1.

Mus (jaculus) cauda elongata flocceſa, palmis ſubpentadactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breviſſimis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 85. *n.* 20. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 9. *Forsk. Fn. orient. p.* IV.

Mus (jaculus vel aegyptius) pedibus poſticis longiſſimis, cauda corpore longiore extremo villoſa. *Haſſelq. it. Pal.* 198. *act. Stockh.* 1752. *p.* 123. *t.* 4. *f.* 1. *act. Upſ.* 1750. *p.* 17. *Pall. glir. p.* 87. *n.* 27. *t.* XX.

Mus montanus. *Moncon. aegypt.* 288.

Cuni-

---

Myoxi *omnes hybernant et dipodes; hi incedunt vel potius ſaliunt bipedes ſuper pedum plantis, opitulante cauda elongata rigida ad* 3 -- 4 *ve pedum diſtantiam; veſcuntur ſolis vegetabilibus; terram fodiunt ſubterranei; interdiu dormiunt, noctu vigiles; cibum palmis ori admovent; aquam palmis digitis incurvatis hauriunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0171-3

Cuniculus pumilio ſaliens, cauda longiſſima. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* 1760. *Vol.* 5. *p.* 351. *t.* 9. *f.* 1.

Cuniculus minor caudatus dauricus. *Muſ. petrop.* 1. *p.* 344. *n.* 123.

Cuniculus ſ. Lepus indicus, Utias dictus. *Aldrov. quadr.* 395.

Aegyptii mures alii. *Geſn. quadr. p.* 837.

Agnus filiorum Iſraël. *Pr. Alpin Aeg. p.* 232.

Jerboa or Gerboa; et Daman Iſraël. *Shaw trav. p.* 248. 376.

Aegyptian et Siberian Gerboa. *Penn. quadr. p.* 295. 296. *n.* 222. 223. *t.* 25. *f.* 3.

Gerbua. *Edw. av. t.* 219.

Gerbo. *le Brun it.* 287. *t.* 210.

Gerbo ou Gerboiſe et Alagtaga. *Buff. hiſt. nat.* XIII. *p.* 141.

Erdhaaſe. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 26. *t.* 2.

Lepus cauda elongata. *Syſt. nat. Ed.* IX. *n.* 4.

*Habitat in* Aegypto, Arabia, Calmuccia, *et auſtrali* Sibiria *in ſolo firmo, campisque herbidis; quieſcens plantas abdomini applicat, et ſupra genua inflexa ſedet, palmas vero gulae admovet, ita ut vix conſpiciantur; hominem non valde metuit, neque tamen penitus cicuratur; veſcitur radicibus, gramine, tritico, ſeſamo, et certe, qui in Sibiria habitat, foenum ante hiemem ſecat, ſiccatumque in acervos rotundiuſculos coactum cuniculis importat. Caro Calmuccis Arabibusque edulis.*

*Corpus ultra* 7 *pollices longum; facies leporis; pedes poſteriores una cum femoribus nudis anterioribus triplo, corpore etiam longiores.* Cauda 10 *circiter pollicum, pallide fuſca, extremo nigro apice albo;* mammae 8 *remotiſſimae;* pili *ſupra pallide fuſci, ſubtus candidi, auriculae pedesque carnei coloris.*

Sagitta. 2. D. plantis tridactylis, unguiculo pollicari nullo. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXIX.

Mus Sagitta. *Pallas it.* 2. *p.* 706. *glir. p.* 87. *t.* XXI.

*Habitat in* Arabia *et ad* Irtim *fluvium in arena mobili campisque arenoſis aridiſſimis; corpore modo* 5 *pollices cum* 11 *lineis,* cauda *minore flocco terminata* 6 *pollices cum* 5 *lineis, artubus poſterioribus* 6 *circiter pollices longa, horum femora minus craſſa et carnoſa, et digiti ſubtus pilis longis hirſutiſſimis veſtiti;* auriculae *capite magis globoſo multo longiores.*

3. D.

cafer. 3. D. palmis pentadactylis, plantis tetradactylis. *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXX. *Pallas glir. p.* 87. *n.* 29.

Yerbua capenſis. *I. R. Forſter et Sparrmann act. Stockh. ann.* 1778. 2. *n.* 3. *et* 4. *t.* 3. *Miller on various ſubj. of nat. hiſt. t.* XXXI. A. B.

*Habitat in* capite bonae ſpei, *reliquis major*, 12 *pollices longus, colore ſupra ſpadiceo, ſubtus ex flaveſcente albo;* capite *magis oblongo, roſtro acutiore, auriculis longioribus, unguibus, palmarum potiſſimum, multo longioribus, cauda villoſiſſima*, 17 *pollices longa, apice nigra diſtincta. Aqua in cavernas ducta pellitur. Caro ſapida.*

meridianus. 4. D. palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, cauda concolore. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXXI.

Mus meridianus. *Pallas it.* 2. *p.* 702. *longipes. glir. p.* 88. *n.* 30. *t.* XVIII. B.

Mus (longipes) cauda elongata veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 84. *n.* 19.

Mus cauda longa veſtita, pedibus poſticis longitudine corporis flavi. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 9.

Jaculus palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Erxleb. mamm. p.* 409.

Torrid Jerboa. *Penn. quadr. p.* 297. *n.* 224.

*Habitat in* torridis *regionibus, in deſerto quoque arenoſo, verſus mare* caſpium, Uralem *fluvium et* Wolgam *interjacente, ubi pterococci aſtragalorumque quorundam ſeminibus veſcitur; cuniculos trifores ulnam circiter profundos fodiens.*

Corpus 4 *pollices cum* 9 *lineis longum, ſupra pallide fulvum aliquando ſubgriſeum, ſubtus lacteum poſtice incraſſatum;* caput *magis oblongum, quam jaculo, roſtro productiore;* auriculae *inſignes ovales;* os pedesque *albi; horum volae villoſiſſimae, anteriorum pollex vix unguiculatus; poſteriorum femora carnoſiſſima;* cauda *vix ultra* 3 *pollices longa, craſſa, largiter piloſa.*

tamaricinus. 5. D. palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, cauda obſolete annulata. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXXII.

Mus tamariſcinus. *Pallas it.* 2. *p.* 202. *glir. p.* 88. *n.* 31. *t.* XIX.

*Habitat in ſalſis verſus mare* Caſpium *ſitis, tamaricem et nitrarium ferentibus, quorum forſan veſcitur fructibus, quorumque ſub radicibus cuniculos agit profundiſſimos bifores.*

*Elegan-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0173-5

*Elegantiſſimus longitudine aequat ſex pollices, ſexque lineas;* colore *ſupra ex griſeo luteſcente ſubtus albo;* oculi *majuſculi, ſuperciliis orbitisque albis;* auriculae *magnae, ovales, nudiuſculae;* palmarum *verruca pollicaris inſignis;* cauda *vix pollices* 5 *ſuperans, piloſa, apice ſubfloccoſa.*

## 22. LEPUS. *Dentes primores* II, ſuperiores duplicati; interioribus minoribus.

* *caudati.*

Viſcaccia. 5. L. cauda elongata ſetoſa. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 272.
Alia ſpecies cuniculorum, quem vocant Vizcacha. *Laët amer. p.* 407.
Viſcacha. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 161.
Les Viſcachos. *Feuillée obſ.* 3. *p.* 32.
*Habitat in regni* Peruani *et* Chilenſis *frigidioribus, ad montium radices et in planitie, cuniculo moribus facieque, vulpi colore et cauda, qua ſe adverſus hoſtes defendit, ſimilis, cavernas ſibi fodiens in duas contignationes partitas, quarum una habitaculo inſervit, inferior condendo victui, quem noctu conquirit. Pili tenerrimi molliſſimi, ut telas ex iis contexerent ſub Yncarum imperio Peruani, pileos hodienum conficiant Chilenſes.* Caro *alba, tenera, ſapida.*

timidus. 1. L. cauda abbreviata, auriculis apice nigris, capite longioribus. *Faun. ſuec.* 25. *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXXIII. A.
Lepus. *Geſn. quadr.* 69. *Aldr. digit.* 247. *Jonſt. quadr. t.* 65. *Raj. quadr.* 204.
Lepus cauda abbreviata, pedibus poſticis longitudine corporis dimidii, auriculis apice nigris. *Erxl. mamm. p.* 325. *n.* 1.
Lievre. *Buff. hiſt. nat.* VI. *p.* 246. *t.* 38.
Common Haſe. *Penn. quadr. p.* 248. *n.* 184.
Haſe. *Ridinger jagdb. Th. t.* 13.
*β.* cornutus, (niſi fabuloſus). *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXXIII. B.
Lepores cornuti. *Klein quadr. p.* 52. *t.* 3.
*Habitat ubique in* Europa, *in* Bulgaria *frequentiſſimus, in* Oriente *quoque,* Perſia *boreali,* Japonia, Zeylona, *perque totam fere* Aſiam, *in* Aegypto, Barbaria, America *boreali, ipſoque regno* Chilenſi; *noctu paſcitur; victitat rumi-*

*ruminans ramulis fruticum, cortice arborum; inermis timidusque auditu et viſu excellit, atque curſu valet, inprimis montem aſcenſurus, currit gyros ſenſim breviores, retro deviat exſiliendò; capitur a canibus, felibus, accipitribus; projecto ſub venatu in altum pileo ſeſe occultat ſub proximo frutice metu accipitris; mordet truncum transſcendendum, cervice fragili; delectatur tympano, pulicibus obnoxius; urina foetida non in cubile mittenda; mas in propriam ſaevit prolem; adoleſcit primo anno, et octo annos non ſuperat; immenſus parturitione per totam aeſtatem, ſuperfoetatione haud rara; coit primum Februario et Martio; femina clitoride magna inſtructa, per* 30–31 *dies gravida* 3–4 *pullos parit.*

*Longitudo circiter bipedalis;* oculi *magni exſtantes, membrana nictitante, dormientis aperti.* Mentum *album;* nares *humidae, motitantes;* labium *ſuperius fiſſum;* pili *faciei, dorſi, et laterum baſi albi, medio nigri, apice rufi;* gula *cum pectore rufa;* venter *albus;* cauda *ſupra nigra, ſubtus alba;* femora *poſtica craſſa;* pedes *lanati;* cavitas *utrinque e regione pubis.*

*Lagographia* Waldungii W. *Amberg.* 1679. 4. *et* Paullini C. F. *Vienn.* 1691. 4. Anatome *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251. *et ann.* 3. *obſ.* 93. *et d.* 3. *ann.* 5. *obſ.* 225. Bartholin. *act. Hafn.* 1671. *n.* 136.

variabilis. 6. L. cauda abbreviata, excepto auricularum capite breviorum apice nigro hieme totus albus. *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXXV. B. *Pallas glir. P.* 1. *T.* IV. *f.* 1.

Lepus (albus) caudatus plane candidus. *Briſſ. an. p.* 139. *n.* 2.

Lepus albus. *Aldrov. dig. p.* 349. *Wagn. Helvet.* 177.

Lepus albiſſimus. *Klein quadr. p.* 51.

Lepus candidus. *Jonſt. quadr. p.* 160.

Alpine hare. *Forſter act. angl.* LXII. *p.* 375. *Penn. quadr. p.* 249. *t.* 23. *f.* 1.

niger. *β.* caudatus plane niger. *Briſſ. anim. p.* 139. *n.* 3.

Lepus niger. *Klein quadr. p.* 52.

hybridus. *γ.* hieme lateribus tantum albeſcens. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXXV. C.

*Habitat in alpinis et frigidioribus* Europae, Aſiae *et* Americae *regionibus; β) rarior colorem non mutans in* Ruſſia *et* Sibiria; *γ) ex variabili et timido prognatus in* Ruſſia *auſtrali; in* Sibiria *et* Ruſſia *aliquando in campeſtria migrans, vere in montes revertens.*

*Timido major, ut 4 pollicibus et ultra longitudine ſuperet duos pedes; aſt* caro *durior, minus ſapida;* artus *brevio- res;* cauda *minor ex paucioribus vertebris compoſita, per totum annum penitus alba;* velleris *color aeſtivus in γ) ad timidi ſatis accedit; β) fuſcus, niger, aliquando ater- rimus nitidus, uti per integrum annum; α) in capite ex griſeo rufeſcens, aurium dorſique fuſcus, cervicis e fuſco cineraſcens, laterum ſenſim incaneſcens, ventris canus.*

americanus. 7. L. cauda abbreviata, pedibus poſticis corpore dimidio longioribus, auricularum caudaeque apicibus griſeis. *Erxl. mamm. p.* 330. *n.* 2. *Schoepf. Naturf.* XX. *p.* 32.

Lepus (hudſonius) apice aurium caudaeque cinereo. *Pallas glir. p.* 30.

Hudſon's bay quadruped. *Barrington act. angl.* LXII. *p.* 11.

American Hare. *Forſter act. angl.* LXII. *p.* 376.

*Habitat in* America *boreali nocturnus ſub arborum radici- bus inque cavis arboribus, nec fodiens; femina ſemel vel bis in anno* 5–7 *pullos parit.*

*Color idem, qui timidi; magnitudo inter variabilem et cu- niculum media;* pedes *poſteriores longiores, quam huic.* Caro *bona.*

Tolai. 8. L. cauda abbreviata, auricularum margine ſummo nigro. *Pallas glir. p.* 17. *t.* 4. *f.* 2. *Schreber Saeugthiere,* IV. *t.* CCXXXIV.

Lepus (dauricus) cauda elongata, gula nigra. *Erxl. mamm. p.* 335.

Cuniculus inſigniter caudatus coloris leporini. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. *p.* 357. *t.* 11. *f.* 2.

Tolai. *Buffon hiſt. nat.* XV. *p.* 138.

Baikal-Hare. *Penn. quadr. p.* 253. *n.* 188.

*Habitat trans lacum* Baikal Sibiriae *in deſerto* Gobeenſi *ad* Tibetum *usque, major praecedentibus ſpeciebus, aeſtate colore fere eodem, quo variabilis, hieme tamen vix mu- tato paulo dilutiori; pedes, quam huic graciliores, femo- ra poſteriora longiora;* cauda *longior quam cuniculo et variabili, brevior autem, quam timido, hujus ad caudam area quoque illa nigra accedit. Pondus hibernum adulti 7 fere librarum ruſſicarum; feminae gravidae Aprili* $8\frac{1}{2}$.

9. L.

---

Leporibus *pedum anteriorum digiti* 5, *poſteriorum* 4.

minimus. 9. L. cauda abbreviata, auriculis piloſis concoloribus. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 272.

*Habitat in regno* Chilenſi, *mure arvenſi vix major, corpore fere conico, auriculis parvis, acutis, roſtro oblongo, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, pilis tenerrimis, at brevibus, carne alba, ſapida, Chilenſibus domeſticus, cuniculo colorum varietate, fertilitate, qua femina ſingulis fere menſibus* 6, 7 *et plures pullos parit, et hoſtibus, felibus ſcilicet rattisque ſimilis, ſed eum abhorrens.*

Cuniculus. 2. L. cauda abbreviata, ſubconcolore, auriculis apice atris, cruribus poſticis trunco brevioribus. *Pallas glir. p.* 30. *Erxleb. mamm. p.* 331. *n.* 3. *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXXVI. A.

Lepus cauda abbreviata, auriculis nudatis. *Syſt. nat.* XII. I. *p.* 77. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 10. *n.* 26.

Lepus cauda abrupta, pupillis rubris. *Syſt. nat.* II. *p.* 46. VI. *p.* 9. *n.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* I. *p.* 9.

Lepus (Cuniculus noſtras) caudatus obſcure cinereus. *Briſſ. regn. anim. p.* 140. *n.* 4.

Cuniculus. *Plin. hiſt. mund.* VIII. *c.* 29. 55. 58. *Agric. anim. ſubt. p.* 16. *Geſn. quadr. p.* 394. *Aldrov. dig. p.* 382. *fig. p.* 385. *Jonſt. quadr. p.* 161. *t.* 65. *Raj. quadr. p.* 205.

Lapin, Lapin ſauvage. *Buff. hiſt. nat.* VI. *p.* 303. *t.* 50.

Rabbet. *Penn. quadr. p.* 251. *n.* 186.

domeſticus. β. C. oculis pulchre rubris.

Lapin domeſtique. *Buffon hiſt. nat.* VI. *t.* 51.

a. colore nigro. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXXXVI. B.

b. colore albo.

c. colore variegato.

argenteus. d. pilis ex argenteo cinereis, pedibus fuſcis.

Lepus caudatus dilute cinereus. *Briſſ. regn. an. p.* 191. *n.* 5.

Le Riche. *Buff. hiſt. nat.* VI. *t.* 52.

Silver-haired Rabbet. *Penn. quadr. ind.*

angorenſis. γ. C. pilis longioribus undulatis ſericeis. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXXVI. C.

Lepus (Cuniculus angorenſis) caudatus pilis tenuiſſimis et longiſſimis toto corpore veſtitus. *Briſſ. regn. an. p.* 141. *n.* 6.

Lapin d'Angora. *Buffon hiſt. nat.* VI. *t.* 53. 54.
Angora-Rabbet. *Penn. quadr. p.* 252. *n.* 186. *β.*

ruſſicus. *δ.* cinereus capite auriculisque fuſcis, pelle dorſi gulaeque ſaccata.
Ruſſian rabbet. *Penn. quadr. p.* 252. *t.* 23. *f.* 2.
*Habitat in temperatis et calidioribus* Europae, *inque calidioribus* Aſiae *et* Africae, *e. g. in* Madera, *hoſpitatur quoque in frigidioribus; cuniculos agit in arenoſis, interdiu latens; capitur a falconibus, mele, putorio; ad octo vel novem usque annos vivit; femina per* 30 – 31 *dies gravida, ſepties per annum* 4 – 8 *pullos parit, ſexto vitae menſe adultos. Pellis, praeſertim* βd, *et* γ, *bona; caro alba paſſim eſculenta.*
*Lepore timido minor, circiter ſeſquipedalis;* auriculae *capite breviores; feri color ex fuſco cinereus,* cauda *ſupra nigra ſubtus alba.*
Anatome. *Perv. obſ.* 10.

capenſis. 3. L. cauda longitudine capitis, pedibus rubris.
The cape Hare. *Penn. quadr. p.* 253. *n.* 189.
*Habitat ad* caput bonae ſpei; *fodiens, cauda rufa. I. Burmannus.*

* * *ecaudati.*

braſilienſis. 4. L. auritus, collari albo, cauda nulla. *Pallas glir. p.* 30.
Lepus cauda nulla. *Syſt. nat.* IX. *n.* 1. XII. 1. *p.* 78. *n.* 4.
Cuniculus braſilienſis Tapeti. *Marcgr. braſ.* 223. *Piſ. braſ.* 102. *Raj. quadr.* 205.
Tapeti. *Buff. hiſt. nat.* XV. *p.* 162.
Braſilian Hare. *Penn. quadr. p.* 252. *n.* 187.
*Habitat in* America *meridionali; non fodiens, facie cuniculi, magnitudine et colore timidi.*

puſillus. 10. L. ecaudatus, fuſco griſeoque mixtus, auribus ſubtriangulis albo marginatis. *Pallas glir. p.* 30 – 45. *t.* 1. *et* 4. *f.* 3 – 9. *et nov. comm. Petrop.* XIII. *p.* 534. *t.* 14. *et it.* 1. *p.* 155. 2. *p.* 533. 3. *p.* 498. *Schreber Saeugthiere,* IV. *t.* CCXXXVII. *Lepechin it.* 1. *p.* 260.
Lepus cauda nulla, auriculis rotundatis. *Mant.* II. *p.* 522.
Lepus cauda nulla, auriculis brevibus rotundatis. *Erxleb. mamm. p.* 338. *n.* 8.
*Habitat in auſtralioribus montium* Uralenſium *promontoriis, herbidis collibus et convallibus apricis, paſſim quoque ad* Irtin *et inter apricos montes regionis metalliferae ſub alpibus*

*bus altaicis ſitae, cytiſi ſupini, robiniae truteſcentis, cerasi pumilae, mali ſylveſtris flores, frondes, corticem potiſſimum amans, in locis ſiccis cuniculos fodiens, voce quam maxime ſonora per omnem annum excepta hieme ſe prodens, mitis, et facile cicurandus; parum dormit, ſed ſaepius potat; elumbis et quaſi ſubſultans, non tamen celeriter incedit, noctu vigil; inter calidiſſima animalia; femina Maji ſine parit pullos 5–6.*

*Pondus nunquam* ℥ivß, *hieme vix* ℥iiß, *longitudo 6 pollices 9 lineas excedit;* color *vix mutatur;* pilis *rigidiuſculis ſupra pallide griſeis et apice nigreſcentibus, ad ima latera pedesque extremos pallide luteſcentibus, ſubtus ex caneſcenti albidis, ad gulam canis;* caput *magis oblongum, quam praegreſſis;* truncus *gracilis agitabundus, exilis;* oculi *murini;* artus *breves;* vellus *molliſſimum, prolixum, lanugine tenerrima ex fuſceſcente plumbea.*

alpinus. 11. L. ecaudatus rufeſcens, auriculis rotundatis plantisque fuſcis. *Pallas it.* II. *p.* 569. *et* 701. *t.* A. *glir. p.* 30. *et* 45–59. *t.* 2. *et* 4. *f.* 10–12. *Schreber Saeugthiere*, IV. *t.* CCXXXVIII.

Lepus cauda nulla, auriculis elongatis, corpore luteſcente. *Erxl. mamm. p.* 337. *n.* 7.

Muſtela daurica cauda carens corpore breviore et craſſiore, pilis in dorſo rufeſcentibus, Ochodona daurica anurinos. *Catal. muſ. Petrop. p.* 343. *n.* 114. 115.

*Habitat in magni jugi* altaici *ad ultimum usque* Aſiae *angulum, montiumque ultra* Jeniſeam Lenam *ſitorum aſperrimis et inacceſſis ſcopulis, ubi inter ſaxa cuniculos agit, aliquando in cavis arborum truncis degens, interdiu, niſi coelo turbido latens; vocem acutam, quaſi fiſtulae edit; Auguſto gramina potiſſimum ſilvatica molliſſima et tenerrima aliasque herbas ſecat, et ſiccata Septembri in acervos fere conicos compingit, hieme nive obtectos, tramite cum antris conjunctos, venatorum equis in pabulum ceſſuros; capitur a muſtela zibellina et ſibirica, infeſtatur oeſtro leporino.*

*Pondus a* ℥iv *ad* $1\frac{1}{4}$, *longitudo a 7 pollicibus ad 9 et 7 lineas variat;* facies *magis ſtupida et fera, quam puſillo;* caput *magis oblongum et tenuius;* roſtrum *minus obtuſum;* oculi *ſatis exigui, nigri;* auriculae *magnae;* corpus *mi-*



Leporibus *omnibus*, excepto Molinae *fide minimo*, *palmae pentadactylae*, *plantae tetradactylae*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0179-2

*nus elongatum et magis ventricoſam.* Mammae 2 *inguinales*, 4 *thoracicae.* Color *ſubtus magis obſoletus*; gula *ſumma cineraſcens.*

Ogotona. 12. L. ecaudatus, griſeo-pallidus, auriculis ovalibus ſubacutis concoloribus. *Pall. glir. p.* 30. 59 – 70. *t.* 3. *et* 4. *f.* 14 – 16. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXXXIX.

Muſtela mungalica, cauda carens, corpore breviore, Ochodona mungalica Meſſerſchmidii. *Cat. Muſ. Petrop.* 1. *p.* 343. *n.* 112.

*Habitat in montoſis ultra lacum* Baikal *ſitis, et per omne* Mongolorum, *praeſertim* Gobeenſe *deſertum, in rupeſtribus quidem inter lapidum acervos in arenoſis in cuniculis bi-vel triforis, quorum plures aliquando uni inſerviunt; noctu potiſſimum vagans; voce acutiſſime ſtridula, pyri baccatae corticem, ulmique pumilae virgulta amans, vere etiam alias in arena naſcentes herbas comedit, quas autumno in acervos colligit; agiliſſimus vix cicuratur; capitur a muſtelis variis, fele manal, falconibus minoribus, picis caudatis, ſtrigibus.*

*Differt ab alpino et puſillo, quibus ſatis ſimilis videtur, magnitudine, pondus enim in feminis aliquando vix* ℥iv, *in maſculis nunquam* ℥viiß *aequat, longitudo* 6 *pollices* 7 *lineas vix excedit, a poſteriore, cui ſimilior, colore per omnem annum pallidiſſimo, pedibus robuſtioribus*, auricularum *figura et fuſco colore.*

## HYRAX.

*Dentes primores* ſuperiores II lati diſtantes.
inferiores IV contigui latoplani, bis crenati.
*molares* magni ubique IV.
*Palmae* digitis IV.
*Plantae* digitis III.
*Cauda* nulla.
*Claviculae* nullae.

capenſis. 1. H. palmarum unguibus planis, plantarum unico ſubulato. *Schreb. Saeugth.* IV. *t.* CCXL.

Cavia capenſis. *Syſt. natur.* XII. 3. *p.* 223. *Pallas miſcell. zoolog. p.* 34. *t.* 3. *et* 4. *f.* 5 – 13. *ſpicil. zool. faſc.* 2. *p.* 16. *t.* 2. 3.

Cavia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0180-3 DFG

Cavia (capenſis) ecaudata, dentibus primoribus infra quatuor. *Erxl. mamm. p.* 352. *n.* 3.
Marmotte du cap de bonne eſperance. *Buff. hiſt. nat. Suppl. ed.* 12. *Tom.* V. *p.* 293.
Cape cavy. *Penn. quadr. p.* 247. *n.* 182.
Klipdas. *Gr. a Mellin Schrift. der berl. naturf. Geſ.* III. *p.* 271. *t.* V.
*Habitat ad* caput bonae ſpei.
*Vox acuta, auditus acris, inceſſus reptabundus, victus vegetabilis; agilis, mundus, parum bibit, ſalit, caloris amantiſſima. Pediculi et taeniae. Magnitudo circiter marmotae, ut adulta tribus pollicibus tribusque lineis pedem ſuperet:* Caput *breve; roſtro breviſſimo obtuſo, occipite craſſo;* oculi *mediocres;* auriculae *ovales patulae, ſemiabſconditae, lanuginoſae, fuſcae;* artus *breviſſimi, humeris femoribusque intra pellem latentibus.* Corpus *breve, trunco contracto, abdomine ventricoſiſſimo.* Vellus *lanugineum intus caneſcens, extus griſeum, ad latera ſordide ex griſeo album; in dorſo longitudinaliter ſubfuſcum, pilis longioribus rudioribus nigris exſtantibus, praeter ſetulas longiores paſſim in vellere ſparſas.* Palmae *quadrilobae, loborum apice ungue plano orbiculato notato;* plantae *ex binis lobis et digito unguiculato compoſitae.*

ſyriacus. 2. H. pedibus unguiculatis. *Schreber Saeugth.* IV. *t.* CCXI. B.
*Habitat in* Syria.
Corpus *magis elongatum, dorſo ſetis ex acie prominentibus notato, ſupra fuſcum, infra exalbidum.* Roſtrum *magis oblongum.* Ungues *breviſſimi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0181-9

# V. PECORA.

*Dentes primores ſuperiores nulli.*
*inferiores* VI *aut* VIII *a molaribus remotiſſimi.*
*Pedes ungulati.*
*Mammae inguinales.*

## 27. CAMELUS.

*Cornua* nulla.
*Dentes primores* inferiores VI ſpathiformes.
*laniarii* diſtantes, ſuperiores III,
inferiores II.
*Labium* ſuperius fiſſum.

Dromedarius. 1. C. topho dorſi unico. *Briſſ. quadr.* 45. *Raj. quadr.* 143. *Forſk. Fn. orient. p.* IV.
Camelus vulgaris. *Forſk. Fn. orient. p.* IV.
Camelus Dromas. *Geſn. quadr. p.* 171. *fig. p.* 172. *Pr. Alpin. aeg.* 1. *p.* 223. *t.* 1.
Camelus. *Jonſton quadr. p.* 95. *t.* 41. 42. 43.
Dromedarius. *Geſn. Thierb. p.* 234. *f. p.* 234. *Charlet. exerc. p.* 13.
Arabian Camel. *Penn. quadr. p.* 60. *n.* 50.
*Habitat ferus in* Aſiae *temperatae deſertis, rarior ad utrumque montium* Soongoricorum *latus, ad fluvium* Ili, *montem* Muſart, *et in* Mongolia, Sibiriae *finitima; junior cicuratus et cultus in omni* Oriente, Africa, *ipſisque inſulis* Jamaica *et* Barbados, *varietate numeroſiſſima, mitis, niſi oeſtro agitatus; pro itineribus in deſertis arenoſis ſiticuloſis portandisque oneribus utiliſſimus; portat enim ad* 1200 *libras; lente feſtinat, nec ultra adſuetum percurrit ſpatium, nec plus inſtituto onere recipit; famem fert patientiſſime, potuque per plures dies caret, ſtirpibus deſertorum ſpinoſiſſimis, reliquis animantibus deteſtatis contentus. Pellis pretioſa; caro Arabibus in deliciis; lac potulentum.*

Pili *molliores, coloris ex rufo cinerei, in collo et topho longiores;* altitudo $6\frac{1}{2}$ *pedum;* caput *parvum, auriculis brevibus,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0182-5 DFG

*vibus, ore et gingivis cartilagine obductis*; collum *longum, gracile, curvatum*; pedes *bifidi, callis in anterioribus quatuor, in poſterioribus duobus*; cauda *pedibus brevior*; ſternum *callo unico*; ventriculus ſecundus *celluloſus pro aqua pura in ſiticuloſis deſertis diutius aſſervanda.* Camelus Arabiae Veterum.

bactrianus. 2. C. tophis dorſi duobus. *Briſſ. quadr.* 53. *Forſter act. angl. Vol.* 57. *p.* 343. *Forsk. Fn. orient. p.* IV. *Raj. quadr. p.* 145.
Dromedarius. *Jonſt. quadr. p.* 42. 43. 44. *f.* 1.
Camelus turcicus. *Pr. Alpin. aeg.* 1. *p.* 223. *t.* 13.
Camelus. *Geſn. quadr. p.* 162. *f. p.* 163. *Schwenckf. theriotr. p.* 72. *Aldrov. biſ.* 907. 889.
Chameau. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 211. 426. *t.* 22.
The bactrian Camel. *Penn. quadr. p.* 63. *n.* 51.
Trampelthier oder Dromedar. *Knorr delic. nat. ſel. tab.* K. 6.
*Habitat ferus in* India boreali *et verſus* Sinam *in deſertis, cultus in* Oriente *et* Africa, *praecedenti rarior, pro magnatibus, major et curſu celerior, topho poſteriore majore, ceterum ſatis affinis; occiditur buxo; coit difficillime, menſe Februario, femina per integrum annum gravida parit unicum pullum, per duos annos lactandum, et tertio anno adultum.* Καμηλος *et Camelus bactrianus Veterum.*
*Ex hoc et Dromedario hybridi.*

Glama. 3. C. dorſo laevi, topho pectorali.
Camelus pilis breviſſimis. *Briſſ. quadr.* 55.
Camelus peruvianus, Glama dictus. *Raj. quadr.* 145.
Pelon Ichiatl Oquitli, Ovis peruana. *Hernand. mex. p.* 660.
Ovis peruana. *Charlet. exerc. p.* 9. *Jonſt. quadr. t.* 46.
Cervocamelus. *Jonſt. quadr. t.* 29.
Hirſchcamel. *Geſn. Thierb. p.* 239.
Ελαφοκαμηλος. *Marcgr. braſil. p.* 243.
Llama. *Laët amer. p.* 405. *Ulloa voy.* 1. *p.* 365. *t.* 24. *f.* 5. *Penn. quadr. p.* 64. *n.* 52.
Lama. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 16.
*Habitat in montibus regni* Peruani *altioribus, moribus, curſu, uſu, ruminatione, difficili coitu, famis ſitisque tolerantia, habitu externo et fabrica interna praecedentibus ſimilis*; collum *longum*; caput *parvum inerme*; auriculae *mediocres*, oculi *magni, rotundi*, naſus *brevis*, pedes *longio-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0183-0

*longiores*, *fiſſi*, cauda *brevis*, pili *longi*, *qui trahi in fila poſſunt*; ventriculi 4, *quorum ſecundus cellulosſus*; mari *penis longus*, *tenuis*, *retro flexus*, feminae, *quae raro gemellos parit*, *vulva anguſta*; *mitis*, *docilis*, *greſſu firmo*, *ſecuro*, *cicuratur*.

*Aſt differt altitudine minore*, *vix* $4\frac{1}{2}$ *pedibus aequali*; *longitudine ſexpedali*; *pinguedine multa ſubcutanea*, auriculis *acutis melius formatis*, collo *minus incurvato*, dorſo *aequabiliori*, cauda *pulcriore*, pedibus *elegantioribus*, ſetis *aequalibus*, curſu *celeriore*, pilis *longioribus mollioribus*, *ex albo*, *nigro et fuſco variis*, tubere *pectorali*, *oleo flavido continue madente*. *Vox hinniens*. *Arma pedes*, *dentes*, *ſaliva*, *quam in hoſtes exſpuit*; *ſalax*, *jam triennis*, *ſub finem aeſtatis coit fere furens*; *femina per quinque aut ſex menſes gravida*, *mammis binis inſtructa*, *parit pullum unicum*. *Portat ad* 150 *libras*, *et per tres quatuorve dies continuos tria quotidie milliaria germanica*, *tunc per diem quieſcens*, *fatigatus ſuccumbit*; *compreſſis teſticulis compellitur obſtinatus*. *Caro vervecinae aemula*.

Huanacus. 5. C. corpore piloſo, dorſo gibbo, cauda erecta. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 281.

Pernichcatl. *Fernand. anim. p.* 11.

Guanaco, ſive Huanacu. *Laët amer. p.* 406. *Ovalle Chile. p.* 44. *Cieza Peru. p.* 233. *Ulloa voy.* 1. *p.* 366. *t.* 24. *f.* 5. *Hawkesw. ſeer.* 1. *p.* 148.

*Habitat in montium catena*, Cordilleras, *hieme planities regni* Peruani *et* Chilenſis *frequentans*, *ad Glamam quidem moribus*, *uſu*, *multisque notis externis accedens*, *ſed nec ferus*, *nec cicuratus unquam cum ea coiens*, *defectu praeterea tophi pectoralis*, *dorſo gibboſo*, *pedibus poſterioribus brevioribus*, *curſu magis ſubſultante ſatis diſtinctus*; *ſupra flavus*, *ſubtus exalbidus*, *ſeptem circiter pedes longus*, *et tres pollices ultra quatuor pedes altus*; cauda *cervinae*, auriculae *equinis ſimiles*. Caro *juniorum ſapida*, *adultiorum pauliſper dura*, *niſi ſalita*.

arcucanus. 6. C. corpore lanato laevi, roſtro ſuperne curvo, cauda pendula. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 279.

Aries moromorus. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 182.

Sheep. *Ovalle Chile. p.* 44.

Sheep of Peru. *Cieza Peru.* 232.

Moutons. *Feuillé journ.* 3. *p.* 23.

Moutons de Perou. *Frézier voy.* 1. *p.* 264. *t.* 22. *f.* A.

*Habi-*

*Habitat in regnis* Chilenſi *et* Peruano, *praeter collum longum et pedes altos capite, roſtro, auriculis flaccidis pendulisque, oculis, cauda (breviore tamen), lana (molliore tamen), arieti ſatis ſimilis, ſex circiter pedes longus, et poſterius vix ultra quatuor pedes altus, nunc albus, nunc niger, nunc fuſcus, nunc cinereus. Caro ſapida.*

*Olim ad portanda onera, arandaque arva adhibitus, et ex lana veſtimenta contexta, nunc pretioſiores modo telae, ſericeis nitore ſimiles.*

Vicugna. 7. C. corpore lanato laevi, roſtro ſimo obtuſo, cauda erecta. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 277.

Vicuna, Vicunna, Vicunnas. *Laët amer. p.* 406. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 184. *f. p.* 185. *Cieza Peru. p.* 233. *Ulloa voyag.* 1. *p.* 506. 525. *t.* 24. *f.* 3.

Vicognes ou Vicunas. *Fréz. voy.* 1. *p.* 266.

Camelus (Vigogne) pilis prolixis toto corpore veſtitus. *Briſſ. an. p.* 57. *n.* 4.

*Habitat in abruptis cacuminibus montium* Cordilleras, *praeſertim in provinciis* Chilenſibus, Coquimbo *et* Copiapò, *gregarius, frigoris patientiſſimus, timidus, celerrimusque, funi adſtupet alligatis panniculis, difficulter cicurandus, carne ſapida, lana pileis et telis idonea, ad ſericeas accedentibus.*

*Caprae hirco habitu caudaque aliquantum ſimilis, aſt collo viginti pollices longo, capite rotundo inermi, auriculis parvis erectis et acutis, roſtro brevi, pedibus duplo altioribus, lana egregia tenerrima, roſea, facillime tingenda, ab hac; corpore graciliore, roſtro lanaque breviore, hac autem teneriore a Paco diſtincta, cum qua non coit. In ejus ventriculo bezoar.*

Paco. 4. C. tophis nullis, corpore lanato, roſtro oblongo.

Camelus peruvianus laniger Pacos dictus. *Raj. quadr.* 147. *Klein quadr. p.* 42.

Alia ſpecies Pacos dicta. *Hernand. Mex. p.* 663.

Paco. *Laët amer. p.* 405. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 16.

Alpagne. *Fréz. voy.* 1. *p.* 267.

Pacos. *Penn. quadr. p.* 66. *n.* 53.

*Habitat in regni* Peruani *montibus altioribus, gregarius, praecedentibus minor, et oneribus* 50–70 *libras excedentibus portandis impar; caro minus bona, lana, quam vicugnae, quidem longior, ſed minus tenera, ſupra in*

fero

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0185-2 DFG

*fero animali purpurea, ſubtus alba, in cicurato nigro, albo rufoque variegata, ad parandas telas, ſemiſericearum ſimiles, adhibita.*

## 28. MOSCHUS. *Cornua* nulla.
*Dentes primores* inferiores VIII.
*laniarii* ſuperiores ſolitarii exſerti.

moſchiferus. 1. M. folliculo umbilicali. *Pallas ſpicil. zool. faſc.* 13. *t.* 4–6. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCXLII.

Moſchus. *Schroeck hiſtor. moſch. Vienn.* 1682. 4. *t.* 44. *Brun it.* 121. *t.* 121.

Animal moſchiferum. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 184. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* IV. *p.* 393. *Raj. quadr. p.* 127.

Capreolus moſchi, Biſamthier. *Geſn. quadr. p.* 786. *Thierb. p.* 50. *fig. p.* 50. 51. *Jonſt. quadr. t.* 29.

Capra moſchi. *Aldrov. biſulc. p.* 743. *f. p.* 744. *Jonſt. quadr. p.* 78. *Charlet. exerc. p.* 10.

Tragus moſchiferus, moſchus. *Klein quadr. p.* 18.

Tragulus (moſchus) ad umbilicum folliculum moſchiferum gerens. *Briſſ. regn. anim. p.* 97. *n.* 5.

Muſc. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 361.

Tibet-Musk. *Penn. quadr. p.* 56. *n.* 46. *t.* 10. *f.* 1.

*Habitat in maximis et palmaribus* Aſiae *magis orientalis jugis alpinis, praeſertim altiſſima totaque rupibus et montibus incluſa regione, inter* Altaicas *alpes easque, quae* Tibetanos *ab* Indis *dirimunt, interpoſita, ſolitarius, rupeſtria praerupta, convalles altis frigidisque montibus incluſas, pineta intermontana, promontoria nivalium cacuminum quam maxime ſequens; ſexto jam ſeculo a Coſma dictus; ſaliendo, currendo, ſcandendo, nando agiliſſimus, timidiſſimus et difficulter cicurandus; Novembri et Decembri coit, maribus mordicus pro venere pugnantibus, mite ceterum animal. Caro edulis, juniorum ſapida.*

*Magni-*

---

Pecoribus *ventriculi* 4: *Rumen, reticulum, omaſus, abomaſus; ideoque ruminantia phytiphaga et ſebifera;* ungulata *etiam ſunt, uti ſues, unguibus calceiformibus propriis geminis, praeter poſticas 2 ſuccenturiatas.* Aegagropila *his frequens a pilis deglutitis. Horum dentata dentibus laniariis carent cornibus, et cornuta carent laniariis, at mihi cranium capreoli cornutum cum laniariis.*

*Magnitudo capreoli ſemeſtris; pondus ab* 18–35 *libras medicas; longitudo adulti vix infra duos pedes tresque pollices, vix excedens duos pedes cum* 11 *pollicibus;* caput *fere capreoli elegantiſſimum*, vellus *cervino groſſius, ſed leviſſimum, mollius, laxum, altiſſimum, colore pro aetate annique tempore variabili, potiſſimum ex fuſco nigreſcente, ſubtus caneſcente, rarius albido; junioribus virgis et maculis inſignitum aetate increſcente ſenſim evanidis, a pellionariis et coriariis adhibitum.* Cauda *breviſſima. Ad praeputii orificium folliculus moſchiferus ſubovalis, hinc planus inde gibbus, orificio ſimpliciſſimo patulus, in hinnulis vacuus, in adultis ſeſquidrachma, imo duis drachmis ambroſiacae, in tibetanis quidem praeſtantioris, quam quidem in ſibiricis, in quibus caſtoreum ſubolet, unguinoſae, grumoſae, friabilis, obſcure brunneae refertus.*

indicus. 2. M. ſupra rufus, ſubtus albidus unicolor, ungulis ſuccenturiatis, cauda longiore. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCXLV.

Tragulus (indicus) pilis brevibus, ſupra fulvis, infra albicantibus. *Briſſ. regn. anim. p.* 95. *n.* 1.

*Habitat in* India, *moſchifero vix major;* caput *equino ſimile;* auriculae *erectae, oblongae;* pedes *graciles.*

pygmaeus. 3. M. ſupra fuſco-rufus, ſubtus albus, ungulis ſuccenturiatis nullis. *Erxl. mamm. p.* 322. *n.* 3.

Moſchus pedibus humano digito anguſtioribus. *Syſt. nat.* XII. *p.* 92.

Capra cornibus teretibus conicis obtuſis curvis, latere anteriore rugoſo. *Syſt. nat.* X. *p.* 69.

Tragulus (guineenſis) pilis longiſſimis obſcure fulvis. *Briſſ. regn. anim. p.* 96. *n.* 2.

Cervus puſillus guineenſis; Cerva parvula africana, rubida ſine cornibus; Hinnulus ſeu cervus juvencus pergracilis africanus; Cervus africanus pilo rubro. *Seb. muſ.* I. *p.* 70. 73. *t.* 43. *f.* 1. 2. 3. *t.* 45. *f.* 1.

Tragulus, Cervula parva africana ex Guinea, ecornis; Tragulus ſive Hinnulus aut Cervus juvencus pergracilis africanus; Tragulus guineenſis pilo rubro longiore. *Klein quadr. p.* 22.

Chevrotain des Indes orientales. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 315. 341. *t.* 42. 43. *f.* 1. 3–8.

Guinea-Musk. *Penn. quadr. p.* 59. *n.* 49.

*Habi-*

---

*An hujus etiam generis animal elaphi magnitudine ex Formoſa ſtags without horns Nicub. Eaſtind. p.* 209?

*Habitat in* India, Java, *aliisque* oceani indici *inſulis*; 9½ *pollices longus, cauda pollicari, auriculis longis.*

Memin-na. 4. M. ſupra cinereo-olivaceus, ſubtus albus, lateribus albo-maculatis, ungulis ſuccenturiatis nullis. *Erxleb. mamm. p.* 322. *n.* 2. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCXLIII.

Meminna. *Knox Ceyl. p.* 21.

Chevrotain à peau marquetée de taches blanches. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 315.

Indian Musk. *Penn. quadr. p.* 59. *n.* 48. *t.* 10. *f.* 2.

*Habitat in* Ceylona, *ſesquipedalis*, auriculis *longis*, cauda *breviſſima.*

javani-cus. 5. M. ſupra ferrugineus ſubtus longitudinaliter albus, cauda longiuſcula villoſa ſubtus et apice alba, ungulis ſuccenturiatis exiguis. *Pallas ſpicil. zool.* XII. *p.* 18. XIII. *p.* 28.

*Habitat in* Java, *cuniculi magnitudine, pedibus pygmaei; naſo auriculisque nudis; ſcopis genuum, ſinubus in inguine et ante oculum nullis; cervix ex griſeo caneſcens, fuſcis pilis intermiſtis; ejusdem coloris maculae binae ſubconnexae in collo ſubtus albo; ſub gula pili duo longi divergentes; vertex longitudinaliter nigricans.*

america-nus. 6. M. rufo-fuſcus, ore nigro, gula alba. *Erxl. mamm. p.* 324. *n.* 4.

Tragulus ſurinamenſis. *Klein quadr. p.* 22.

Tragulus (ſurinamenſis) ex rufo luteus maculis albis variegatus. *Briſſ. regn. an. p.* 96. *n.* 3.

Cervula ſurinamenſis ſubrubra albis maculis notata. *Seb. muſ.* 1. *p.* 71. *t.* 44. *f.* 2.

Biche de Guiane. *des March. voy.* 3. *p.* 281.

Wirrebocerra. *Bancroft Guian. p.* 123.

Braſilian Musk. *Penn. quadr. p.* 58. *n.* 47.

*Habitat in* Guiana *et* Braſilia, *agilis, celerrimus, timidiſſimus, vix capreoli magnitudine.* Pili *breves mollesque, capitis collique ſupra fuſci, colli ſubtus albi, corporis crurumque ex rufo fuſci.* Crura *poſteriora anterioribus longiora;* cauda *brevis;* auriculae 4 *pollicum. An forſan pullus capreoli americani?*

**29. CERVUS.** *Cornua* ſolida, tenera corio hirto tecta apiceque creſcentia, denudata, annua, furcata.
*Dentes primores* inferiores VIII.
*laniarii* nulli (interdum ſolitarii ſuperius).

Pygargus. 1. C. cauda nulla, cornibus trifurcis. *Pallas it.* 1. *p.* 97. 453. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLIII.
Cervus Aha. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 496. *t.* 56.
*Habitat ſummos* Hircaniae *et* Ruſſiae Sibiriaeque *ultra Wolgam ſitae montes, hieme in campeſtria deſcendens, capreolo ſimilis ſed major; vellus altiſſimum, ſubtus et in artubus luteſcens, circa naſum et ad latera labii inferioris nigrum, labii apice ipſo, cluniumque regione albis.* Cornua *baſi tuberculata;* auriculae *intus albo villo tectae, orbitae ciliis pilisque ſparſis nigris longis munitae.*

Alces. 2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Fn. ſuec.* 39. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCXLVI. A. B. *Miller on various ſubjects of nat. hiſt. t.* X. A.
Cervus (Alces) cornibus ab imo ad ſummum palmatis. *Briſſ. regn. anim. p.* 93. *n.* 9.
Alces. *Caeſar bell. gall.* VI. *c.* 27. *Geſn. quadr. p.* 1. 2. *Scheff.* Lapp. *p.* 336. *Charlet. exerc. p.* 12.
Achlis. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15.
Alce. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15. *Schwenckf. theriotr. p.* 53. *Aldrov. biſulc. p.* 866. *f. p.* 869. 870. *Jonſt. quadrup. t.* 30. 31. *Olear. muſ. t.* 9. *f.* 2. *Bonann. muſ. t.* 295. *Muſ. Worm. p.* 336. *Raj. quadr. p.* 86. I. F. Leopold *diſſ. de alce. Baſil.* 1700. 4.
Moſſe. *Laët americ. p.* 68.
Moſe-Deer in America. *Dudley act. angl. n.* 368. *p.* 165.
Moſe-Deer of New-England. *Dale act. angl. n.* 444. *p.* 384.
Elk. *Lawſon carol. p.* 123. *Penn. quadr. p.* 40. *n.* 35. *t.* 7. *f.* 1. 2.
Orignal. *Charlev. nouv. Franc.* 3. *p.* 126.
Elan. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 79. *t.* 7. 8. 9.
*Habitat in* Americae, Europae, Aſiae *ad* Japoniam *usque borealibus potiſſimum populetis, equi magnitudine, mitis excepto oeſtri tempore; ungulis ferit; his crepitantibus* 50 *millia-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0189-7
DFG

*milliaria de die percurrit, corio globum plumbeum fere eludente. Caro bona.*

Elaphus. 3. C. cornibus ramoſis totis teretibus recurvatis. *Fn. ſuec.* 40. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCXLVII. A. B. C. D. E.
Cervus cornibus teretibus ad latera incurvis. *Briſſ. regn. anim. p.* 86. *n.* 1.
Ελαφος. *Ariſtot. hiſt. an.* II. *c.* 7. *et* 18. VI. *c.* 29. IX. *c.* 6. *Aelian. anim.* VI. *c.* 11. 13. VII. *c.* 39. XII. *c.* 18. *Oppian. cyneg.* II. 176.
Cervus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 32. *Geſn. quadr. p.* 354. *Schwenckf. theriotr. p.* 81. *Aldrov. biſulc. p.* 769. *fig. p.* 774. *Jonſt. quadrup. p.* 82. *t.* 32. 35. *Muſ. Worm. p.* 338. *Scheff. Lapp. p.* 337. *Charlet. ex. p.* 11. *Wagn. Helv. p.* 173. *Sibb. Scot. an. p.* 9. *Raj. quadr. p.* 84. *Rzacz. Polon. p.* 216.
Cerf, biche et faon de cerf. *Buff. hiſt. nat.* VI. *p.* 63. *t.* 9. 10. 12.
Stag. *Penn. quadr. p.* 49. *n.* 38.
Edler Hirſch, Wild oder Thier. *Ridinger jagdb. Th. t.* 4. 5.

Hippelaphus. β. C. pilis in collo longioribus major, ſenior. *Erxl. mamm. p.* 304.
Cervus (germanicus) cornibus teretibus ad latera incurvis, collo infra jubato. *Briſſ. regn. anim. p.* 87. *n.* 2.
Ἱππελαφος. *Ariſtot. hiſt. anim.* II. *c.* 5.
Τραγελαφος. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 33.
Tragelaphus. *Geſn. quadr. p.* 1101. *Charlet. exerc. p.* 12.
Hippelaphus mas, Roſshirſch. *Jonſt. quadr. t.* 35.
Brandhirſch et Pferdhirſch. *Geſn. Thierb. p.* 199. 210.

corſicanus. γ. C. minor fuſcus. *Erxl. mamm. p.* 304.
Cerf de Corſe. *Buff. hiſt. nat.* VI. *p.* 95. *t.* 11.

canadenſis. δ. C. cornibus ampliſſimis. *Erxl. mamm. p.* 305.
Cervus (canadenſis) cornibus teretibus ab imo ad ſummum cute piloſa tectis. *Briſſ. regn. an. p.* 88. *n.* 3.
Stag. *Brick. North-carol. p.* 109.
Stag in Virginia. *Dale act. angl. n.* 444. *p.* 384.
Stag of Carolina. *Lawſon carol. p.* 123.
Stag of America. *Catesb. Carol. app. p.* XXVIII.
*Habitat in omni* Europa, *et boreali* America *atque* Aſia *ad* Japoniam *usque gregarius mare duce; bene natat; triginta annos aetate vix ſuperat; mitis cetera, Auguſto et Septembri oeſtro furit, maribus de femina violenter pugnantibus; haec raro cornuta, per octo menſes gravida*

*unum*

*unum parit hinnulum, raro gemellos; ſine Februarii Martioque cornua amittit, recuperat Julio. Pellis eximia. Caro ſapida.*

*Pulcherrimum animal* $3\frac{1}{2}$ *pedes altum, ſupra ex rufo-fuſcum, ſubtus albeſcens, rarius totum album, junius albomaculatum, foſſa lacrymali ante oculos diſtinctum. Cornuum rami numero quotannis creſcunt.*

Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 448.

Graba *Eleographia. Jenae* 1668. 8. I. G. Agricola *cervi natura. Amberg.* 1617. 4.

Tarandus. 4. C. cornibus ramoſis recurvatis teretibus; ſummitatibus palmatis. *Fn. ſuec.* 41. *Amoen. acad.* 4. *p.* 144. *t.* 1. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 11. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCXLVIII. A. B. C. C.

Tarandus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 34. *Aldrov. biſulc. p.* 859. *fig. p.* 861. *Jonſt. quadr. p.* 90. *t.* 37. *Charlet. exerc. p.* 12. *Scheff. Lappon. p.* 321. *fig. p.* 327.

Ταρανδος. *Aelian. anim.* II. *c.* 16.

Rangifer. *Geſn. quadr. p.* 950. *Aldr. biſulc. p.* 863. *Jonſt. quadr. t.* 37. *Muſ. Worm. p.* 337. *Scheffer Lapp. p.* 338. *Charlet. exerc. p.* 12. *Klein quadr. p.* 23. *t.* 1. *Raj. quadr. p.* 88. *Olear. muſ.* 16. *t.* 10. *f.* 3.

Renne. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 79. *t.* 10. 11. 12.

Rein. *Penn. quadr. p.* 46. *n.* 36. *t.* 8. *f.* 1.

Rangifer. α. C. cornuum ſummitatibus omnibus palmatis. *Briſſ. regn. anim. p.* 92. *n.* 8.

Reinthier et Tarandthier. *Geſn. Tierb. p.* 206. 207. 208. 209.

Rennthier. *Gr. v. Mellin Schr. der berl. naturf. Geſ. Vol.* 1. *n.* 1.

groenlandicus. β. C. cornibus teretibus ab imo ad ſummum cute piloſa tectis, naſo piloſo. *Briſſ. regn. anim. p.* 88. *n.* 4.

Capra groenlandica. *Raj. quadr. p.* 90.

Greenland Deer. *Catesb. Carol. app. p.* XXVIII.

Greenland-Buck. *Edw. av.* 1. *t.* 51.

Caribou. γ. C. cornibus rectis, ad baſin ramo unico antrorſum verſo. *Briſſ. regn. anim. p.* 91. *n.* 6.

Caribou. *Charlev. nouv. Franc.* 3. *p.* 129. *Dobbs Hudſ. p.* 20. 22.

*Habi-*

---

Cervi *cyſtide fellea carent; pedibus anterioribus calcitrant; ſylvis delectantur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0191-8

*Habitat in alpibus* Americae, Europae, Aſiae, *maxime ſeptentrionalibus ad* Camtſchatcam *et* Spitzbergen *usque*, *tamen etiam in* Ruſſia *magis auſtrali*, *et*, *quamvis minor*, *in* Sardinia; *in* Lapponia *aeſtate alpes incolit*, *hieme in deſerta plana deſcendit*, *vere culice pipiente*, *oeſtro et tabano tarandi ad alpes retropulſus*; *crepitantibus ungulis*, *victitat lichene rangiferino ſub nive ſepulto*; *mas cornua amittit mox a pruritu*, *fine Novembris*, *femina pariter cornuta*, *cornibus tamen minoribus*, *ad initium*, *retinens cornua*, *dum pariat*; *parit autem*, *per* 33 *hebdomadas gravida*, *circa finem Septembris jam pruriens*, *medio Maji ſaepe gemellos*; *aetatem* 16 *annorum domeſticus non ſuperat*; *colitur enim frequenter in* Lapponia, *ad trahendam rhedam*, *ob lac*, *carnem*, *pellem*, *ex qua vela quoque conficiunt Samojedae*; *caſtratus cornua raro amittit ante novum annum.*

Corpus *magnitudine damae*, *domeſtici tres pedes altum*, 4 *pedes longum*, *feri majus*, *ſupra fuſcum*, *aetate ſenſim caneſcens*, *tandem album*, *ſubtus cum ore*, *perinaeo et cauda album*; *pili denſiſſimi*, *colli ſubtus longiores*; *mari praeputium propendens*; *feminae mammae* 6, *quarum* 2 *poſteriores ſpuriae.*

Anatome. *Bartholin. act. Hafn.* 1671. *n.* 135. *Houſten act. Stockh.* 1774. *Vol.* XXV. *trim.* 2. *n.* 4.

**Dama.** 5. C. cornibus ramoſis recurvatis compreſſis: ſummitate palmata. *Fn. ſuec.* 42. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCXLIX. A. B.

Cervus (Dama vulgaris) cornuum unica et altiore ſummitate palmata. *Briſſ. regn. anim. p.* 91. *n.* 7.

Cervus palmatus, Dama, Dama-cervus. *Klein quadr. p.* 25.

Cervus platyceros. *Raj. quadr. p.* 85.

Platyceros. *Plin. hiſt. nat.* XI. *c.* 37.

Ἔλαφος εὐρυκερως et Ιορκος. *Oppian. cyneg.* II. 293. 296.

Dama vulgaris. *Geſn. quadr. p.* 335. *fig. p.* 1100. *Schwenckf. theriotr. p.* 87. *Aldrov. biſulc. p.* 741. *Jonſt. quadr. p.* 77. *t.* 31.

Dain et Daine. *Buff. hiſt. nat.* VI. *p.* 167. *t.* 27. 28.

Fallow-Deer. *Penn. quadr. p.* 48. *n.* 37.

Dann-Hirſch. *Ridinger jagdb. Th. t.* 7.

Damhirſch. *Geſn. Thierb. p.* 202. *fig. p.* 203. *Gr. a Mellin Schr. der berl. naturf. Geſ. Vol.* II. *n.* 9.

*Habitat*, *elapho tamen rarior*, *et plerumque minor*, *in* Europa *ad* Perſiam *borealem usque*, *Jachmur ſcripturae ſacrae*,

*crae, rufus, fuſcus, albo maculatus, rarius totus albus, gregarius, facile cicurandus, viginti annos vix ſuperans; femina ecornis per 8 menſes gravida, unum, rarius binos, vix tres hinnulos parit. Arcetur filo horizontali. It. goth.* 335. Caro *proba.*

Anatome *hermaphroditi. Journal encyclopéd.* 1776. *P.* II.

virginianus. 8. C. cornibus ramoſis antrorſum verſis parum palmatis. *Penn. quadr. p.* 51. *n.* 39. *t.* 9. *f.* 2.

Dama virginiana. *Raj. quadr. p.* 86.

Cervus platyceros. *Sloan. jam.* 2. *p.* 328.

Chevreuil. *Du Pratz Louiſ.* 2. *p.* 69.

Fallow-Deer. *Lawſ. Carol. p.* 123. *Cateſb. Carol. app. p.* XXVIII. *Brickell North-carol. p.* 109.

*Habitat in* Carolina *et* Virginia, *damae ſatis affinis, aſt altior, cruribus et cauda longioribus, colore magis cinereo diſtinctus; ceterum gregarius, agilis, facile cicurandus, hieme muſcis arborum victitans; vermibus in capite et gutture obnoxius; caro ſicca; pellis eximia.*

Axis. 9. C. cornibus ramoſis teretibus erectis: ſummitate bifida, corpore albo-maculato. *Erxleb. mamm. p.* 312. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCL.

Axis. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 21. *Raj. quadr. p.* 89. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 397. *t.* 38. 39. *Penn. quadr. p.* 51. *n.* 40.

*β.* unicolor, cornuum ſummitate trifurcata. *Penn. hiſt. p.* 106. *n.* 48.

*γ.* cornibus inſignibus albidis: apice trifurcato. *Penn. quadr. p.* 52. *n.* 41.

*Habitat in* India, *et inſulis* oceani indici, *facile cicuratur, olfactus acerrimi; caro ſalita edulis.*

*Magnitudo damae, color pallide rufus; cauda ſupra rufa ſubtus alba.*

porcinus. 10. C. cornibus gracilibus trifurcis, ſupra fuſcus, ſubtus cinereus. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLI.

Porcine Deer. *Penn. quadr. p.* 52. *n.* 42. *t.* 8. *f.* 2.

*Habitat in* India, 3 *pedes cum* 6 *pollicibus longus,* 2 *pedes cum* 4 *pollicibus altus; cornua* 13 *pollices longa; corpus craſſiuſculum; cauda* 8 *pollicum; pedes graciles.*

mexicanus. 11. C. cornibus apice trifurcatis antrorſum verſis, rufus. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 110. *n.* 52.

Cervus major, corniculis breviſſimis, Biche des bois. *Barrer. Fr. équin.* 151.

Teutlal maçame. *Hernandez an. mexic.* 324.
Baieu. *Bancr. Gui.* 122.
Chevreuil d'Amerique. *Buffon hiſt. nat.* VI. *p.* 210, 243. *t.* 37.
*Habitat in* nova Hiſpania, Guiana *et* Braſilia.
Cornua *craſſa*, *robuſta* 10 *pollicum*; *magnitudo capreoli*; *junioris pellis maculata.* Caput *magnum*; oculi *magni ſplendidi*; caro *cervina deterior.*

Capreolus. 6. C. cornibus ramoſis teretibus erectis: ſummitate bifida; corpore fuſco-rufo. *Fn. ſuec.* 43. *Schreb. Saeugthiere,* V. *t.* CCLII. A. B. *Erxl. mamm. p.* 313.
Cervus (Capreolus) cornibus teretibus erectis. *Briſſ. regn. an. p.* 89. *n.* 5.
Caprea. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 53. 58. X. *c.* 72. XI. *c.* 37. *Aldrov. biſulc. p.* 738. *Jonſt. quadr. p.* 77. *t.* 31. *Raj. quadr. p.* 89.
Capreolus. *Geſn. quadr. p.* 324. 1098. *Schwenckf. theriotr. p.* 78. *Jonſt. quadr. t.* 33. *Muſ. Worm. p.* 339. *Wagn. Helv. p.* 173. *Sibb. Scot. an. p.* 9. *Klein quadr. p.* 24.
Dorcas. *Charlet. exerc. p.* 12. *Rzacz. Polon. p.* 217.
Chevreuil et Chevrette. *Buff. hiſt. nat.* VI. *t.* 198. *t.* 32. 33.
Roe. *Penn. quadr. p.* 53. *n.* 43.
Rehbock. *Geſn. Thierb. p.* 144. *fig. p.* 144. 145. *Ridinger jagdb. Th. t.* 9.
*Habitat parvis gregibus in* Europae Aſiaeque *ſilvis minoribus montoſis*; *agilis*, *cornua deponit auctumno*, *recuperat hieme*; *prurit* Novembris *initio*; *femina non cornuta per* 20 – 22 *hebdomadas gravida parit Aprili gemellos. Caro eximia.*
Pedes *fere* 4 *longus*, 2½ *altus.* Pili *molles*, *aeſtate breves ſupra rufi apicibus griſeis*, *hieme longiores ſubgriſei*, *dorſo nigricante*, *ſubtus albi.* Facies *nigricans*; cornua 6 – 8 *pollicum*, *tri* - *raro quadrifurca*; crura *gracilia*; cauda *pollicaris.*

Muntjac. 12. C. cornibus teretibus piloſis retroverſis trifurcis: apice ſuperiori uncinato. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLIV.
Ribfaced Deer. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 107. *n.* 50.

*Habi-*

---

*Hujus quoque generis eſſe videntur, an vere diverſae a recenſitis ſpeciebus? Temamaçame Hernand. mexic. p.* 325. *Cuguaça-Apara et Cuguaçu-ete Marcgr. braſil.* 235. *Piſ. ind. p.* 97. *fig. p.* 98. *Biche des bois et Biche des paletuviers Barr. fr. éq.* 15. *Mazames et Cariacou. Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 317. 347. *t.* 44.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0194-6

*Habitat per exiguas greges in inſulis* Java *et* Zeylon, *porcini habitu, capreolo paulo minor; a cornibus coſtae tres longitudinales ad oculos procedunt.* Caro *eximia.*

guineenſis. 7. C. griſeus ſubtus nigricans. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 12.
Grey Deer. *Penn. quadr. p.* 55. *n.* 45.
*Habitat in* Guinea; *an vere hujus generis?*

## CAMELOPARDALIS.

*Cornua* ſimpliciſſima pelle tecta, faſciculo pilorum nigro terminata.

*Dentes primores* inferiores VIII ſpatulati extimo externe profunde bilobo.

Giraffa. 1. C. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLV. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 18. *Oppian. cyneg.* III. 461. *Geſn. quadr. p.* 160. *Aldrov. biſulc. p.* 927. *fig. p.* 931. *Jonſt. quadr. p.* 98. *t.* 39. 45. *Charlet. exerc. p.* 13. *Raj. quadr. p.* 90. *Pr. Alp. aeg.* 1. *p.* 236. *t.* 14. *f.* 4. *Ludolf aeth.* 1. *c.* 10. *n.* 33. *comm. p.* 149.
Cervus Camelo-pardalis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 92. *n.* 1. *Haſſelq. it. Pal. p.* 203. *act. Upſ.* 1750. *p.* 15.
Oraſius, Oraſlus. *Vincent. ſpecul. doctr.* 19. *c.* 97. *Albert. de anim. p.* 223.
Giraffa. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 191.
Camelus indicus, alius camelus, camelus indicus verſicolor. *Jonſt. quadr. t.* 40.
Gyraffa. *Bellon. obſ. p.* 118. *fig. p.* 119.
Giraffe. *Theven. coſmogr.* 1. *fol.* 388. b. *fig. fol.* 389. a. *Lobo abiſſ.* 1. *p.* 292. *Buffon hiſt. nat.* XIII. *p.* 1.
Giraffa. *Klein quadr. p.* 22. *Briſſ. quadr.* 61.
Camelpard. *Geſn. Thierb. p.* 236. *f. p.* 237. 238. *Penn. quadr. p.* 10. *n.* 12.
*Habitat in regione* Sennar, *inter* Aegyptum *ſuperiorem et* Aethiopiam, *in* Aethiopia *ipſa (hic a Coſma jam viſa) et* Abiſſinia *rara, rariſſima in* Africa *magis meridionali in ſilvis frondoſis, mitis, timida, celerrima, elegans; prona cubat more cameli; gramine paſcitur divaricatis pedibus anterioribus, victitans tamen potiſſimum arborum foliis.*

Magnitudo *cameli mediocris*; color *ex albido et rufo miſtus, maculis numeroſis ferrugineis*; caput *equinum*, auriculis *ſatis parvis*; collum *erectum*, *compreſſum*, *ceterum cameli longiſſimum*; dorſum *ſubconvexum*, *et ab occipite ad caudam usque jubatum*; cauda *teres*, *lumborum dimidia longitudine*, *ſubfloccoſa*; crura *cylindrica*, *anteriora poſterioribus multo longiora*, *ita ut animal anterius* 17, *poſterius modo* 9 *pedes altitudine aequet.*

## ANTILOPE. *Cornua* concava ſurſum verſa teretia, annulata vel ſpiralia, perſiſtentia.

*Dentes primores* inferiores VIII.
*laniarii* nulli.

leucophaea. 1. A. cornibus recurvatis teretiuſculis annulatis, corpore caeruleſcente. *Pallas miſc. zool. p.* 4. *ſpicil. zool.* I. *p.* 6. XII. *p.* 12. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXXVIII.
Blauer Bock. *Kolbe Vorgeb. p.* 141.
Blue Antelope. *Penn. quadr. p.* 24. *n.* 13.
*Habitat ad* caput bonae ſpei; *cervo dama major*, *ſubtus albus*; *litura ante oculos pedesque albi*; cauda *ſeptem pollicum*, *apice ſubfloccoſo*, *albo*; cornua 20 *pollices longa*, *annulis* 20, *apice laevi.*

Lerwia. 2. A. cornibus recurvis rugoſis, corpore rufeſcente, nucha barbata. *Pallas ſpicil. zool.* XII. *p.* 12.
Antilope (Kob) cornibus medio flexis baſi annulatis, apicibus maxime approximatis. *Erxl. mamm. p.* 293. *n.* 23.
Kob. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 210. 267. *t.* 32. *f.* 1.
Fiſh-tall ſ. Lerwee. *Shaw it.* 1. *p.* 313.
Gambian Antelope. *Penn. quadr. p.* 39. *n.* 34.
*Habitat in* Africa *magis boreali*, *ad fluvios potiſſimum* Gambia *et* Senegal; *cervi damae magnitudine*; *faſciculo pilorum inſigni in nucha*, *et ſcopis genuum anteriorum longioribus diſtincta.* Cornua 13 *pollicum*, *annulis* 8 – 9, *apice laevi.*

Rupicapra. 3. A. cornibus erectis teretibus laevigatis, apice retrorſum uncinatis. *Pallas miſc. zool. p.* 7. *ſpic. zool.* I. *p.* 4. XII. *p.* 12. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLXXIX.
Antilope (rupicapra) cornibus erectis uncinatis, corpore ſupra ferrugineo. *Erxl. mamm. p.* 268. *n.* 1.

Capra

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0196-7

Capra (Rupicapra) cornibus erectis uncinatis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 95. *n.* 4.
Hircus (Rupicapra) cornibus teretibus erectis rugoſis, ad apicem laevibus et uncinatis. *Briſſ. regn. anim. p.* 66. *n.* 4.
Αἲξ ἄγριος. *Oppian. cyneg.* II. 338.
Rupicapra. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 53. XI. *c.* 37. *Geſn. quadr. p.* 321. *fig. p.* 319. *Bellon. obſ. p.* 57. *Aldrov. biſ. p.* 725. *fig. p.* 727. *Jonſt. quadr. p.* 74. *t.* 27. 32. *Charlet. exerc. p.* 9. *Wagn. Helv. p.* 183. *Raj. quadr. p.* 78. *Klein quadr. p.* 17. *Scheuchz. it. alp.* I. *p.* 155. *Rzacz. Pol.* 223.
Chamois. *Perr. anim.* I. *p.* 201. *t.* 29. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 136. 177. *t.* 16. *Penn. quadr. p.* 17. *n.* 10.
Gems. *Geſn. Thierb. p.* 140. *Ridinger jagdb. Th. t.* 12.
Cemas Aeliani et Herodici. *Bochart hierozoic.* L. III. *c.* 22.
*Habitat in alpibus* ſabaudicis, valeſiacis, helveticis, rhaeticis, noricis, carpathicis, graecis, cretenſibus, italicis, delphinatus, pyrenaicis, caucaſi, tauri, *ſummis inacceſſis gregaria, in dies rarior, victitans ramorum arbuſculis, herbis, radicibus, potiſſimum mei athamantae, ex quibus etiam aegagropilae. Kram. auſtr.* 320.; *celerrima, timida, viſu, olfactu, auditu excellit, vocem ſibilantem edit; hieme in ſpeluncis rupium latens, coit Octobri et Novembri; et femina Martio et Aprili* 2 – 3 *pullos parit.*
*Magnitudo hirci, cruribus tamen longioribus*; pili, *aeſtate inprimis, breviores ex rufo fuſci*, dorſi *linea nigricante, in fronte, vertice, gula, auricularum interna facie albi*; cornua *utrique ſexui nigra, praeter apicem rugoſa; pone haec ſinus ſubcutaneus*; labium *ſuperius ſubfiſſum*; genua *barbata.* Cauda *brevis, ſubtus etiam nigricans.* Pellis *eximia.* Caro *ſapida.*

**Dama.** 4. A. cornibus antrorſum incurvis, corpore albo, dorſo faſciaque oculari fulvis. *Pallas miſc. zoolog. p.* 5. *ſpicil. zool. Faſc.* I. *p.* 8. XII. *p.* 13. *n.* 4. *Schreber Saeugthiere*, V. *t.* CCLXIV.
Dama. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 53. XI. *c.* 37. *Geſn. quadr. p.* 334. *Aldr. biſulc. p.* 729. *Jonſt. quadr. p.* 75. *t.* 27. *Raj. quadr. p.* 83.
Nangueur ou Nanguer. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 213. *t.* 32. *f.* 3. *t.* 34.
Swift Antelope. *Penn. quadr. p.* 30. *n.* 22.
*Habitat ad* Senegal, *celerrima, facileque manſueſcens*, 4 *fere pedes longa*, 2 *cum* 8 *pollicibus alta, ſupra fulva, ſubtus*

*tus alba, pectore albo maculato;* cornua *utrique ſexui, 8 pollices longa;* dentes primores *in maxilla inferiori tantum* 6.

redunca. 5. A. cornibus apice antrorſum recurvis, corpore rufeſcente ſubhirta. *Pallas miſc. zool. p.* 5. *ſpicil. zool.* I. *p.* 8. XII. *p.* 13. *n.* 5. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXV.
Kemas. *Aelian. hiſt. an. l.* 14. *c.* 4.
Nagor. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 326. *t.* 46.
Red Antilope. *Penn. quadr. p.* 30. *n.* 23.
*Habitat ad* Senegal *fluvium, tota fere pallide rufa, 4 pedes longa, 2 pedes cum 3 pollicibus alta;* auriculae 5 *pollices,* cornua $5\frac{1}{2}$ *longa.*

Tragocamelus. 6. A. cornibus antrorſum incurvis, cervice jubata, dorſo gibbo, cauda longa floccoſa. *Pallas miſc. zool. p.* 5. *ſpicil. zool.* I. *p.* 9. XII. *p.* 13. *n.* 6. *Schreber Saeugthiere,* V. *t.* CCLXII.
Antilope cornibus in frontem reduncis, corpore ſupra cinereo, fronte macula rhombea nigra. *Erxl. mamm. p.* 279. *n.* 9.
Biggel. *Mandelsl. it.* I. *p.* 122.
Quadruped brought from Bengal. *Parſons act. angl. n.* 476. *p.* 465. *t.* 3. *f.* 9.
Indoſtan Antelope. *Penn. quadr. p.* 29. *n.* 20.
*Habitat in* India, *cameli more procumbens, quem etiam collo aemulatur; 5 circiter pedes alta.* Pili *in corpore et cauda breves, molles, cinerei, in cauda 22 pollices longa longiores;* cornua 7 *pollices longa; palearia tauri cum pilis longioribus.*

picta. 7. A. cornibus antrorſum incurvis, cervice colloque jubatis, cauda longa floccoſa, pedibus albo nigroque annulatis. *Pallas ſpic. zool.* XII. *p.* 14. *n.* 7. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXIII. A. B.
Antilope (albipes) cornibus in frontem reduncis, maculis albis ſupra ungulas. *Erxl. mamm. p.* 280.
White-footed Antelope. *Penn. quadr. p.* 29. *n.* 21. *t.* 6. *f.* 1. 2.
Nyl-ghau. *Hunter act. angl. Vol.* LXI. *p.* 170. *Naturf.* VII. *p.* 236. *t.* V.
*Habitat in* India, 4 *circiter pedes alta;* color *obſcure griſeus, in femina ecorni magis in fuſcum vergens;* cornua *brevia;* auriculae *magnae, nigro ſtriatae;* juba *nigra;* femi-

feminae *pedes ſupra ungulas faſciis tribus nigris et duabus albis.*

Saiga. 8. A. cornibus diſtantibus lyratis pallido-diaphanis, naſo cartilagineo ventricoſo. *Pallas miſc. zool. p.* 6. *ſpicil. zool.* XII. *p.* 14. *n.* 8. *p.* 21. *t.* I. *et* III. *f.* 6. 9. 10. 11. *S. G. Gmelin it.* II. *p.* 174. *t.* 12. *et nov. comm. Petrop. Vol.* XVI. *P.* I. *p.* 512. *Forſter act. angl.* LVII. *p.* 344.

Antilope (ſcythica), cornibus rectiuſculis diaphanis, corpore albido. *Pallas ſpic. zool.* I. *p.* 9. *Erxl. mamm. p.* 289. *Penn. quadr. p.* 35. *n.* 30.

Capra (tatarica) cornibus teretibus rectiuſculis perfecte annulatis apice diaphanis, gula imberbi. *Syſt. natur.* XII. *p.* 97. *n.* 11.

Colus. *Strabo geogr.* L. VII. *Geſn. quadr. p.* 893. *Jonſt. quadr. t.* 27.

Suhac. *Aldrov. biſulc. p.* 763. *Charlet. exerc. p.* 11. *Rzacz. Pol. p.* 224. *auct. p.* 320.

Ibex imberbis. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. *p.* 345. VII. *ſumm. p.* 39. *t.* 19.

Saiga. *I. G. Gmelin it. ſib.* I. *p.* 212. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 198. *t.* 22. *f.* 2.

*Habitat in regionibus* Ruſſiae minoris *et* Poloniae, *montibus* Carpathicis, Danubialibus, Caucaſeis, Cerauniis, *maribus* Pontico, Caſpio, *et* Alalienſi, alpibus Altaicis *interpoſitis deſertis, aridis, apricis ſalſaginoſis ad* 55^um^ *latitudinis gradum, auctumno praeſertim, gregaria, mirae pernicitatis, brevi tamen fatigata, timida, voce ovis, olfactu acri; junior manſueſcens maxime ſenſibilis; ſub finem Novembris coit, tunc mas pro feminis contra hoſtes pugnat, et auſtrum verſus migrat; femina ecornis, molliori etiam pilo gaudens, ante medium Maji unum utplurimum pullum parit; erecta incedit; habitus minus elegans; ſaepe retrograda paſcitur, herbasque a latere carpit, oeſtro infeſtata, odoris balſamici; aliquando tricornis, raro unicornis;* caro *vix aſſata edulis.*



---

Antilopae *mediae quaſi inter cervos et capras habitu cervino, cornibus caprinis, cyſtide fellea gaudent, ſinubus ſubocularibus ſatis inſignibus, inguinum cavernis plica ſeptis, ſcopis genuum, oculis pulcerrimis nigris gaudent, timidae, agiles, et celeres, corpore pedibusque utplurimum graciliores, gregariae incedunt ſaepe ad aliquot millia; veſcuntur potiſſimum fruticulis; rarius plana et ſilvas, quam colles incolunt, in* America et, Rupicapra Saigaque *excepta, in* Europa *exules, calidiora praeſertim* Africae et Aſiae *inhabitant. Caro ſaepius eſculenta, alias moſchum aut hircum redolet.*

*Magnitudo damae; longitudo* 4 *pedes excedens;* nares *paten-tiſſimae, oſſe naſali, ſeptoque oſſeo nullo;* dentes molares *utrinque ſex;* collum *artusque graciles;* vellus aeſtivum *breve laeviſſimum per dorſum et latera ex griſeo luteſcens, artubus infra genua ſaturatius, collo corporeque ſubtus et artubus interius album, infra oculos ſenſim albeſcens;* hybernum *longius ad* 2 *pollices ſubhirtum, ex griſeo pallidum, extrorſum albidum.*

gutturoſa. 9. A. cornibus lyratis, corpore rufeſcente, ſcopis genuum nullis. *Pallas ſpic. zool. Faſc.* XII. *p.* 14. *n.* 9. *p.* 46. *t.* II. *et* III. *f.* 14–17.

Antilope. *Bellon. it.* 1. *p.* 311. 319.

Capra flava. *du Halde chin.* 2. *p.* 253. 278. 290.

Capra gutturoſa campeſtris hydrophobos, cornibus non ramoſis circellatim undulatis, ſinu gemino leniter inflexis. *Meſſerſchm. muſ. petrop.* 1. *p.* 336. *n.* 12.

Caprea campeſtris gutturoſa. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. *p.* 347. *t.* 9.

*Habitat in deſertis* Mongoliae, *omnibusque inter* Tibetum *et* Sinam *ad auſtrum extenſis, gregaria, colles, et paſcua ſicca, aprica, rupeſtria amans, plantis modo dulcibus veſcens, curſu et ſaltu vix fatiganda, junior facile manſueſcens; multo ſerius Saiga prurit, femina demum Junii initio prolem pariente.*

*Magnitudo et forma cervicaprae; longitudo* (maris) 4 *pedum et* 4 *pollicum; altitudo* 2 *pedes et* 6 *pollices excedens;* dentes *molares ubique ſex;* ſinus *lacrimales minimi;* cornua *rugis annularibus circiter* 20; collum *larynge maximo in medio colli fluctuante conſpicuum; loco ſcoparum in genubus pili vix elongati;* cauda *brevis;* cavernae *inguinales maximae;* color *omni aetati idem, aeſtate ſupra potiſſimum ex griſeo ferrugineus, ſubtus albicans; mari folliculus inſignis ad praeputii orificium, vacuus, rarius ceruminis ſpecie repletus.*

ſubgutturoſa. 23. A. cornibus lyratis, corpore ſupra ex cineraſcente brunneo, infra niveo, faſcia laterali ex albido luteſcente. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLXX. B. *Güldenſtedt act. Petrop.* 1778. I. *p.* 251. *t.* 9–12.

*Habitat in* Perſia *inter mare* caſpium *et* nigrum, *habitu et magnitudine capreolum ſimulans, gregaria, artemiſia pontica potiſſimum victitans; femina parit Majo; caro ſapida.* Cornua *ultra* 13 *pollices longa, apice laevia;*

*via;* caput *laryngis ſub cute prominens;* genua *ſcopis hirta.*

Pygarga. 10. A. cornibus lyratis, collo ſanguineo, tergore rufo-caneſcente, faſcia laterali ſaturata, clunibus albis. *Pall. ſpic. zool.* I. *p.* 10. XII. *p.* 15. *n.* 10. *Schreber Saeugthiere,* V. *t.* CCLXXIII. *Sparrmann act. Stockh.* 1780. 3. 4.
Antilope Dorcas. *Pallas miſc. zool. p.* 6.
White-faced Antelope. *Penn. quadr. p.* 34. *f. p.* 28.
Cervicapra. *Houttuyn Linn. ed. belg.* III. *t.* 24. *f.* 1.
Mountain-antelope. *Ruſſell alepp. p.* 54?
Koba. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 210. 267. *t.* 32. *f.* 2?
*Habitat in* Africa, *forſan etiam in citeriore* Aſia, *egregie ſaliens, hirco major, ut* 5 *pedes et* 4 *pollices altitudine aequet;* caro *ſapidiſſima;* cornua 16 *pollicum, mari annulata, feminae laevia;* auriculae *et* cauda 7 *pollicum;* facies *alba.*

Dorcas. 11. A. cornibus lyratis, corpore ſupra fulvo, ſubtus albo, faſcia laterali fuſca. *Pallas miſc. zoolog. p.* 6. *n.* 7. *ſpicil. zool.* I. *p.* 11. *n.* 8. XII. *p.* 15. *n.* 11. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXIX. *Sparrm. act. Stockh.* 1778. *trim.* 2. *n.* 4.
Capra (Dorcas) cornibus teretibus perfecte annulatis recurvatis contortis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 96. *n.* 10.
Hircus (Gazella africana) cornibus teretibus arcuatis, ab imo ad ſummum fere annulatis, apice tantummodo laevi. *Briſſ. regn. anim. p.* 69. *n.* 10.
Gazelle. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 201. *t.* 23.
Gazella africana cornibus brevioribus ab imo ad ſummum fere annulatis, et circa medium inflexis. *Raj. quadrup. p.* 80.
Δορκας. *Aelian. hiſt. anim.* XIV. *c.* 4.
Dorcas antiquorum, Tzebi biblica. *Shaw it. p.* 152. 357.
Barbarian Antelope. *Penn. quadr. p.* 33. *n.* 26. *f. in tit.*
*Habitat in* Africa, *etiam boreali,* Arabia, Syria, *Diſchon Moyſis, cervo dama dimidio minor;* cornua 12 *pollicum, annulis prope baſin circiter* 13; genua *longis pilis hirta.* Cauda *ſupra nigra, ſubtus alba.*

Kevella. 12. A. cornibus lyratis, majuſculis, compreſſis, tergore fulveſcente, ſtrigis pallidis, faſcia laterali nigreſcente. *Pallas miſc. zool. p.* 7. *n.* 9. *ſpicil. zool.* I. *p.* 12. *n.* 9. XII. *p.* 15. *n.* 12. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXX.
Ibex capenſis? *Kolb. cap.* I. *p.* 166.
Ahu. *Kaempf. amoen. p.* 408.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0201-0

Kevel. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 258. *t.* 26.
Flathorned Antelope. *Penn. quadr. p.* 34. *n.* 27.
*Habitat in* Africa, *ad fluvium* Senegal, *et* Perſia, *gregaria, facile manſueſcens, moſchum redolens, parvi capreoli magnitudine;* cornua *utrique ſexui annulis* 14–18; caro, *ut plerorumque congenerum, ſapidiſſima.*

Corinna. 24. A. cornibus ſublyratis rectiuſculis tenuibus laevigatis, corpore fulveſcente ſubtus albo, faſcia laterali capitis fuſco-alba. *Pallas miſc. zool. p.* 7. *n.* 10. *ſpic. zool.* I. *p.* 12. XII. *p.* 15. *n.* 12. *β. Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXXI.
*Habitat in* Africa, *capreolo minor;* cornua *gracilia,* 6 *pollicum, rugis circularibus annulata, an femina Kevellae, cum qua colore moſchato, ſummaque agilitate et velocitate convenit?*

Bubalis. 13. A. cornibus craſſis lyrato-contortis rugoſis, apice directis, capite caudaque elongatis. *Pallas ſpic. zool.* I. *p.* 12. *n.* 10. XII. *p.* 16. *n.* 13.
Antilope cornibus medio flexis ſpiralibus, faciei linea nigra. *Erxleb. mamm. p.* 291.
Antilope Buſelaphus. *Pallas miſc. zool. p.* 7.
Βουβαλος. *Oppian. cyneg.* II. *p.* 300. *Ariſtot. de part. anim.* L. III. *c.* 2.
Bubalus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15. *Geſn. quadr. p.* 330. *Aldrov. biſulc. p.* 363. 365. 735. *Jonſt. quadr. p.* 52.
Bubalus antiquorum, Yachmur biblicus. *Shaw it. p.* 151. 358.
Buſelaphus Caji. *Geſn. quadr. p.* 121. *Raj. quadr. p.* 81.
Cervus Temamacama. *Seb. muſ.* 1. *p.* 69. *t.* 42. *f.* 4.
Capra Dorcas. *Houttuyn ed. Linn. belg. p.* 213. *t.* 24. *f.* 3.
Hartebeeſt. *Sparrmann act. Stockh.* 1779. 2. *n.* 4. *t.* 5. *f.* 3. *ſup.*
Vache de Barbarie. *Act. pariſ.* I. *p.* 205. *Valent. amphith. zoot. p.* 88. *t.* 14.
Bubale. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 294. *t.* 37. 38. *f.* 1. 2.
Cervine Antelope. *Penn. quadr. p.* 37. *n.* 32.
*Habitat in* Africa, *praeſertim boreali, et* Arabia; *gregaria;* caro *tenera, ſed ſicca.*
*Altitudo* 4 *pedum; habitus corporis inter cervinum et vaccinum intermedius;* caput *bovillum;* cornua *robuſta nigra ad* 20 *pollices longa;* cauda *pedalis, floccoſa, aſinina.*

25. A.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0202-6 DFG

Gnu. 25. A. cornibus baſi antrorſum, verſus medium retrorſum verſis, corpore ferrugineo, cervice jubata, cauda ex albo cinerea. *Sparrm. act. Stockh.* 1779. I. *n.* 7. *t.* 3. *Penn. hiſt. p.* 62. *n.* 16.

*Habitat in planitiebus* Africae *pone* caput bonae ſpei *a magnis* Namaiquas *occupatis*, *gregaria*, *ferox*, *cornibus pugnans*, *habitu caudaque equinis*, *capite bovillo*, *femoribus cervinis*, *pilis et ſinubus lacrymalibus antilopes.*

*Altitudo* 3½, *longitudo aliquando* 6½ *pedes ſuperans.* Cornua *nigra in utroque ſexu*, 5 *pollicibus pedem ſuperantia.* Color *obſcure fuſcus*; *pectoris niger*; *jubae cinereus.* Caro *ſapida.*

Oryx. 14. A. cornibus rectiſſimis ſubulatis argute rugoſis, corpore griſeo, ſtriga dorſali nigricante, pilo poſtico contrario. *Pallas ſpic. zool.* XII. *p.* 16. *n.* 14. *et p.* 61. *Schreb. Saeugthiere*, V. *t.* CCLVII.

Antilope (recticornis) cornibus teretibus rectiſſimis, baſi annulatis. *Erxl. mamm. p.* 272. *n.* 3.

Antilope bezoartica. *Pallas miſcell. p.* 8. *ſpicil. zool.* I. *p.* 14.

Antilope recticornis. *Pallas nov. comm. Petrop.* XIII. *p.* 468. *t.* 10. *f.* 5.

Capra (Gazella) cornibus teretibus longiſſimis: baſi annulatis. *Syſt. nat.* XII. I. *p.* 96. *n.* 7. *Briſſ. quadr.* 67.

Oryx. *Agatharch. peripl. Plin. hiſt. nat.* II. *c.* 40. VIII. *c.* 53. X. *c.* 73. *Columella ruſt.* IX. *c.* 1. *Martial. epigr.* I. 13. *Macrob. ſaturn. l.* 3.

Gazella indica, cornibus rectis longiſſimis nigris, prope caput tantum annulatis. *Raj. quadr. p.* 79.

Capra Gazella africana. *Haſſelq. it. p.* 283.

Paſan. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 212. *t.* 33. *f.* 3.

Aegyptian Antelope. *Penn. quadr. p.* 25. *n.* 14.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *in* Aegypto, Arabia, India *in planis*, Zebi *ſcripturae ſacrae*, *magnitudine cervi damae*, *ſubtus alba*, *cornibus tripedalibus*, *cauda pedali apice nigra.*

Oreotragus. 26. A. cornibus rectiſſimis ſubulatis, baſi parum rugoſis, capite rufo, corpore ex flavo vireſcente ſubtus ex albo cinereo, cauda breviſſima. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLIX.

*Habitat in* Africa.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0203-1

Gazella. 15. A. cornibus ſubulatis ſubarcuatis rugoſis. *Pallas ſpic. zool.* XII. *p.* 17. *n.* 15.

Capra (bezoardica) cornibus teretibus arcuatis totis annulatis, gula barbata. *Syſt. nat.* XII. *p.* 96. *n.* 9.

Hircus cornibus teretibus arcuatis, ab imo ad ſummum fere annulatis. *Briſſ. quadr.* 69. *n.* 10.

Hircus bezoardicus. *Aldrov. biſulc. p.* 756. *Major Ephem. N. Cur. Dec.* I. *a.* 8. *p.* 1. *t.* 1. *Muſ. Bresl. t.* 10. *f.* 3. 4. *Valent. muſ. muſeor. ed. germ.* I. *p.* 193. *t.* 36. *f.* 2. 4.

Animal bezoarticum. *Raj. quadr.* 80.

Gazella. *Bell. obſ.* 120. *Pr. Alp. aegypt. p.* 232. *t.* 14.

Bezoar-Antelope. *Penn. quadr. p.* 26. *n.* 15.

Animal ignotum. *Geſn. quadr. p.* 309. *ic. p.* 38.

Algazel. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 211. *t.* 33. *f.* 1. 2.

*Habitat in* India, Perſia, *ipſa boreali*, Aegypto *et* Aethiopia, *gregaria*, *colles celerrime adſcendens*, *facile cicuranda*, colore *rufo*, *pectore albo*, *fugaciſſima*, *auctumno pruriens*, *vere pariens. In hujus non raro*, *frequentius in maris et adulti abomaſo bezoar genuinum orientale*, *virens et caeruleſcens*, *in patria ſua odoratiſſimum*, *et quam maxime aromaticum.*

Leucoryx. 16. A. cornibus ſubulatis rectis convexe annulatis, corpore lacteo. *Pallas ſpicil. zool.* XII. *p.* 17. *n.* 16.

Oryx. *Oppian. cyneg.* II. *verſ.* 445.

Gazellae indicae cornu ſingulare. *Nov. comm. petrop.* XIII. *p.* 470. *t.* 10. *f.* 5.

Antelope Leucoryx. *Penn. hiſt. p.* 68. *t.* 20.

*Habitat in inſula* ſinus Baſſorici Gow Bahrein; *nivea*, *faciei modo media parte*, *genis et artubus rubicundis.* Naſus *vaccinus*; cornua *longa*, *acuta*, *nigra*, *gracilia*; cauda *ſubfloccoſa.*

Oreas. 17. A. cornibus ſubulatis rectis carinato-contortis, corpore griſeo. *Pallas ſpicil. zool. Faſc.* XII. *p.* 17. *n.* 17. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLVI.

Antilope Oryx. *Pallas miſc. zool. p.* 9. *ſpicil. zool. Faſc.* I. *p.* 15.

Mazame. *Seba muſ.* 1. *p.* 69. *t.* 42. *f.* 3.

Africaniſches Elendthier. *Kolb. Vorgeb. der gut. Hofn.* I. *p.* 145. *t.* 3. *f.* 1.

Coudou. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 357. *t.* 46. *b.* 47.

Indian Antelope. *Penn. quadr. p.* 26. *n.* 16.

Eland. *Sparrm. act. Stockh.* 1779. 2. *n.* 5. *t.* 5. *fig. inf.*

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0204-7 DFG

*Habitat in* Indiae, Congo *et* Africae *meridionalis alpeſtribus, utplurimum gregaria, parum pernix. Caro ſapidiſſima; ex cornibus fiſtulas tabacarias conficiunt Hottentottae.*

*Altitudo* 5 – 8 *pedum;* cornua *ad* 2 *pedes longa, in utroque ſexu ex atro fuſca;* corpus *ex caeruleſcente cinereum, juba cervicis dorſique nigra;* caput *rubicundum;* cauda *ſubfloccoſa apice nigra;* ſinus *lacrymales nulli.*

ſcripta. 18. A. cornibus ſubulatis rectis contortis, corporis ſtrigis albis decuſſatis. *Pallas miſc. zool. p.* 8. *n.* 14. *ſpicil. zool.* I. *p.* 15. XII. *p.* 18. *n.* 18. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLVIII.
Guib. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 305. 327. *t.* 40. 41. *f.* 1.
Harneſſed Antelope. *Penn. quadr. p.* 27. *n.* 17.
*Habitat gregaria in campeſtribus et ſilvis, fluvio* Senegal *adjacentibus;* color *caſtaneus;* pedum *digiti albo-maculati;* cauda 10, cornua 9 *pollices longa.*

Grimmia. 19. A. cornibus conicis compreſſis rectiſſimis rugoſo-ſtriatis, hinc detritis, foſſa ſuboculari atra. *Pallas miſc. p.* 8. 10. *t.* 1. 3. 4. *f.* 3. a. b. *ſpic. zool.* I. *p.* 38. *t.* 3. XII. *p.* 18. *n.* 19. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLX.
Antilope cornibus rectis baſi ſubannulatis, inter cornua faſciculo tophoſo. *Erxl. mamm. p.* 276. *n.* 7.
Moſchus (Grimmia) capite faſciculo tophoſo. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 92. *n.* 2.
Tragulus (africanus) in medio capite faſciculum piloſum erectum gerens. *Briſſ. regn. anim. p.* 97. *n.* 4.
Capra (Grimmia) capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos. *Syſt. nat.* II. *p.* 51. VI. *p.* 14. *n.* 10. X. 1. *p.* 70. *n.* 10.
Capra ſilveſtris africana. *Grimm miſc. nat. curioſ. dec.* 2. *a.* 4. *p.* 131. *f.* 13. *Raj. quadr. p.* 80. *Klein quadrup. p.* 19.
Grimme. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 307. 329. *t.* 41. *f.* 2. 3.
Guinea-Antelope. *Penn. quadr. p.* 27. *n.* 18.
*Habitat in* Guinea, *magnitudine pulli bimeſtris cervi damae; ſupra cinereo flavoque admiſto fuſca, ſubtus alba;* cornua (*feminae nulla*) *nigra,* 18 *pollices longa, baſi longitudine* 3 *pollicum leviter annulata.* Cauda *brevis, ſupra nigra.*

pygmaea. 20. A. cornibus conicis brevibus convexis baſi rugoſis. *Pallas ſpic. zool.* XII. *p.* 18. *n.* 20.
Der Hirſche ihre Koenige. *Boſm. guin. p.* 252.

Cervus juvencus perpuſillus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 70. *t.* 43. *f.* 3.
Guevei-Cajor. *Adanſon apud Buffon hiſt. nat.* XII. *t.* 43. *f.* 2.
Royal Antelope. *Penn. quadr. p.* 28. *n.* 19.
*Habitat in* Africa *torrida; agiliſſima*, 12 *pedum altitudine ſaliens, mitis*, 9 *pollices altitudine non ſuperans, ex rubicundo fuſca. Cornua nigra, gagatae ad inſtar lucida*, 2 *pollices longa, feminae nulla.*

ſylvatica. 27. A. cornibus ſubſpiralibus annulatis carinatis, apice laevibus acutis, corpore ſupra fuſco, poſtice albo-maculato, infra potiſſimum albo. *Sparrm. act. Stockh.* 1780. 3. *n.* 7. *t.* 7. *Schreb. Saeugth.* V. *t.* CCLVII. B.
*Habitat pone* caput bonae ſpei *in ſilvis, ſcriptae aliquantum affinis, ſed minor, ut tres pedes altitudine vix ſuperet*, monogama. Cornua $10\frac{1}{2}$ – 13 *pollices longa, nigra, feminae nulla*; collum *dorſumque ſubjubatum.* Caro *eſculenta.*

Strepſiceros. 21. A. cornibus ſpiralibus carinatis ſubrugoſis, corpore ſtrigis transverſis et ſpinali albis. *Pallas miſc. zool. p.* 9. *ſpic. zool.* I. *p.* 17. XII. *p.* 19. 67. *Schreber Saeugthiere*, V. *t.* CCLXVII.
Cervus capenſis. *Collini act. ac. Theod. Palat.* I. *p.* 487.
Strepſiceros. *Geſn. quadr. p.* 295. 323. *ic.* 31. *Jonſt. quadr. p.* 54. *t.* 24.
Bos ſtrepticeros. *Aldr. biſ. p.* 368. *f. p.* 369.
Animal anonymum. *Houttuyn ſyſt. nat. ed. belg.* III. *t.* 26. *f.* 1. 2.
Condoma. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 301. *t.* 39. *f.* 1. 2.
Striped Antelope. *Penn. quadr. p.* 31. *n.* 24.
Africaniſcher Kutu. *Knorr delic.* II. *t.* K. 5. *f.* 1. 4. K. 11.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, 9 *pedes longa*, 4 *alta*; corpus *gracile e griſeo rubens, ſubtus griſeum*; collum *jubatum*; pectus *criſtatum*; facies *nigricans, lineis duabus albis*; cornua *pallide fuſca*, 3 *pedes et* 9 *pollices longa*; cauda 2 *pedum, ſupra fuſca, ſubtus alba, apice nigra.*

Cervicapra. 22. A. cornibus ſpiralibus teretibus annulatis, corpore fulveſcente adumbrato. *Pallas miſc. zool. p.* 9. *ſpic. zool.* I. *p.* 18. 19. *t.* 1. 2. XII. *p.* 19. *n.* 22. *Schreber Saeugth.* V. *t.* CCLXVIII.
Antilope cornibus ſpiralibus annulatis, corpore ſupra fuſco ſubtus albo. *Erxl. mamm. p.* 283. *n.* 14.

Antilope, et Antilope des Indes. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 215. 217. *t.* 35. 36. *fig.* 1. 2.

Capra (Cervicapra) cornibus teretibus dimidiato-annulatis flexuoſis contortis. *Syſt. nat.* II. *p.* 50. VI. *p.* 14. *n.* 7. X. 1. *p.* 69. *n.* 8. XII. 1. *p.* 96. *n.* 8.

Hircus (Gazella) cornibus teretibus dimidiato-annulatis bis arcuatis. *Briſſ. quadr.* 68. *n.* 8.

Capra bezoartica. *Aldrov. biſ. p.* 256. *Olear. muſ. gott. p.* 13. *t.* 9. *f.* 7.

Strepſiceros et Addax. *Plin. hiſt. nat.* XI. *c.* 37.

Gazella. *Jonſt. quadr. t.* 29. *Act. Pariſ.* 1. *p.* 84. *Valent. amphith. zoot. p.* 105. *t.* 19. *Scheuchz. bibl. ſacr.* IV. *t.* 576.

Gazella africana ſ. Antilope. *Charlet. exerc. p.* 67. *Raj. quadr. p.* 79. *n.* 4. *Grew muſ. p.* 24.

Tragus Strepſiceros. *Klein quadr. p.* 18.

Lidmee arabum. *Shaw trav. p.* 243.

Common Antelope et brown common Antelope. *Penn. quadr. p.* 32. *n.* 25.

*Habitat in* Africa *magis boreali, et* India, *cervo dama paulo minor;* cauda *brevis, ſupra nigra, ſubtus alba;* caput *nigricans, orbitis albis, ore fuſco;* cornua *erecta nigra, utplurimum fere tota annulata, apicibus* 16 *pollices diſtantia,* 14 *circiter pollices longa, feminae uniparae per* 9 *menſes gravidae nulla.*

## 30. CAPRA. *Cornua* concava ſurſum verſa, erecta, compreſſa, ſcabra.
*Dentes primores* inferiores VIII.
*laniarii* nulli.
*Mentum* barbatum.

Aegagrus. 1. C. cornibus carinatis arcuatis, gula barbata. *Pallas ſpicil. zool.* XI. *p.* 45. *t.* 5. *f.* 2. 3. *S. G. Gmelin it.* III. *p.* 493.

Capricerva. *Kaempf amoenit. exot. p.* 398. *t.* 4. *n.* 1.

Steinbok. *Ridinger jagdb. Th. t.* 11.

Chevre ſauvage. *Tavernier it.* 2. 143.

Caucaſan ibex. *Penn. hiſt. p.* 52. *n.* 14.

Hircus. β. C. cornibus carinatis arcuatis. *Syſt. nat.* XII. *p.* 94. *n.* 1. *Fn. ſuec.* 44. *Forſter act. angl.* LVII. 344.

Hircus cornibus interius cultratis exterius rotundatis, infra carinatis arcuatis. *Briſſ. regn. an. p.* 62. *n.* 1.

Tragus domeſticus. *Klein quadr.* 15.
Capra domeſtica. *Sloan. jam.* 2. *p.* 328.
Hircus domeſticus. *Charlet. exerc. p.* 9.
Caper hiſpanicus. *Jonſt. quadr. t.* 26.
Capra, hircus, hoedus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 50. *Geſn. quadr. p.* 270. 301. *f.* 302. 314. *Aldrov. biſ. p.* 619. *fig. p.* 635. *Jonſt. quadr. p.* 65. *t.* 26. 27. *Sibb. Scot. an. p.* 8. *Raj. quadr. p.* 77. *Rzacz. Pol. p.* 239. *Schwenckf. theriotr. p.* 97. 98. 100. 101.
Τραγοι et Αιγες. *Ariſtotel. hiſt. anim.* V. *c.* 11. VI. *c.* 15. VIII. *c.* 13. IX. *c.* 4. *Oppian. cyneg.* II. 326.
Bouc et Chevre. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 59. *t.* 8. 9.
Geyſs et Bock. *Geſn. Tierb. p.* 127. *fig. p.* 128. 135.
Domeſtic goat. *Penn. quadr. p.* 14.

angorenſis. γ. C. pilis longiſſimis criſpis toto corpore veſtita. *Briſſ. regn. an. p.* 64. *n.* 2.
Αιξ εν λυκια. *Aelian. an.* XVI. *c.* 30.
Capra angorenſis. *Haſſelq. it.* 206. *Olear. muſ. t.* 10. *f.* 2. *Forſter act. angl.* LVII. *p.* 344.
Chevre d'Angora. *Tournef. it.* 2. *p.* 185. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 71. *t.* 10. 11.
Angora goat. *Penn. quadr. p.* 15.

mambrica. δ. C. cornibus reclinatis, auribus pendulis, gula barbata. *Syſt. nat.* XII. *p.* 95. *n.* 3.
Capra ſyriaca cornibus minimis erectis, parumper retrorſum incurvis, auribus longiſſimis pendulis. *Briſſ. regn. an. p.* 72. *n.* 13.
Capra indica, et Capra indica aut mambrina, aut ſyriaca potius. *Geſn. quadr. p.* 1097. 1098.
Capra auribus oblongis. *Pr. Alp. aeg.* 1. *p.* 229.
Capra auribus demiſſis. *Aldr. biſulc. p.* 769. *f. p.* 768.
Capra mambrina; indica et mambrina ſyriaca. *Jonſt. quadr. p.* 81. *t.* 26.
Capra mambrina ſ. ſyriaca Geſneri. *Raj. quadr. p.* 81.
Geyſſen mit hangenden Ohren. *Rauwolf it.* 3. *p.* 26.
Chevre mambrine ou chevre du levant. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 152. 154.
Other kind of goats. *Ruſſel. alepp. p.* 52.
Syrian Goat. *Penn. quadr. p.* 15. *t.* 5. *f.* 1. 2.

ε. C.

---

Angorenſia *animalia: Capra, Ovis, Catus, Lepus, cur* lanata *pilis longioribus, tenerioribus, mollioribus?*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0208-0

depreſſa. ε. C. cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 95. *n.* 5.

Hircus (Capra parva americana) cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus. *Briſſ. regn. an. p.* 65. *n.* 4.

Autre petite chevre à cornes rabattues, Bouc d'Afrique, Chevre naine. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 154. *t.* 18. 19.

African goat. *Penn. quadr. p.* 16.

reverſa. ζ. C. cornibus erectis apice recurvis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 95. *n.* 6.

Ibex parvus americanus. *Briſſ. regn. an. p.* 65. *n.* 5.

Petite chevre à cornes droites et recourbées à la pointe; Bouc de Juda; Chevre de Juda. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 154. 186. *t.* 20. 21.

Whidaw goat. *Penn. quadr. p.* 16.

Capricornus. η. C. cornibus brevibus apice antrorſum verſis ad latera annulatis.

Capricorne. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 146. *t.* 15.

Capricorne Goat. *Penn. quadr. p.* 16.

*Habitat ferus in* Caucaſi Taurique *praeſertim, in aliis etiam* Perſiae, Indiae, Japoniae, *forſan quoque* Candiae, Africae, *ipſiusque* Europae *alpibus inferioribus, cervum agilitate, aliquantum etiam habitu ſimulans, varietatibus omnibus major, cornibus feminae quidem nullis aut exiguis, at mari longe majoribus, robuſtis, rugoſis, ex fuſco cineraſcentibus; cervice artubusque robuſtiſſimis; capite craſſo duro; arunco inſigni caſtaneo, ſinu ante oculos minuſculos antroque inguinali nullo, cauda breviſſima atra; colore ex griſeo vel cinereo ruſeſcente, linea ſpinali nigra; vellere hirto; ventriculo bezoar continente;* β) *hoſpitatur per omnem* Europam, *et reliquas telluris partes, victitans ramulis arborum frondibusque variis, lichenibus, ipſa cicuta, euphorbiis aliisque impune venenatis et medicatis; loca montoſa amat, albo nigroque colore variat, aetatem* 10–12 *annorum aſſequitur, raro ecornis aut quadricornis; ferus iterum factus ex cicure in inſula* Juan Fernandez *reperiri fertur; pecus infidum, petulans, bellicoſum, ſaliens, ſalax; capra per* 5 *menſes gravida* 1 *aut* 2 *rarius* 3–4 *hoedos pariente; hircum olens, frigoris impatiens, arbores decorticans, corio tenaci indutum, lana caprina tectum, lacte quoque et caſeo utile.* γ) *hoſpitatur circa* Angoram, *lana ad pedes dependente nivea, ſerici aemula, camelina dicta; cornua torta ad latera protracta, ut ovis hiſpanicae; auriculae planae lanceolatae,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0209-8

*tae, declinatae, nec erectae canaliculatae.* δ) *habitat in* Syria, *hirco paulo major, cornibus nigris, pilis fulvis.* ε) *habitat in* Africa, *culta hodienum in* America *meridionali, hoedi magnitudine, pilis longis pendulis, cornibus triangulis lunatis craſſis vix digitum longis, cranio ita appreſſis, ut cutem fere perforent.* ζ) *habitat in regno* africano Juda, *hoedi annui magnitudine, pilis brevibus cervinis, cornibus vix digitum longis, cum* ε *coiens.*

Ibex. 2. C. cornibus ſupra nodoſis in dorſum reclinatis, gula barbata. *Briſſ. regn. an. p.* 64. *n.* 3.

C. cornibus lunatis rotundatis, ſupra rotundatis in dorſum reclinatis. *Erxl. mamm. p.* 261. *n.* 2.

Capra (alpina) cornibus longiſſimis ſubtriangularibus ſupra nodoſis, in dorſum reclinatis. *Girtanner apud Lichtenberg Magazin* IV. 2. *p.* 30.

Ibex alpium ſibiricarum. *Pallas ſpic. zool.* XI. *p.* 31. *t.* 3. *et* V. *f.* 4.

Ibex. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 53. *Geſn. quadr. p.* 331. *et* 1099. *Aldrov. biſ. p.* 730. *f. p.* 732. *Jonſt. quadrup. p.* 75. *t.* 25. 28. *Charl. exerc. p.* 10. *Wagn. Helvet. p.* 176. *Raj. quadr. p.* 77. *Klein quadr. p.* 16.

Hirci feri quoddam genus Cretae familiare. *Bell. obſ. p.* 20.

Bouquetin. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 136. *t.* 13.

Wild Goat. *Penn. quadr. p.* 13. *n.* 9.

Steinbock. *Geſn. Thierb. p.* 148. *Knorr delic.* II. *t.* K. 5. *f.* 2.

*Habitat in* Camtſchaticis, ſibiricis, arabicis, cretenſibus, italicis, penninis, helveticis, rhaeticis, noricis (*in poſterioribus hodienum in dies rarior*) *alpibus praeruptis inaceſſis, gregarius, agillimus, perniciſſimus, ſaliendo dexterrimus, junior cicurandus; femina* 1–2 *hoedos pariente; aegagro major, mare tamen feminam ſuperante, cui etiam aruncus et cornua minora, mammae duae.*

Caput *breve, roſtro craſſo compreſſo;* oculi *minuſculi;* cornua *vaſtiſſima, aliquando tripedalia,* 8–10 *libras ponderantia, infra rotundata, magis quam Aegagro arcuata, carinata, ex griſeo nigricantia.* Crura *gracilia;* cauda *brevis, ſubtus nuda, ſupra et apice atra;* pili *corporis longi, fulvi vel cani, in junioribus ſordide griſei, dorſali linea nigricante, macula magna atra ſupra et infra ge-* nua

---

Caprae *cornibus digladiant, montoſa amant; an vere genere diſtinctae ab ovibus?*

*nua anteriora, quae ceterum alba.* Pellis *tenuis. An ſibiricus ſpecie diverſus?*

caucaſica. 3. C. cornibus retrorſum et extrorſum arcuatis, apice denuo introrſum vergentibus obſolete triquetris antice nodoſis. *Güldenſtedt act. Petrop.* 1779. P. 2. *p.* 273. *t.* XVI. XVII.

*Habitat in* Caucaſi *ſummis jugis ſchiſtoſis nudis, circa ſummas origines fluviorum* Terek *et* Cuban, *in* Cachetia *quoque et* Oſſetino *tractu, Novembri (nunquam cum capra domeſtica) coiens et Aprili pariens.*

Cornua *mari, quam hirco longa majora per arcum* 28 *pollicum, feminae tanto minora; huic ex griſeo fuſca, illi ſordide nigra.* Color *animalis ſupra ex brunneo cervinus, ſubtus albidus, extremitatibus nigris, faſcia ſpinali anguſta fuſceſcente;* pili *baſi cinerei, rigiduſculi, lanugine cinerea interpoſita; magnitudo hirci, habitus tamen latior et brevior.*

## 31. OVIS. *Cornua* concava retrorſum verſa intorta rugoſa. *Dentes primores* inferiores VIII. *laniarii* nulli.

Aries. 1. O. cornibus compreſſis lunatis. *Fn. ſuec.* 45. *Amoen. ac.* IV. *p.* 169.

Aries laniger, cauda rotunda brevi. *Briſſ. regn. an. p.* 74. *n.* 1.

Ovis domeſtica, cujus mas aries dicitur, foetus agnus. *Sloane jam.* 2. *p.* 328.

Ovis domeſtica. *Raj. quadr. p.* 73.

Προβατον. *Ariſtot. hiſt. anim.* V. *c.* 11. VI. *c.* 19. VIII. *c.* 13. IX. *c.* 4. *Aelian. anim.* VII. *c.* 27.

Pecus, Aries, Ovis, Vervex, Agnus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 47. 48. *Geſn. quadr. p.* 872. 912. 925. 927. *Aldrov. biſulc. p.* 370. *Jonſt. quadr. p.* 54. *t.* 22. *Charlet. exerc. p.* 8. *Sibb. Scot. an. p.* 8. *Rzacz. Polon. p.* 242. *Schwenckf. theriotr. p.* 56. 60.

Brebis et Belier. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 1. *t.* 1. 2.

Ram. *Penn. quadr. p.* 10. *n.* 8.

Schaaf, Widder, Hammel, Lamb. *Geſn. Thierb. p.* 320. 321. 327. 329.

anglica. α. O. mutica, cauda ſcrotoque ad genua usque pendulis.

Ovis anglicana. *Amoen. acad.* IV. *p.* 174.

Hornleſs Sheep. *Penn. hiſt. p.* 34. C.

ruſtica. *β*. O. cornuta, cauda lanaque breviore, hac rigidiore.
Ovis ruſtica. *Amoen. ac.* IV. *p.* 174.
Ovis brachyura; Ovis ruſtica. *Pallas ſpic. zool.* XI. *p.* 59. 61.

hiſpanica. *γ*. O. cornuta, cornuum ſpira extrorſum tracta, lana molliore, copioſiore.
Ovis hiſpanica. *Amoen. acad.* IV. *p.* 174.

polyce-rata. *δ*. O. e Gotlandia 248. *Pall. ſpic. zool.* XI. *t.* 4. *f.* 1. c. *f.* 2. b. *t.* 3. *f.* 5.
Ovis polycerata. *Amoen. ac.* IV. *p.* 174.
Ovis ſexcornis et tricornis. *Aldr. biſulc. p.* 397.
Brebis à pluſieurs cornes, Belier d'Islande, Brebis d'Islande. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 354. 387. *t.* 31. 32.
Many-horned Sheep. *Penn. quadr. t.* 3. *f.* 2. 3.

africana. *ε*. O. pilis brevibus.
Ovis africana. *Amoen. acad.* IV. *p.* 173. *Raj. quadrup. p.* 75.
Aries piloſus, pilis brevibus veſtitus. *Briſſ. regn. an. p.* 76. *n.* 4.
Ovis africana, pro vellere lanoſo pilis brevibus hirtis veſtita. *Sloane jam.* 2. *p.* 328.
Ovis aethiopica. *Charlet. exerc. p.* 9.

guineen-ſis. *ζ*. O. auribus pendulis, palearibus laxis piloſis, occipite prominente. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 98. *n.* 2.
Aries (Ovis guineenſis) piloſus, pilis brevibus veſtitus, juba longiſſima, auriculis longis pendulis. *Briſſ. regn. an. p.* 77. *n.* 5.
Aries guineenſis ſ. angolenſis. *Marcgr. braſ. p.* 234. *Jonſt. quadr. t.* 46. *Klein quadr. p.* 14.
Ovis guineenſis ſ. angolenſis Marcgravii. *Raj. quadr. p.* 75. *Sloan. jam.* 2. *p.* 328.
Adim-mayn. *Marmol. afr.* 1. *p.* 59.
Moutons. *Adenſ. Seneg. p.* 37.
Moutons de Guinée. *Des Marches it.* 1. *p.* 129.
Belier du Senegal, Belier des Indes, autre Belier des Indes, Brebis des Indes. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 359. 392. *t.* 34 – 36.
Sheep of Sahara. *Shaw it. p.* 241.
African ſheep. *Penn. quadr. p.* 12.

laticau-data. *η*. O. arabica platyura. *Ruſſ. alepp.* 51. *t.* 52.
Οις αραβιος. *Aelian. anim.* X. *c.* 4.
Arabiae oves. *Aldrov. biſulc. p.* 404. *f. p.* 405.
Ovis turcica. *Charlet. exerc. p.* 9.

Ovis

Ovis cauda obeſa. *Ludolf aeth.* 1. *c.* 10. *n.* 14.
Ovis laticauda. *Raj. quadr. p.* 74.
Aries ſ. ovis πλατυκερως orientalis. *Klein quadr. p.* 14.
Ovis laticauda, platyceros ſ. arabica. *Amoen. ac.* IV. *p.* 173.
Ovis laticauda. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. *p.* 343. *t.* 8.
Aries (ovis laticauda) laniger, cauda latiſſima. *Briſſ. regn. an. p.* 75. *n.* 2.
Ovis ſteatopyga, Aries kirgiſicus. *Pall. ſpic.* XI. *p.* 63. *t.* 4. *f.* 1. 2. a. b.
Moutons de Barbarie ou à groſſe queue. *Chardin it.* 3. *p.* 37.
Mouton de Barbarie, mouton d'Arabie. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 355. *t.* 33.
Broad-tailed ſheep. *Shaw it. p.* 241. *Penn. quadr. p.* 4. *t.* 1.
Schaaff, deren Schwaentz gar feiſſt. *Rauwolf it.* 3. *p.* 26.
Arabiſches Schaaf. *Geſn. Thierb. p.* 326.
Die hieſige Schaafe. *Osb. Oſtind. p.* 188.

buchari-ca. ϑ. O. auriculis magnis pendulis, pulvinari adipoſo minore. *Pallas ſpic. zool.* XI. *p.* 78.

longi-cauda. ι. O. cauda longiſſima.
Alterum genus. *Raj. quadr. p.* 74.
Ovis arabica. *Jonſt. quadr. t.* 23.
Aries (ovis longicauda) laniger, cauda longiſſima. *Briſſ. regn. an. p.* 76. *n.* 3.
Ovis dolichura ſive tſcherkeſſica. *Pall. ſpic. zool.* XI. *p.* 60.
Schaaffe. *Olear. it. p.* 567.
Ein ander arabiſch Schaaff. *Geſn. Thierb. p.* 326.

capenſis. κ. O. auriculis magnis pendulis, cauda magna ex adipe vix prominente.
Cape-ſheep. *Penn. quadr. t.* 4. *f.* 2.

*Hoſpitatur in omni tellure, ſicca, ſalſa, aprica, calida amat, ſtupidiſſimum et maxime imbecille forte omnium quadrupedum, anno ſecundo jam adoleſcens, annorum* 14 *aetatem vix ſuperans, aetate dentes mutans, parum bibens, balans, timidum minatur hoſti calcitrando mingendoque, pellit eum arietando; comedit inprimis feſtucam ovinam, in arvis burſam paſtoris, laeditur a pruno ſpinoſa, equiſeto, ranunculo, flammula, antherico oſſifrago, kalmia, myoſotide paluſtri, anemone nemoroſa; infeſtatur*



Oves *cornibus arietant, aprica ſiticuloſa amant.*

*feſtatur hippoboſca ovina, pediculo ovis, oeſtro ovis, acaro ricino, faſciola hepatica, hydatide in cerebro nidulante, laborat hinc vertigine, hepatitide, ictero, phthiſi, hydrope, ſcabie, variolis; aries unus ſufficit* 20 *ovibus, quae per* 23 *hebdomades gravidae,* 1, 2 *raro* 3 *agnos pariunt.* α) *vulgaris per* Angliam, *maxima in provincia* Lincolnſhire; β) *vulgatiſſima per omnem* Europam, *maxime borealem, lana rigidiore, breviore, minus criſpa, cornibus ſpiraliter retortis, introrſum angulatis planis, apice complanatis, aliquando nullis; oculis ſubcaeruleis glaucis in prominentia ſyncipitis ovali, pupilla oblonga, cavitate ante canthum anteriorem profunda gluten ſecernente, cauda terete, genua non attingente; velleris color plerumque albus, aliquando niger aut maculatus.* γ) *vulgatior in* Hiſpania, *ex qua etiam in alias* Europae *partes delata, cornuum ſpira extrorſum dilatata;* δ) *in* Islandia *terrisque borealibus crebro occurrit, neque inter numeroſas nomadum tataricarum greges infrequens, cornibus* 3, 4, 5, 6, *intermedio, aut intermediis erectis, exterioribus extrorſum revolutis, cauda plerumque brevi, et lana duriuſcula brevi.* ε) *in* Africa, ζ) *ſimiliter in deſerto* Saharae *et* Guinea *obvia, in* Americam *quoque translata, colore varia, magnitudine ruſticam aequans, cornibus parvis, deorſum usque ad oculos incurvatis, cauda genua attingente.* η) *frequentiſſime alba, aliquando atra, brunnea, maculata, rarius cana, hoſpitatur inter gentes nomadicas* Aſiae *fere omnes, praeſertim* Kirgiſos, *porro in* Perſia, Sina, *omni* Oriente, Syria, Arabia, Aegypto, *caudae loco, cujus nihil fere ſupereſt, niſi coccyx, pulvinari adipis craſſiſſimo,* 30 *aliquando libras pondere ſuperante, inſtructa.* ϑ) Bucharis *domeſtica, hybrida, ut videtur, ex* η *et* ι, *cauda oblongata, depreſſa, pingui, ſubtus nuda, apice tenui, lanato, vellere lacteo, atro, cano, et ex albo argenteo pretioſiſſimo, in* Perſia *quoque,* Syria, Palaeſtina, *variisque* Africae *regionibus obvia.* ι) *in* capite bonae ſpei *culta.*

Ammon. 2. O. cornibus arcuatis ſemicircularibus ſubtus planiuſculis, palearibus laxis piloſis. *Erxl. mamm. p.* 250. *n.* 2.

Capra (Ammon) cornibus arcuatis ſemicircularibus ſubtus planiuſculis, palearibus laxis piloſis, gula imberbi. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 97. *n.* 12.

Hircus (Capra orientalis) cornibus ſupra rotundatis, infra planis, ſemicirculum referentibus. *Briſſ. regn. an. p.* 71. *n.* 12.

Muſimon

Muſmon et Ophion. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 49. XXVIII. *c.* 9. *et* 15.
Muſinon ſ. Muſimon. *Geſn. quadr. p.* 934.
Tragelaphus. *Bellon. obſ. p.* 54.
Muſimon et Tragelaphus Bellonii. *Raj. quadr. p.* 75. 82.
Tragelaphus, Mouflon. *Klein quadr. p.* 20.
Kameuni Barani oder Muſimons. *Steller Camtſchatc. p.* 127.
Stepnie Baranni. *I. G. Gmelin it. ſibir.* 1. *p.* 368.
Rupicapra cornibus arietinis. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* IV. *p.* 388. *ſumm. p.* 53. *t.* 8. b. *f.* 2. 3.
Ovis fera ſibirica, vulgo Argali dicta. *Pall. ſpic. zool.* XI. *p.* 3. *t.* 1. 2.
Mouflon. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 352. *t.* 29. *Cetti ſtor. nat. of Sard.* 1. *t.* 3.
Siberian goat. *Penn. quadr. p.* 18. *n.* 11.
Das wilde Schaaf, et der Weiſsars der Alten. *Geſn. Thierb. p.* 154. 155.
Orientaliſches Schaaf. *S. G. Gmelin it.* III. *p.* 486. *t.* 55.

*Habitat parvis gregibus in apricis rupeſtribus et deſertis tractus alpini* Aſiae *mediae, in* Camtſchatca, *inſulis* Kurilis, *forte etiam in* California *reliquaque* America *occidentali, certius in* Barbariae, Sardiniae, Corſicae, Graeciae *montibus altiſſimis, celerrima, agilis, fera, cornibus peſſime feriens, arietem ferum ſimulans, altero anno jam adulta, aetatem* 14 *annorum non ſuperans; Martio unum vel duos agnos pariens, carne et adipe delicata.*

Magnitudo *cervae minoris*; color *aeſtate potiſſimum ex cinereo fuſceſcens admiſto griſeo, ſubtus e cinereo albidus; hieme ſupra ex ferrugineo griſeus, ſubtus e griſeo albicans*; cauda *breviſſima alba, apice fuſceſcens*; pili *hieme ſeſquipollicares, vere depoſiti*; auriculae *acutae erectae*; oculi *magni, iride fuſca ſ. caerulea*; cornua, *tertio jam anno progerminantia, albida, annulata, reflexa, compreſſa, feminae minora, potius falcata; aliquando nulla.* Pedes *poſteriores anterioribus longiores.*

Pudu. 4. O. cornibus teretibus laevibus divergentibus.

Capra (Pudu) cornibus teretibus laevibus divergentibus, gula imberbi. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 273.

*Habitat gregaria in montibus* Americae Cordiglieras, *nive ingruente in valles auſtrales deſcendens, facile tum capienda et cicuranda, docilis; magnitudine hoedi ſemeſtris, habitu caprae hirci, at cornibus extrorſum incurvatis*

*parvis*, *feminae nullis*, *mento imberbi differt*; *color obſcurus.*

Strepſiceros. 3. O. cornibus rectis carinatis flexuoſo-ſpiralibus.

Hircus (Capra cretenſis) laniger cornibus teretibus erectis, ab imo ad ſummum ſpiraliter intortis. *Briſſ. regn. an. p.* 73. *n.* 15.

Οις ξανθον. *Oppian. cyneg.* 2. *p.* 376.

Strepſiceros. *Plin. hiſt. nat.* XI. *c.* 37. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 358.

Cretenſis aries, ſtrepſiceros nominatus. *Bellon. obſ. p.* 20. *f. p.* 21.

Cretenſes arietes. *Aldrov. biſulc. p.* 406. *f. p.* 407.

Ovis cretenſis. *Jonſt. quadr. t.* 45. *Beſch. der berl.* Naturf. IV. *p.* 624. *t.* XX.

Ovis ſtrepſiceros cretica Bellonii. *Raj. quadr. p.* 75.

Aries ſtrepſiceros. *Klein quadr. p.* 14.

Cretan Sheep. *Penn. quadr. p.* 11. *t.* 3.

Wilde Straubengeyſs. *Geſn. Thierb. p.* 151. *fig. p.* 152.

*Habitat in* Candia *et inſulis* Archipelagi, *frequenter culta in* Hungaria *et* Auſtria; *an parens arietis*, *cui magnitudine aequalis*, *figura corporis ſimilis eſt?*

## 32. BOS. *Cornua* concava, antrorſum verſa, lunata, laevia. *Dentes primores* inferiores VIII. *laniarii* nulli.

Taurus. 1. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, palearibus laxis. *Fn. ſuec.* 46.

ferus. α. a. Urus. *Caeſ. Gall.* VI. *c.* 28. *Geſn. quadr. p.* 157. *Aldrov. biſulc. p.* 347. *fig. p.* 348. *Jonſt. quadr. p.* 50. *t.* 20. *Raj. quadr. p.* 70. *Klein quadr. p.* 11. *Bell. it.* 1. *p.* 211. *Rzacz. Pol. p.* 228.

Bos ferus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15.

Bos ſilveſtris. *Charlet. exerc. p.* 8.

Bos (Urus) cornibus craſſis brevibus ſurſum reflexis, fronte criſpa. *Briſſ. regn. an. p.* 80. *n.* 3.

Auerochs. *Geſn. Thierb. p.* 299. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 284. *Ridinger wilde Th. t.* 37.

b. Bonatus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15. *Geſn. quadr. p.* 145. *Aldrov. biſulc. p.* 358. *f. p.* 361. *Jonſt. quadr. p.* 51. *t.* 18. 19. *Charlet. exerc. p.* 8. *Raj. quadrup. p.* 71. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 284.

Βονασ-

Βουασσος. *Ariſtot. hiſt. anim.* II. *c.* 5. 7. XI. *c.* 71.

Μονωψ. *Aelian. anim.* VII. *c.* 3.

Bos (Bonaſus) cornibus deorſum inflexis, juba ſupra collum longiſſima. *Briſſ. an.* 84.

Bos cornibus in ſe flexis, juba longiſſima. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 99.

c. Biſon. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 15. *Geſn. quadr. p.* 143. *Aldr. biſ. p.* 353. 357. *fig. p.* 355. 356. *Jonſt. quadr. p.* 51. *t.* 16. 17. *Charlet. exerc. p.* 8. *Sibb. Scot. an. p.* 7. *Raj. quadr. p.* 71. *Rzacz. Polon. p.* 214. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 284.

Bos cornibus divaricatis, juba longiſſima, dorſo gibboſo. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 99. *n.* 3.

Bos (Biſon albus) cornibus ſurſum reflexis, juba longiſſima, et Bos (Biſon) cornibus ſurſum reflexis, dorſo gibboſo, juba barbaque longiſſima. *Briſſ. regn. an. p.* 82. *n.* 5. 6.

Βισωνες. *Oppian. cyneg.* 2. *p.* 159.

Wyſent. *Geſn. Thierb. p.* 296.

domeſticus. β. Bos, Taurus, Vacca, Vitulus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 45. 46. *Geſn. quadr. p.* 24. 25. 103. 124. *Schwenckf. theriotr. p.* 63. 65. 70. *Aldr. biſ. p.* 13. *fig. p.* 36. *Jonſt. quadr. p.* 13. 15. *Wagn. Helv. p.* 167. *Sibb. Scot. an. p.* 7. *Rzacz. Polon. p.* 37. *Sloan. jam.* 2. *p.* 327.

Bos domeſticus. *Jonſt. quadr. p.* 36. *t.* 14. *Charlet. exerc. p.* 8. *Raj. quadr. p.* 70.

Bos (domeſticus) cornibus teretibus inflexis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 12.

Bos (domeſticus) cornibus laevibus teretibus, ſurſum reflexis. *Briſſ. regn. an. p.* 78. *n.* 1.

Taurus domeſticus cum vacca. *Klein quadr. p.* 10.

Boeuf. *Buff. hiſt. nat.* IV. *p.* 437. *t.* 14.

a. B. indicus major, rufus, cornibus breviſſimis, gibbo adipoſo humerali. *Penn. hiſtor. of quadrup. p.* 16. *n.* A. *t.* 1. *fig. inf.*

b. B. indicus minor, cornibus fere erectis antrorſum verſis, gibbo adipoſo humerali. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 17. *t.* 1. *f. ſup.*

Bos (indicus) cornibus aure brevioribus, dorſo gibbo, juba nulla. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 99. *n.* 6.

Bos ſcythicus gibboſus. *Charlet. exerc. p.* 8.

Zebu. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 285. 439. *t.* 42.

Little indian Buffalo. *Edw. av.* 200. *t.* 200.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0217-0

c. Bos abeſſinicus, tophis dorſalibus, cornibus cuti adhaerentibus pendulis. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 17. *n.* C.

d. Bos madagaſcarienſis niveus, cameli magnitudine, auriculis pendulis, gibboſus. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 17. *n.* D.

e. Bos Tinianenſis niveus, auriculis nigris. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 17. *n.* E.

f. Bos africanus niveus celer, cruribus gracilioribus, cornibus elegantioribus, ungulis ſplendide nigris. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 17. *n.* F.

g. Bos europaeus. *White act. litt. et philoſ. Macul.* 1. *c.* 27.

*Habitat in ſilvis uliginoſis* Poloniae, Pruſſiae, Lithuaniae, *montium* Carpathicorum, Caucaſi, Patagoniae, (α. c. Ζουμβρος *Nicetae*) *hoſpitatur ubique, pro ratione climatis, pabuli vitaeque generis magis minusve a primo ſtatu declinans*, β. a. *in* India *et inſula* Madagaſcar, b. *in* India, Perſia, China, c. *in* Abeſſinia *et inſula* Madagaſcar, d. *in regno* Africae Adel *et inſula* Madagaſcar, e. *in inſula* Tinian, f. *in* Africa, *nomine* lant *vel* dant. g. *maximus in* Polonia, Holſatia, Belgio, *minimus in* Scotia *boreali*, *in qua, quemadmodum etiam in* Islandia *et paſſim in* Anglia *uterque ſexus aliquando ecornis occurrit; animoſus, iracundus, furibundus cornibus hoſtem petit, fronte torva, criſpa validaque, utiliſſimus labore ſuo agris colendis, ſtercore laetificandis, carne, lacte, caſeo, butyro, ſebo, cornibus; lui magis obnoxius aliis animalibus domeſticis; infeſtatur oeſtris bovis, tabanis, conope calcitrante, pediculis; laeditur a cicuta, aconito, anemone; vivit ad* 14–15 *annos; vacca uterum gerit per* 9 *menſes.*

americanus. 2. B. cornibus divaricatis, juba longiſſima, dorſo gibboſo. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 99. *n.* 3. β.

Bos (Biſon americanus) cornibus ſurſum reflexis, dorſo gibboſo, capite pilis longiſſimis obſito. *Briſſ. regn. an. p.* 83. *n.* 7.

Taurus mexicanus. *Hernand. mex. p.* 587.

Tauri vaccaeque Quivirae regionis. *Fernand. an. p.* 10.

Armenta. *Laët amer. p.* 303.

Taurus Quivirenſis et tauri novi orbis. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 181. 182.

Biſon

Boves *cornu feriunt, paſcua depreſſa amant; difficile genus, cujus ſpecies vix certis limitibus circumſcriptae, prouti in ovis et caprae generibus, facile varietates pro ſpeciebus habentur, et vice verſa.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0218-5 DFG

Biſon ex Florida allatus. *Raj. quadr. p.* 71. *Klein quadr. p.* 13.

Boeuf du Canada. *Charlev. nouv. Fr.* 3. *p.* 131.

Boeuf ſauvage. *du Pratz Louiſ.* 2. *p.* 66.

Biſon d'Amerique. *Buffon hiſt. nat.* XI. *p.* 305.

Buffelo. *Lawſ. Carol. p.* 115. *Brick. Northcar. p.* 107.

Buffalo. *Catesb. Carol. app. p.* XXVII. *t.* 20.

American Oxen or Beeves. *Dobbs Hudſ. p.* 41.

American Bull. *Penn. quadr. p.* 8. *n.* 6. *t.* 2. *f.* 2.

Wilde Ochſen und Kühe. *Kalm. it.* 2. *p.* 350. 425. 3. *p.* 351.

*Habitat gregarius in* nova Hiſpania, *et interioribus* Americae borealis *partibus in uliginoſis inter altas arundines; quamvis ferox, junior tamen cicurari poteſt; pondus* 1600–2900 *librarum acquirit; an vere diſtincta a tauro ſpecies, cum quo coit?*

Cornua *brevia, nigra, teretia, baſi multum diſtantia;* gibbus *magnus et altus carnoſus;* pectus *craſſum et robuſtum;* poſteriora *trunci gracilia et debilia, aeſtate nuda.* Cauda *pedalis, floccoſa.* Pili *capitis et gibbi longiſſimi lanati, undulati, ferruginei.*

moſchatus. 3. B. cornibus approximatis baſi latiſſimis introrſum deorſumque, apice extrorſum flexis acuminatis. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 27. *n.* 9. *t.* 2. *f.* 2.

Boeuf muſqué. *Jeremia apud Charlev. nouv. Franc.* 3. *p.* 131.

Musk Ox. *Dobbs Hudſ. p.* 18. 25.

*Habitat in* America boreali *a regno* novo Mexicano *ad terram* Criſtinos, *oſſibus per maris fluctus in Sibiriam delatis, cervae magnitudine.* Cornua *in apice frontis, duos pedes longa, baſi duos ſimiliter pedes amplitudine aequante, ad* 60 *libras ponderantia.* Pili *longiſſimi ſericei obſcuri.* Caro *moſchum olet.*

grunniens. 4. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, vellere propendente, cauda undique jubata.

Vacca grunniens villoſa, cauda equina. *I. G. Gmelin nov. comm. Petrop.* V. *p.* 339. *t.* 7.

Bubalus cauda equina. *Pallas act. Petrop.* I. *p.* II. *p.* 332.

Boeuf

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0219-4

Boeuf velu. *le Brun it.* I. *p.* 120. *t.* 129.

Vache de tartarie. *Buff. hiſt. nat.* XV. *p.* 136.

An other ſpecies of oxen, called bubuls by the Tartars. *Bell. trav.* 1. *p.* 212.

Grunting bull. *Penn. quadr. p.* 5.

Tangutiſcher Büffel mit dem Pferdeſchweiſe. *Pallas nord. Beytr.* I. *p.* 1. *t.* 1.

*Habitat, hodienum rarior, in regno* Tibetano, *hoſpitatur et colitur numeroſa varietate magnitudinis, pilorum, coloris, in* Sibiria, China, India, Perſia, *jam Aeliano, Coſmae, Guil. de Rubriquez, Marco Polo aliisque notatus; ferox, potiſſimum vulneratus aut alio modo irritatus; aeſtus impatiens, colorem rubrum aliosve ſerenos aegre fert; dum iraſcitur, corpus concutit, caudam erigit, oculis minatur, et ſubito ac inopinato in hoſtem fertur; domeſticus tamen, reſectis utplurimum cornibus, onera portat et jugum, aratrum trahit et currus.* Vox *grunniens, vaccae frequentior; coit cum vacca domeſtica; an parens bubali, cum quo interna ſtructura convenit?*

*Magnitudo varia, feri ſpectabilior;* caput *breve*, naſus *latus*, labia *craſſa et pendula*, auriculae *amplae, inferius acutae, pilis aſperis hirtae;* cornua *brevia, gracilia, valde acuminata, baſi diſtantia, medio inter utrumque faſciculo pilorum longo; pilis in medio frontis radiatis.* Cervix *jubata, juba alba, aliquando ad caudam usque protenſa;* caput *una cum reliquo corpore nigrum, ut tamen domeſticus colore quoque multum variet, pilis inferioribus longiſſimis, reliquis hircinis;* ungulae *latae;* cauda *lata, ad 6 pedes longa, ex pilis longis ſericeis, argentei vel nivei coloris conflata, Sinenſibus, Indis, Turcis magni aeſtimata. Ventriculo nonnunquam ineſt ſpecies lapidis bezoar.* Caro *vix edulis, niſi vitulorum.*

Bubalus. 5. B. cornibus reſupinatis intortis, antice planis.

Bos (Bubalus) cornibus compreſſis, ſurſum reflexis, reſupinatis, fronte criſpa. *Briſſ. regn. an. p.* 81. *n.* 4.

Bos indicus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 45.

Βοες ἀγριοι ἐν Ἀραχωτοις. *Ariſtot. hiſt. an.* L. 2. *c.* 1.

Bubalus. *Geſn. quadr. p.* 139. *Jonſt. quadr. t.* 20. *Raj. quadr. p.*72.

Buffe-

Buffelus. *Aldr. biſ. p.* 365. *fig. p.* 366. *Jonſt. quadr. p.* 53. *Charlet. exerc. p.* 8. *Klein quadr. p.* 10.

Buffalus. *Pall. nov. comm. Petrop.* XIII. *p.* 460. *t.* 11. 12.

Boves inuſitatae magnitudinis, Taurelephantes. *Ludolf Aethiop.* 1. *c.* 10. *n.* 1.

Buffle. *Buffon hiſt. nat.* XI. *p.* 284. *t.* 25.

Buffalo. *Barbert Guin. p.* 209. 486. *Penn. quadr. p.* 7. *n.* 5.

Büffel. *Geſn. Thierb. p.* 58.

Büffelochſen. *Kolbe Vorgeb. p.* 143. *t.* 5. *f.* 2.

*Habitat in* Aſia, *cultus in variis ejus* Africaeque *provinciis, nec non in* Hungaria *et* Italia, *in quam poſteriorem imperante Longobardis Agilulfo primum delatus, in calidiſſimis plagis fere pilis nudus, iracundo mugitus fortis; annulo oris regitur, onera portat, aratrum currumque trahit, lacte etiam, quamvis magis ſebaceo utilis; coit cum vacca vulgari.* Tauro *major, corpore craſſiore, robuſtiore, cute duriſſimo, pilis nigris aut rubris, capite parvo, fronte criſpa.* Cornua *nigra, craſſa, paulisper compreſſa, ſurſum reflexa, parum reſupinata.*

caffer. 6. B. cornibus baſi latiſſimis et approximatis, tum divaricatis deorſum, poſt ſurſum apice introrſum curvatis, juba brevi. *Sparrmann act. Stockh.* 1779. 1. *n.* VIII. *t.* 3. *f. inf.*

Cape ox. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 28. *n.* 9. *Maſſon act. angl.* LXVI. *p.* 296. *Forſter it.* I. *p.* 83.

*β*? Bos (Bubalus africanus) cornibus teretibus ſurſum reflexis, in ſeſe recurvis. *Briſſ. regn. an. p.* 79. *n.* 2.

Elegans et parvus africanus bos, quem veteres Graeci bubalum appellarunt. *Bellon. obſ. p.* 119.

Juvenca ſilveſtris. *Pr. Alp. Aeg.* 1. *p.* 233. *t.* 14. *f.* 2.

Africanus bos. *Raj. quadr. p.* 73. *Aldr. biſ. p.* 363. *fig. p.* 364. *Jonſt. quadr. p.* 52.

Bubalus africanus. *Jonſt. quadr. t.* 18.

Exiguus africanus bos. *Klein quadr. p.* 11.

Petit boeuf de Belon. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 299.

Africaniſcher Büffel. *Geſn. Thierb. p.* 60.

Dwarf ox. *Penn. hiſt. p.* 30. *n.* 10. *t.* 2. *f.* 3.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0221-1

*Habitat gregarius in* Africa, *praeſertim in ſilvis pone* caput bonae ſpei *verſus ſeptentrionem ſitis, etiam in* Guinea, *ferox (β. tamen mitior), callidus et atrociſſimus, ne homini quidem parcens, celer, ut tamen equum montem aſcendendo non aſſequatur, et robuſtus; coeno volutatur, craſſior et rudior reliquis;* 8 *circiter pedes longus*, $5\frac{1}{2}$ *altus, ater;* cornua *nigra, baſi anguſto canali intermedio ſeparata, eadem* 13 *pollices lata, ut magnam capitis partem tegant, ultra pedem nonnunquam longa, et* 25 *libras pondere aliquando aequantia;* auriculae *pendulae;* pili *pollicem circiter longi, rigidi, adultiori bovi laeves, ante genua et ſubtus longiores, undulati.* Cutis *tenax, craſſa;* caro *rudis, ſed ſucculenta et ferini ſaporis.*

VI. BEL-

# VI. BELLUAE.

*Dentes primores obtuſe truncati.*
*Pedes ungulati.*

## 33. EQUUS.

*Dentes primores* ſuperiores VI erecto-parelleli.
inferiores VI prominentiores.
*laniarii* ſolitarii incluſi utrinque remoti.
*Mammae* II. inguinales.

* *pedibus biſulcis.*

biſulcus. 6. E. pedibus biſulcis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 284.
*Habitat in* America *auſtrali, praeſertim praeruptis rupibus montium* Cordilleras, *pedibus ad pecora, dentibus, magnitudine, habitu, ad equi genus accedens, ut quaſi medium inter utrumque conſtituat, ferox et celer, hinnitu et auriculis caballo, ſtructura interna, figura externa, magnitudine, pilis, colore, roſtro, oculis, collo, dorſo, cauda, pedibus, genitalibus aſino ſimilior, ut tamen crux nigra humeralis deſit.*

* * *pedibus ſolidungulis.*

Caballus. 1. E. pedibus ſolidungulis, cauda undique ſetoſa.
Equus cauda undique ſetoſa. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 100. *n.* 1.
Equus auriculis brevibus erectis, juba longa. *Briſſ. regn. an. p.* 100. *n.* 1.
Ἵππος. *Ariſtot. hiſt. an.* I. *c.* 5. 7. II. *c.* 5. 8. 18. III. *c.* 10. V. *c.* 11. VI. *c.* 22. VII. *c.* 17. VIII. *c.* 11. IX. *c.* 5. *Aelian. anim.* III. *c.* 2. IV. *c.* 6. 7. 8. 11. *Oppian. cyneg.* I. 166.
Equus, Equa, Equiferus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 42. X. *c.* 63. XI. *c.* 37. XXVIII. *c.* 10. 11. *Geſn. quadr. p.* 442. *fig. p.* 443. *Schwenckf. theriotr. p.* 89. *Aldr. ſolidung. p.* 2. *fig. p.* 21. *Jonſt. quadrup. p.* 1. *t.* 1–4. *Charlet. exerc. p.* 3. *Wagn. Helv. p.* 174. *Sibb. Scot. an. p.* 6. *Raj. quadr. p.* 62. *Rzacz. Polon. p.* 217. 240. *Sloane jamaic.* II. *p.* 327.
Cheval. *Buff. hiſt. nat.* IV. *p.* 174. *t.* 1.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0223-2

Horſe. *Penn. quadr. p.* 1. *n.* 1.
Roſs. *Geſn. Thierb. p.* 306. *f. p.* 307.

ferus. *α.* Equus ferus. *Haſſelq. palaeſt. p.* 282.
Wild horſes. *Bell. it.* 1. *p.* 212.
Wilde Pferde. *I. G. Gmelin it.* I. *p.* 211. III. 2. *p.* 510. *S. G. Gmelin it.* I. *p.* 44. *t.* 9. *Pallas it.* I. *p.* 211.
Tarpany. *Rytſchk. Orenb.* 1. *p.* 233.

domeſticus. *β.* Equus domeſticus. *Klein quadr. p.* 4.

*Habitat gregatim ferus in campis* Beſſarabicis, *inque deſertis circa* Tanain, *et per omnem* Tatariam *magnam obviis, hoſpitatur ubique, per Hiſpanos quoque in* Americam *delatus, varietate innumera; ex domeſtico ferus iterum factus reperitur hodie, potiſſimum in* Tauria, *paſſim gregarius, mare duce, minor, vix domandus.*

*Animal herbivorum, rariſſime carnivorum, generoſum, ſuperbum, fortiſſimum in currendo (ut viſus ſit equus, qui minuti ſecundi tempore* 82½ *pedes anglicos cucurrit) portando, trahendo; aptiſſimum equitando, curſu furens, ſilvis delectatur; poſteriora curat; cauda conopes tabanosque abigit, alterum ſcalpit; pullum injuriae obnoxium reponit; hinnitu ſociam vocat. Calcitrando pugnat; ſudans ſe volutat; vegetabilia edit bove propius, ſemina diſſeminat; ventriculo exiguo ſimplici, inteſtino colo coecoque maximo, cyſtide fellea nulla, non vomit; ſtercus incaleſcit. Equuleus hippomane natus pedibus elongatis. Laeditur globulo auris, acicula pedis, naſi capiſtro, dentibus ſebo illitis, padi herba, phellandrii curculione? conope irritante. Edit impune aconitum. Utero gerit* 290 *dies. Laniarios dentes anno quinto acquirit; primores mutat anno ſecundo, tertio, quarto. Tataris caro eſculenta, lac, etiam fermentaſcens, potulentum, pellis in corium verſa.*

Hemionus. 5. E. unicolor, pedibus ſolidungulis, cauda calva extremitate piloſa, cruce nulla. *Pallas it.* III. *p.* 217. *n. nord. Beytr.* II. *p.* 1. *t.* 1. *nov. comm. Petrop.* XIX. *p.* 394. *t.* 7.

*Habitat in deſertis inter fluvium* Onon *et* Argun *interpoſitis (hodienum rarius), gregarius in deſertis* mongolicis, *potiſſimum deſerto* Gobi *ad* Sinae *regnique* Tibetani *fines usque, apricos, ſalſos, planos, herboſos campos amans, ſilvas*

---

Equi *pedibus poſticis calcitrant; mares mammas in penis glande habent.*

*vas monteſque nive candidos abhorrens, timidus providusque, curſu celerrimus, hactenus non cicuratus, auditu et olfactu acutiſſimo, hinnitu magis ſonoro, quam equi; infeſtatur lue in caballos et boves propaganda; mordendo et calcitrando pugnat; prurit Auguſto; parit equa vere pullum, utplurimum unicum. Caro Mongolis Tunguſisque delicioſa; pellis navium ſpeciei adaptatur.*

*Magnitudine et habitu proxime accedit ad mulum, at pulcrior, auriculis caudaque ad zebram, ungulis et reliquo corpore ad aſinum, artubus ad equum; differt tamen capite magno, fronte plana antrorſum anguſtata, collo graciliore quam reliquis ſpeciebus, et magis terete, pilis hieme ſeſquipollicaribus, mollibus, baſi pallide glaucis, cetera pallidis Iſabellae colore, dorſi undulatis, aeſtate vix $3\frac{1}{2}$ lineas longis; verticibus multis; cauda pene vaccina. Pondus circiter 560 libris medicis aequale, longitudo 5 pedes ſuperans; cauda pedem et 12 pollices longa, apice floccoſo nigro. Dentes 34.*

Aſinus. 2. E. pedibus ſolidungulis, cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra (mari) ſupra humeros.

Equus cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 100. *n.* 2. *Fn. ſuec.* 1. *n.* 35.

Equus auriculis longis flaccidis, juba brevi. *Briſſ. quadr.* 70.

Aſne. *Buff. hiſt. nat.* IV. *p.* 377. *t.* 11.

Aſs. *Penn. quadr. p.* 3. *n.* 3.

Eſel. *Geſn. Thierb. p.* 91.

ferus. α. Aſinus ſilveſtris. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 30. *Klein quadr. p.* 7.

Onager. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 44. *et* 58. *Aldrov. ſolid. p.* 352. *Jonſt. quadr. p.* 20. *t.* 7. 8. *Raj. quadr. p.* 63. *Pallas act. Petrop. ann.* 1777. *P.* II. *p.* 258. *n. nord. Beytr.* II. *p.* 22. *t.* 2.

Ονaγρος. *Oppian. cyneg.* III. 183.

Onagrus, Onager ſive Aſinus ſilveſtris. *Geſn. quadr. p.* 19.

Aſinus. *Charleton exerc. p.* 4.

Equus (Onager) auriculis longis, juba brevi, pelle tuberculis parvis ſcabra. *Briſſ. regn. an. p.* 104. *n.* 5.

L'aſne ſauvage. *Marmol. Afric.* 1. *p.* 53.

Wild aſſes. *Bell. it.* 1. *p.* 212.

Wilder Eſel. *Pallas neue nord. Beytr.* II. *p.* 22. *t.* 1. *Hablizl n. nord. Beytr.* IV. *p.* 88.

domeſticus. β. Aſinus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 43. *Geſn. quadr. p.* 3. *fig. p.* 4. *Schwenckf. theriotr. p.* 61. *Aldrov. ſolid. p.* 295

*Jonſt. quadrup. p.* 16. *t.* 6. *Sibb. Scot. an. p.* 6. *Raj. quadrup. p.* 63. *Sloan. jamaic.* 2. *p.* 327. *Klein quadr. p.* 6.

Ὄνος. *Ariſtotel. hiſt. anim.* I. *c.* 17. II. *c.* 18. V. *c.* 11. VI. *c.* 23.

Ane. *Tavern. it.* 1. *p.* 344. *Chardin it.* 3. *p.* 33.

Eſel. *Osb. Oſtind. p.* 35.

mulus. γ. hybridus ex aſino et equa, ſterilis.

Equus (Mulus) auriculis longis erectis, juba brevi. *Briſſ. regn. anim. p.* 103. *n.* 4.

Ὀρεύς. *Ariſtot. hiſt. anim.* I. *c.* 7. II. *c.* 5. VI. *c.* 24.

Mula, Mulus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 44. XI. *c.* 37.

Mulus. *Geſn. quadr. p.* 793. *Schwenckf. theriotr. p.* 62. *Aldrov. ſolid. p.* 358. *Jonſt. quadr. p.* 21. *t.* 6. *Charlet. exerc. p.* 4. *Raj. quadr. p.* 64. *Sloan. jam.* II. *p.* 327.

Aſinus biformis. *Klein quadr. p.* 6.

Grands mulets. *Buff. hiſt. nat.* IV. *p.* 401.

Mauleſel. *Geſn. Thierb. p.* 108. *Osb. Oſtind. p.* 35.

hinnus. δ. hybridus ex equo et aſina, ſterilis.

Γιννος. *Ariſtot. hiſt. an.* I. *c.* 7.

Mula, Hinnus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 44.

Hinnus. *Geſn. quadr. p.* 18. *Aldrov. ſolid. p.* 358. *Jonſt. quadr. p.* 21. *Charlet. exerc. p.* 4. *Raj. quadr. p.* 64.

Petits mulets. *Buffon hiſt. nat.* IV. *p.* 401.

*Habitat gregarius in deſertis* magnae Tartariae *montoſis, hieme poſt coitum in* Indiam *meridionalem et* Perſiam *migrans, circa urbem* Casbin *frequentiſſimus, olim quoque in* Natolia, Syria, Arabia *et* Africa, *hoſpitatur cultus et degener fere ubique, frigoris, non aeque plagarum et penuriae impatiens, ſpinis victitans, piger, tardus, manſuetus, ſtupidus, rudens, libidinoſus,* auriculis *magnis, flaccidis,* juba *brevi,* colore *cinereo, linea dorſali et transverſali ſcapularum nigra; at* α) *celerrimus, agiliſſimus, ſtructurae elegantioris et altioris, quam* β), *feras venans, tigridi tamen vincendae impar, non difficulter cicurandus, viſu, auditu olfactuque acutiſſimo pollens, aquam plantasque ſalſas et amaras amans, coloris candidi in argenteum ſplendorem vergentis, vertice tamen, colli truncique lateribus pallide luteis; juba ex nigricante fuſca; linea dorſalis coffeam colore aemulatur;* pili *equinis molliores.* Caro *Kirgiſis delicioſa;* pellis *egregium exhibet corium* (*chagrin*), *praeparationis modo demum granulatum. Longitudo* 4 *pedum cum* 10 *pollicibus.* β) *optimus in regioni-*

*gionibus calidioribus, in Angliam non delatus ante regnum Eliſabethae; ad* 30 *annos vivit, poſt dies* 290 *parit pullum plerumque unicum;* γ) *rariſſime foecundus, optimus hiſpanicus, maximus ſabaudicus, ad equum habitu et magnitudine propius accedens.* δ) *multo minor et deterior, magis rubicundus, auriculis equi, juba et cauda aſini.*

Zebra. 3. E. pedibus ſolidungulis, dilute fuſcus, faſciis fuſcis.

Equus faſciis fuſcis verſicolor. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 101. *n.* 3.

Equus (Zebra) auriculis brevibus erectis, juba brevi, lineis transverſis verſicolor. *Briſſ. regn. an. p.* 101. *n.* 2.

Equus indicus. *Jonſt. quadr. t.* 5.

Equus braſilienſis. *Jacob. muſ. reg. p.* 3. *t.* 2. *f.* 1. *Laur. muſ. reg. t.* 3. *f.* 18.

Equus ferus genere ſuo, Zebra, Zecora. *Klein quadr. p.* 5.

Zebra. *Purch. pilgr.* 2. *p.* 1001. *Charlet. exerc. p.* 4. *Raj. quadr. p.* 64. *Barbot guin. p.* 486. *Bancr. Guian. p.* 486. *Penn. quadr. p.* 2. *n.* 2.

Male Zebra. *Edw. av. t.* 222.

Zebra indica. *Aldrov. ſolidung. p.* 416. *fig. p.* 417. *Jonſt. quadr. p.* 21. *t.* 5.

Zecora. *Ludolf aeth.* I. *c.* 10. *n.* 35. *comm. p.* 150.

Zeura ou Zecora. *Lobo abiſſ.* 1. *p.* 291.

Aſne de beauté extraordinaire. *Thevenot it.* 2. *p.* 473.

Eſpece de fort beaux anes. *Dampier it.* 2. *p.* 250.

Zébre. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 1. *t.* 1.

Wilder Eſel. *Kolbe Vorgeb. p.* 146. *t.* 3. *f.* 2.

Indianiſch Maulthier. *Geſn. Thierb. p.* 120.

Africaniſches Tygerpferd oder Eſelpferd. *Knorr delic.* II. *tab.* K. 8.

*Habitat in* Africae *meridionalis campis gregarius, pulcerrimus, celerrimus, malignus, indocilis, junior tamen cicurandus, cum aſino coiens.* Magnitudo *muli;* juba *brevis erecta, una cum capite et corpore deorſum ſtriata, cruribus digitisque transverſim ſtriatis;* auriculae *erectae;* cauda *aſini.* Femina *ejusdem penitus coloris.*

Quagga. 4. E. pedibus ſolidungulis, ſupra caſtaneus, faſciis fuſcis, ad latera maculatus, ſubtus, pedibus cruribusque albus.

Quacha. *Penn. hiſt. p.* 14. *n.* 3.

Opuagha. *Maſſon act. angl.* LXVI. *p.* 297.

Zebre. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 1. *t.* 2.

Female Zebra. *Edw. av. t.* 223.

*Habitat in* Africa *meridionali gregibus ſeparatis, craſſior et robuſtior Zebra, faciliusque cicuranda, ita ut currui trahendo adaptari queat.*

## 34. HIPPOPOTAMUS. *Dentes primores* in utraque maxilla IV.

ſuperiores per paria remoti.

inferiores prominentes, intermediis longioribus.

*laniarii* ſolitarii, inferiores longiſſimi oblique truncati, recurvati.

*Pedes* margine unguiculati.

amphibius. 1. H. pedibus quadrilobis. *Syſt. nat.* X. *p.* 74. *Houttuyn* 3. *p.* 405. *t.* 28.

Behemoth. *Job c.* 40.

Ποταμιος ἱππος. *Ariſtot. hiſt. anim.* II. *c.* 7. 12. *Aelian. anim.* V. *c.* 53.

Hippopotamus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 25. *et* 26. XI. *c.* 12. 37. *et* 39. XXXII. *c.* 11. *Bel. poiſſ. p.* 47. *fig. p.* 50. *et obſ. p.* 104. *Geſn. aquat. p.* 494. *Columm. aq. p.* XXVIII. *fig. p.* XXX. *Aldrov. dig. p.* 181. 183–185. *Jonſt. quadr. p.* 108. *t.* 49. *Charlet. exerc. p.* 14. *Ludolf Aeth.* I. *c.* 10. *n.* 1. *p.* 155. *Raj. quadr. p.* 123. *Shaw it. p.* 427. *Klein quadrup. p.* 34. *t.* 3. *Briſſ. quadr. p.* 122. *Haſſelq. palaeſt. p.* 280. *Forsk. fn. orient. p.* IV. *Radzivil it. hieroſ.* 142. *Sparrmann act. Stockh.* 1778. IV. *n.* 12. *Chemniz Naturf.* XXI. *p.* 84.

Hippopotamo. *Zerenghi monogr.*

Hippopotame ou cheval marin. *Theven. it.* I. *p.* 491. *Marmol. afr.* I. *p.* 51. *Dampier it.* 3. *p.* 359. *Juſſieu act. Pariſ.* 1724. *p.* 209. *Lobo abiſſ.* 1. *p.* 258. *Maillet aeg.* 2. *p.* 31. *Adanſ. Seneg. p.* 73. *Buffon hiſt. nat.* XII. *p.* 22. *t.* 3. *et* 6. *f.* 1–3. *Penn. quadr. p.* 78. *n.* 59.

Cheropotamus et Hippopotamus. *Pr. Alpin.* I. V. 245. *t.* 22–25.

River

River-horſe or Hippopotamus. *Grew muſ. reg. ſoc. p.* 14. *t.* 1.

Hippopotami or River-horſes, Water-elephants, Ker-kamonon. *Barbot Guin. p.* 73. 117.

Seekuh. *Kolbe Vorgeb. p.* 168. *t.* 6. *f.* 1.

Waſſerochs. *Knorr delic.* II. *tab.* K. 12.

*Habitat in fluviis* Africae *a* Nigro *usque ad* caput bonae ſpei, *in lacubus* Aethiopiae, *quos transfluit* Nilus, *in* Nilo *quoque ſuperiore, olim etiam in inferiore, rarior ad oſtia fluviorum, jam a Coſma in* Aethiopia *et* Aegypto *obſervatus, polygynus, gregarius, aliquando ſex milliaribus a littore vagatus, ſacchari, colocaſiae, oryzae, milii plantationes devaſtat, pabulum quaeſiturus, quod noctu fit; radicibus quoque arborum veſcitur, nunquam piſcibus; cicurandus utique et mitis, niſi irritatus aut vulneratus, quo facto naviculas adeo aquae innatantes hominesque in iis incluſos ſumma audacia aggreditur; tarde incedit in ſicco, et humiles aggeres non tranſcendit; velociſſime autem natat, et in fundo aquae ingreditur, ut tamen non diu infra aquam permanere poſſit; dormit in inſulis fluviorum mediis arundine obſitis, ibique femina parit pullum unicum, quem tamen in aquis lactat. Vox inter mugitum bovis et elephantis intermedia valde ſonora. Dentes albiſſimi duriſſimi ipſo ebore duriores, nec tam facile flaveſcentes, ut ideo ad hominum dentes reſarciendos adaptentur.* Caro *eſculenta.* Cutis *clypeis adaptatur.*

*Magnitudo fere elephantis, ut* 4000–5000 *libras pondere,* 17 *aliquando pedes longitudine,* 7 *fere altitudine aequet; capite quamvis inſigni, trunco et habitu bovem, pedibus urſum, cute tenaciſſima denſiſſima rhinocerotem, laniariis, cauda, poſteriore trunci parte, vitae genere ſuem aliquantum refert;* os *ampliſſimum;* auriculae *minutae et acutae, pilis brevibus, tenuibus ciliatae;* oculi nares*que exigui;* labia *faſciculis pilorum;* dentes laniarii *aliquando* 27 *pollices longi, et* 9 *uncias ultra* 6 *libras ponderoſi;* dentes *molares ſimiliter albiſſimi, ad utrumque latus utriusque maxillae* 6–8. Cutis *obſcura, pilis albidis raris, in cervice paulo denſioribus, tecta;* cauda *circiter pedalis, calva;* crura *brevia, craſſa; lobi pedum non annexi.*

 TAPIR.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0229-0

**TAPIR.** *Dentes primores* in utraque maxilla X.
*laniarii* nulli.
*Pedes* anteriores ungulis IV.
poſteriores ungulis III.

americanus. 1. T. *Briſſ. regn. an. p.* 119. *Buff. hiſt. nat.* XI. *p.* 444. *t.* 43. *Penn. quadr. p.* 82. *n.* 60.
Tapihires. *Thevet coſmogr.* II. *fol.* 937. b.
Tapiirete. *Marcgr. Braſ. p.* 229. *Piſ. Ind. p.* 101. *Raj. quadr. p.* 126. *Klein quadr. p.* 36.
Hippopotamus (terreſtris) pedibus poſticis triſulcis. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 74. *n.* 2.
Beori animal. *Laët amer. p.* 328.
Danta. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 187. *Jonſt. quadr. p.* 216. *Cieza Peru. p.* 20.
Antes. *Nicah. Braſil. p.* 23.
Anta. *Marcgr. Braſ. p.* 229. *Gum. Orin.* 1. *p.* 300. *Buff. hiſt.* XI. *p.* 444.
Vache montagnarde. *Dampier it.* 3. *p.* 356.
Elan. *Condam. it. p.* 163.
Sus aquaticus multiſulcus, Tapir, Maypoury. *Barr. Fr. éq. p.* 160.
Sus aquaticus muſticulus. *Fermin Surin.* 2. *p.* 80.
Hydrochaerus Tapir. *Erxl. mamm. p.* 191. *n.* 1.
Waſſerſchwein. *Knorr delic.* II. *tab.* K. 13.
*Habitat gregarius in ſilvis et fluviis plagarum orientalium* Americae *auſtralis ab iſthmo* Darien *ad* Amazonum *usque fluvium, dormit interdiu in ſilvis obſcuriſſimis et denſiſſimis, noctu cibum quaerit, et gramine, ſaccharo, fructibus victitat; mitis, facileque cicurandus, meticuloſus, ſalax, egregie natat, urinatur et in aquae fundo incedit; timefactus etiam aquam intrat. Caro americanorum palato arridet. Animal eorum, quae Americae propria ſunt, maximum, vaccae minoris magnitudine, habitu ſuis;* cutis *tenax;* vellus *fuſcum pilis brevibus, junioribus albo-maculatum;* auriculae *ſubrotundae, erectae, majusculae;* oculi *minuti;* dentes molares *ſupra et infra utrinque* 5; maxilla *utraque acuta;* naſus (*mari*) *elongatus in proboſcidem tenuem, extenſilem, lateribus ſulcatam, ultra maxillam inferiorem prominentem;* collum *craſſum, breve, cervice ſetis ſesquipollicaribus jubata;* dorſum *arcuatum;* pedes *breves, ungulis nigris cavis;* cauda *breviſſima nuda.*

35. SUS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0230-1 DFG

35. SUS. *Dentes primores* ſuperiores IV convergentes.
inferiores (plerisque) VI prominentes.
*laniarii* ſuperiores II breviores.
inferiores II exſerti.
*Roſtrum* truncatum, prominens, mobile.
*Pedes* (utplurimum) biſulci.

Scrofa. 1. S. dorſo antice ſetoſo, cauda piloſa. *Fn. ſuec.* 21. *Amoen. ac.* V. *p.* 461.

ferus. α. S. caudatus auriculis brevibus ſubrotundis, cauda piloſa. *Briſſ. quadr.* 75.
Ὑς ἄγριος. *Ariſtot. hiſt. an.* I. *c.* 2.
Καπρος. *Ariſtot. hiſt. anim.* II. *c.* 9. *et* 11. V. *c.* 13. *Oppian. cyneg.* III. 364.
Συς ἄγριος. *Aelian. anim.* V. *c.* 45.
Sus. *Charlet. exerc. p.* 13.
Sus ferus. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 51.
Sus agreſtis ſive aper. *Raj. quadr. p.* 96.
Porcus. *Plin. hiſt. nat.* XVIII. *c.* 35. *Jonſt. quadr. t.* 48. *Klein quadr. p.* 25.
Aper. *Geſn. quadr. p.* 1039. *fig. p.* 1040. *Schwenckf. theriotr. p.* 54. *Aldr. biſulc. p.* 1013. *fig. p.* 1025. *Jonſt. quadrup. p.* 105. *t.* 47. 48. *Rzacz. Polon. p.* 213. *auct. p.* 305.
Cochons ſauvages, ou marons, ou ſangliers. *Des Marchr. it.* 3. *p.* 296.
Sanglier et Marcaſſin. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 99. *t.* 14. *et* 17. *f.* 1.
Wild Hog. *Brown Jam. p.* 487.
Wild Schwein. *Geſn. Thierb. p.* 336. *Ridinger jagdb.* Th. *t.* 6.

domeſticus. β. S. caudatus, auriculis oblongis acutis, cauda piloſa. *Briſſ. quadr. p.* 74.

vulgaris. a. Sus, Verres, Scrofa. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 51. X. *c.* 63. *et* 73. XI. *c.* 37. *et* 39. *Geſn. quadr. p.* 982. *fig. p.* 983. *Schwenckf. theriotr.* 123. *Aldr. biſ.* 937. *fig. p.* 1006. *Jonſt. quadr. p.* 99. *t.* 47. *Sibb. Scot. an. p.* 9.
Ὑς. *Ariſtot. hiſt. an.* II. *c.* 5. *et* 7. V. *c.* 13. VI. *c.* 8. *et* 28. VIII. *c.* 9. *Aelian. an.* III. *c.* 3. X. *c.* 16.



Sues *fodiunt naribus, orbiculo tendinibus affixo, radicesque evellunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0231-7

Sus ſeu porcus domeſticus. *Raj. quadrup. p.* 92. *Sloan. jam.* II *p.* 328.

Porci. *Rzacz. Pol. p.* 243. *auct. p.* 333.

Cochon, Verrat *et* Cochon de lait. *Buffon hiſt. nat.* V. *p.* 99. *t.* 16. *et* 17. *f.* 2.

Schwein. *Geſn. Thierb. p.* 331.

monungulus. b. S. ungula indiviſa. *Ariſtot. hiſt. an.* II. *c.* 7. *Plin. hiſt. nat.* XI. *c.* 46.

ſinenſis. c. S. dorſo ſubnudo, abdomine ad terram usque propendente. *It. Wyoth.* 62. *It. ſcan.* 72.

*Habitat in* Europa *auſtraliore*, Perſia *boreali*, Japonia, *a* Syria *ad lacum* Baical, *in ipſa* Africa *boreali*, *hoſpitatur, zona frigida excepta, ubique, frigus enim non fert; odore pollet, naribus fodiens terram; quisquilias, ſtercus, ſucculenta, radices variaque ſpurcata, ipſamque non raro prolem vorans; multa ſeligens; pinguiſſimum, adipe inter cutem et panniculum carnoſum collecto, ſtupidum, ſomnolentum, lente feſtinans, tempeſtatum praenuncium et impatiens animal; apricatur in ſole, in coeno ſe volutat, immundum, grunniens accurrit clamanti affini adverſus hoſtem ſpumante ore, dentibusque immane, crotalis infeſtum, quos ſine noxa vorat; libidine ſubat; tardum venere; pene laxo longo, mammis numeroſiſſimis, prole multa ad* 20, *quam per* 4 *menſes utero gerit; dentes non amittit, et* 25–30 *annorum aetatem aſſequitur. Caro et multae aliae partes ganeae numeroſa materies. Infeſtatur pediculis, hydatidibus; laborat ſcrophulis, ſcabie; occiditur pipere.*

α) *nigro-caneſcens, junior ſtriis longitudinalibus flaveſcentibus et fuſcis, lana inter ſetas profundius radicatas nulla; lardum nullum; roſtrum et dentes laniarii longiores; auriculae breviores ſubrotundae; animal celerrimum parit Majo et Junio.* β. a. *in temperatioribus majus, frequentiſſime albicans, ſed et luteum, nigrum, cinereum, rubrum, maculatum, in* Tataria *majore ex argenteo cinereum, auriculis longioribus, acutis, ſubpendulis;* β. b. *Upſaliae frequens alibique;* β. c. *in* Sina *inſulisque maris indici et auſtralis, nunc etiam paſſim in* Europa, *culta varietas minor, ex albo nigroque variegata, aut ex nigro paululum caneſcens, magis munda, pedibus brevioribus, cauda breviſſima, pendula; carne albidiore et ſapidiore.*

2. S.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0232-2 DFG

Porcus. 2. S. dorſo poſtice ſetoſo, cauda longitudine pedum, umbilico cyſtifero.

Sus (guineenſis) caudatus, auriculis longis et acuminatis, cauda nuda. *Briſſ. regn. anim. p.* 109. *n.* 4.

Porcus guineenſis. *Marcgr. braſil. p.* 230. *Jonſt. quadr. t.* 46. *Raj. quadr. p.* 96. *Klein quadr. p.* 26.

Cochon de Guinée. *Buff. hiſt. nat.* XV. *p.* 146.

Guinea-Hog. *Brown. jam. p.* 487. *Penn. quadr. p.* 69.

β. Cochon de Siam. *Buff. hiſt. nat.* V. *p.* 99. *t.* 15.

*Habitat in* Guinea, *inde in* Braſiliam *delatus*, *β. in regno* Siamenſi; *ſcrofae affinis, an mera varietas? capite reliquoque corpore minor;* cauda *nuda;* auriculae *elongatae valde acuminatae;* corpus *rufum*, *pilis brevibus rubris ſplendentibus, longioribus circa cervicem et ſupra clunes.*

Tajaſſu. 3. S. dorſo cyſtifero, cauda nulla.

Sus (Aper mexicanus) ecaudatus, folliculum ichoroſum in dorſo gerens. *Briſſ. regn. an. p.* 111. *n.* 6.

Sues, quibus umbilicus in dorſo. *Aldr. biſ. p.* 939.

Sus minor, umbilico in dorſo, Tajacu, Cochon noir. *Barr. Fr. équin. p.* 161.

Porcus americanus. *Charlet. exerc. p.* 14. *Seb. muſ.* I. *t.* 111. *f.* 4.

Porcus moſchiferus. *Klein quadr. p.* 25.

Quauhtla Coymatl, Quapizotl. *Hernand. mex. p.* 637.

Coyamatl ſeu Quauhioyamatl. *Fernand. an. p.* 8.

Tajaſſoub, Sanglier. *Thevet coſmogr.* II. *fol.* 936. b.

Zainus. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 170. *Jonſt. quadr. p.* 107. *t.* 46. *Muſ. Worm. p.* 340.

Tajaçu. *Marcgr. braſil. p.* 229. *Piſ. Ind. p.* 98. *Tyſon act. angl. n.* 153. *p.* 359. *Raj. quadr. p.* 97.

Javaris. *Rochefort antill. p.* 138.

Eſpece de cochon, qu'on appelle Peccary. *Wafer it. p.* 222.

Sangliers appellés Pecaris. *des March. it.* 3. *p.* 296.

Javalies o Paquiras. *Gumill. Orin.* I. *p.* 293.

Pingo. *Fermin Surin.* 2. *p.* 79.

Pecari ou Tajacu. *Buff. hiſt. nat.* X. *p.* 21. *t.* 3. 4.

Picary. *Bancr. Guian. p.* 125.

Mexican Hog. *Penn. quadr. p.* 72. *n.* 56.

*Habitat gregarius in calidiſſimarum* Americae *regionum*, novae Hiſpaniae, Panamae, Braſiliae, Guianiae, *et inſularum* Antillarum *ſilvis montoſis, ferus, facile tamen cicurandus, coeni non amans, neque pingueſcens, uti quidem ſcrofa; victitat fructibus, radicibus, ſerpentibus,* repti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0233-8

*reptilibus*; caro *bona*, *modo ſtatim a morte animalis exſcindatur cyſtis dorſalis.*

Figura *accedit ad ſcrofam ſinenſem*, *longitudine ad* 3 *pedes*; dentes laniarii *ſuperiores ore clauſo vix conſpicui*; auriculae *breves*, *erectae*, *acuminatae*; oculi *plani*; collum *breve craſſum*; ſetae *majores*, *quam ſcrofae*, *ad aculeos erinacei accedentes*, *ex nigro caneſcentes*, *albo annulatae*, *cervicis et dorſi longiſſimae*; cyſtis *verſus clunes poſita*, *liquore caſtoreum fere olente referta.*

africanus. 6. S. dentibus primoribus duobus. *Penn. hiſt. of quadr. p.* 132. *n.* 63.

Sanglier de cap verd. *Buffon hiſt. nat.* XIV. *p.* 409. XV. *p.* 148.

*Habitat in* Africa *a capite viridi ad caput bonae ſpei.*

Corpus *ſetis longiſſimis tenuibus tectum*; caput *elongatum*; naſus *gracilis*; dentes canini *lati*, *eboris duritie*, *ſuperiores craſſi*, *oblique truncati*; molares *in utraque maxilla utrinque* VI, *anteriores maximi*; maxilla ſuperior *inferiori multo longior*; auriculae *anguſtae*, *erectae*, *acuminatae*, *apice ſetis longiſſimis barbatae*; cauda *gracilis floccoſa*, *primum crurum articulum attingens.*

aethiopicus. 4. S. ſacculo molli ſub oculis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 223.

Aper aethiopicus. *Pallas miſcell. zool. p.* 16. *t.* 2. *ſpicil. zool.* II. *p.* 3. *t.* 1. XI. *p.* 84. *t.* 5. *f.* 7.

Engalla. *Meroll. Cong. p.* 667. *Sorrento it. apud Church.* I. 667.

Emgalo or Engulo. *Barbot Guin. p.* 487.

Porc ſanglier. *Flacourt Madag. p.* 151.

Sanglier hideux. *Damp. it.* 1. *p.* 405.

Sanglier du cap verd. *Buff. hiſt. nat. ſuppl.* III. *p.* 76. *t.* 11.

African wild boar. *Deslandes Martyn's mem. acad.* V. 386.

Ethiopian hog. *Penn. quadr. p.* 70. *n.* 53.

*Habitat in* Madagaſcar *et calidiſſimis* Africae *interioris*, *ferox*, *lamium purpureum fere olens*, *celer*, *ſcrofa agilior*, *vivacior*, *aſtutior*, *cum qua non coit*; *nondum adultus* 4 *pedes*, *et* 9 *pollices longus.*

Corpus *craſſum*, *latum*, *nudiuſculum*, *ſetis faſciculatis ex fuſco nigris*, *in dorſo longioribus*, *in nucha longiſſimis*; caput *ingens*; roſtrum *truncatum*, *deorſum flexum*, *fere corneum*; os *parvum*; *loco* dentium primorum, *quibus caret*, *gingivae anterius durae*, *convexae*, *laeves*; laniarii *infra minores*, *ſupra majores*, *apice ſurſum verſo*;

mola-

molares *utrinque* VI. auriculae *ſubacutae*; oculi *in ſummo capite*, *parvi*, *ſibi auriculisque propiores*, *quam in ſerofa*, *ſub his ſaccus mollis*, cute *laxa nigra*, *cum appendice duriore zygomatica utrinque*. Cauda *nuda*.

Babyruſ-ſa. 5. S. dentibus duobus caninis fronti innatis.
Sus dentibus caninis verſus frontem reclinatis. *Erxl. mamm. p.* 188. *n.* 5.
Sus (Aper orientalis) caudatus, dentibus caninis ſuperioribus ab origine ſurſum verſis arcuatis, cauda floccoſa. *Briſſ. regn. an. p.* 110. *n.* 5.
Ὑς τετρακερως. *Aelian. anim.* XVII. *c.* 10.
Aper in India. *Plin. hiſt. nat.* VIII. *c.* 52.
Aper cornutus. *Calpurn. eclog.* 7. *v.* 58.
Aper indicus orientalis, Babi Raeſa dictus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 80. *t.* 50. *f.* 2.
Porcus indicus Babyrouſſa dictus. *Raj. quadr. p.* 96. *Klein quadr. p.* 25.
Strange Hogs, Hogs with hornes. *Purch. pilgr.* II. *p.* 1695. V. *p.* 566.
Horned hog. *Grew muſ. reg. ſoc. p.* 27. *t.* 1.
Indian hog. *Penn. quadr. p.* 73. *n.* 57. *t.* 11. *f.* 1.
Baby rouſſa, Babirouſſa, Babyruſa, Babi-Roeſa. *Bont. ind. or. p.* 61. *Jacob. muſ. reg. p.* 5. *t.* 2. *f.* 5. *Laus. muſ. reg. t.* 3. *f.* 28. *Valent. Amboin.* 3. *p.* 268. *Buff. hiſt. nat.* XII. *p.* 379. *t.* 48.
Eberhirſch oder Hirſcheber. *Knorr delic.* II. *t.* K. 7.
*Habitat in inſula* Java, Celebes *et* Buero *prope* Amboinam, *in reliquis inſulis* oceani indici *hoſpitatur cicuratus*, *an* Χοιρελαφος *Coſmae? gregarius*, *olfactu acri*; *herbis foliisque victitans*, *bene natans et urinans*; *voce ſcrofae ſimilis*; *carne bona*; *magnitudo cervi*.
Corpus *gracilius*, *quam congeneribus*, *ex fuſco griſeum*, *fere lanatum*, *dorſo tamen adſperſis ſetis mollibus*; caput *oblongum anguſtum*, oculis *minutis*; auriculis *parvis*, *erectis*, *acutis*; dentes molares *in utraque maxilla utrinque* V; laniarii *ſuperiores perforantes maxillam ſuperiorem*, *recurvati inſtar duorum cornuum*, *inferiores magni minus recurvi*; crura *longa gracilia*; cauda *longa*, *contorta*, *apice floccoſa*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0235-9

## VII. CETE.

*Spiracula ad calvariae anteriora poſita.*
*Pedes nulli.*
*Pinnae pectorales absque unguibus.*
*Cauda horizontalis.*

### 37. MONODON.

*Dentes* duo in maxilla ſuperiore exſerti praelongi recti ſpirales.
*Fiſtula* reſpiratoria in parte calvariae anteriore et ſuperiore.

Monoceros. 1. Monodon. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Fn. ſuec.* 48. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 52. *Müller zool. dan. prodr. p.* 6. *n.* 44.
Monoceros, Unicornu marinum. *Charlet. exerc. piſc. p.* 47.
Monoceros piſcis e genere cetaceo. *Willughb. piſc. p.* 42. *app. p.* 12. *t.* A. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 11.
Unicornu marinum. *Muſ. Worm. p.* 282. 283.
Narhwal. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 18. *t.* 2. *f.* C.
Narhwal oder Einhorn. *Anderſ. Isl. p.* 225. *Cranz Groenl. p.* 146.
Einhorn. *Mart. Spizb. p.* 94.
Eenhiörning ou le Narhval, Lioorne. *Egede Groenl. p.* 56.
*Habitat in* Americae *et* Europae *oceano ſeptentrionali, velociſſime natans, ut, quamvis non rarus, raro tamen capiatur.*
*Animal* 20–22, *ſi fides aliis*, 40–60 *pedes longum*, 12 *circiter latum.* Cutis *alba in dorſo nigro-maculata, lardo copioſo ſubjacente;* pinna *dorſalis nulla, pectorales* 2 *exiguae;* caput *parvum;* oculi *perexigui;* dentes, *unicornu nomine vulgo venientes, juniori animali* 2, *interdum laevus, labium ſuperius perforantes, adultiori ſaepiſſime unicus. Unicornu alterum fictitium eſſe, mechanicis et zoologicis argumentis evincit* Camper.

38. BA-

---

Cetorum *ſpecies in mari rubro rariores, pauciores rite cognitae; quibusdam pinna dorſalis, omnibus pinna caudae et pectorales, nullis anales aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0236-5 DFG

## 38. BALAENA. *Dentium* loco in maxilla ſuperiore laminae corneae.
*Fiſtula* reſpiratoria duplici orificio externo ſupra caput.

Myſticetus. 1. B. naribus flexuoſis in medio anteriore capite, dorſo impenni. *Fn. ſuec.* 49. *Artic. gen.* 76. *ſyn.* 106.

Balaena (groenlandica) fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Linn. muſ. Ad. Frid.* I. *p.* 51.

Balaena dorſo impinni, fiſtula in medio capite, dorſo caudam verſus carinato. *Gron. zooph.* 139.

Balaena (vulgaris groenlandica) bipinnis, in dorſo nigricans, in ventre alba, dorſo laevi. *Briſſ. regn. an. p.* 347. *n.* 1.

Balaena major, laminas corneas in maxilla ſuperiore habens, fiſtula donata, bipinnis Sibb. et Balaena vulgaris edentula, dorſo non pinnato. *Raj. piſc. p.* 16. *et* 6.

Balaena vera Zorydrageri. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 11.

Balaena vera Rondeletii, *et* Balaena Rondeletii, Geſneri et aliorum. *Willughb. piſc. p.* 38. 35.

Balaena vulgo dicta ſive muſculus. *Rondelet. piſc. p.* 475.

Balaena vulgo dicta ſive Myſticetus Ariſtotelis, Muſculus Plinii. *Geſn. aquat. p.* 132.

Balaena vulgaris. *Charlet. exerc. piſc. p.* 46.

Balaena vulgi. *Muſ. Worm. p.* 281. *Jonſt. piſc. p.* 216. *Aldrov. piſc. p.* 688.

Balaena. *Plin. hiſt. nat.* IX. *c.* 6. 7. 13. *Schonev. ichth. p.* 24. *Aldrov. piſc. p.* 675. *fig. p.* 677–682. *Sibb. Scot. an. p.* 23.

Φαλαινα. *Ariſtot. hiſt. an.* I. *c.* 5. III. *c.* 16. *Aelian. anim.* V. *c.* 4.

Μυϛικητος. *Ariſtot. hiſt. an.* III. *c.* 10.

Hvalfisk. *Egede Groenl. fig. p.* 48.

Der rechte groenlaendiſche Wallfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 212. *Cranz Groenl. p.* 141.

Wallfiſch. *Mart. Spitzb. p.* 98. *t.* Q. *f.* a. b.

β. Balaena (islandica) bipinnis ex nigro candicans, dorſo laevi. *Briſſ. regn. an. p.* 350. *n.* 2.

Balaena glacialis. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 12.

Autre eſpece, qu'on appelle Nord-kapper. *Egede Groenl. p.* 53.

Nordcaper. *Anderſ. Isl. p.* 219. *Cranz Groenl. p.* 145.

γ. Ba-

γ. Balaena major, laminas corneas in ſuperiore maxilla habens, bipinnis, fiſtula carens Sibb. *Raj. piſc. p.* 16. (*niſi ficta ſit.*)

*Habitat verſus* polum arcticum, *potiſſimum circa* Groenlandiam *et* Spitzbergen, *timidum, velociſſimum animal, quamvis omnium maximum, ut* 50–60, *imo ſecundum alios* 70–80, *aliquando* 100 *pedes longitudine aequet, β. tamen minor graciliorque varietas; victitat cancro pedato et oculato, Argonauta arctica et Clione bitentaculata, β. meduſis clupeisque.* Femina, *mammis* 2 *parvis abdominalibus gaudens,* 9–10 *menſes gravida, ſimplicem, raro duplicem parit prolem, ad* 10 *pedes longam, quam mire amat.* Caro *ſicca, in cauda magis ſucculenta, mollior, edulis, parum tamen ſapida.* Laminae *corneae frequentiſſimi uſus, apice et margine fiſſae in ſetas, in unico animali circiter* 700, *media longiſſima* 18–20 *pedibus aequali.* Lardum *inter cutem et carnem copioſiſſimum, ut ex unica balaena ejus obtineantur* 70–90 *dolia, ex quo tunc excoquitur oleum; has propter partes capitur, captura jam* Iſidori *et* Vincentii *tempore notiſſima, teſte* Guilielmo Britone, *poëta ſeculi duodecimi, eo tempore ad littora Galliae lucroſa et vulgata.*

Caput *partem tertiam corporis efficit, ſupra planiuſculum tecti inſtar cum tuberculo, in quo ſpiracula;* os *longum, forma litterae* S *curvatum, ad oculos usque protenſum;* maxilla *inferior, medio praeſertim, latiſſima;* lingua *mollis, maxillae inferiori adhaerens, alba, ad latera nigromaculata;* oculi *bovillorum magnitudine, laterales, remotiſſimi ſupra aures;* cutis *craſſitie pollicis,* epidermis *calami ſcriptorii, nitida, raro tota nigra vel nigro et flavo varia, rarius tota alba.* Angulus *ſubacutus a media cauda ſubbifida ſecundum dorſi medium extenſus, brevis.* Penis *vaginatus,* 6–8 *pedes longus.*

Phyſalus. 2. B. fiſtula duplici in medio anteriore capite, dorſo extremo pinna adipoſa. *Fn. ſuec.* 50. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107.

Balaena tripinnis, ventre laevi. *Briſſ. regn. an. p.* 352. *n.* 5.

Balaena edentula, corpore ſtrictiore, dorſo pinnato. *Raj. piſc.* 9. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 13.

Phyſalus bellua ſ. Phyſeter. *Geſn. aquat. p.* 851.

Phyſeter. *Plin. hiſt. nat.* IX. *c.* 4. XXXII. *c.* 11. *Rondel. piſc. p.* 485. *Aldrov. piſc. p.* 689. *Jonſt. piſc. p.* 217. *Charlet. exerc. piſc. p.* 47. *Sibb. Scot. an. p.* 23. *Willughb. piſc. p.* 41.

Finne-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0238-6 DFG

Finne-fiske. *Egede Groenl. p.* 48.

Finnfiſch. *Mart. Spizberg. p.* 125. *tab.* Q. *fig.* c. *Anderſ. Isl. p.* 219. *Cranz Groenl. p.* 145.

*Habitat in* oceano americano *et* europaeo *aequalis cum myſticeto longitudinis, ſed minus pinguis, triplo vel quadruplo gracilior, oris rictu ampliore, laminis corneis brevioribus caeruleis, carne magis ſapida; aquam majori vi ex fiſtulis ejicit, veſcitur clupeis et ſcombris;* corpus *nitidum fuſcum ſubtus album.* Pinna dorſalis *recta acuta,* 3–4 *pedes longa.*

Boops. 3. B. fiſtula duplici in roſtro, dorſo extremo protuberantia cornea. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107.

Balaena tripinnis, ventre rugoſo, roſtro acuto. *Briſſ. regn. an. p.* 355. *n.* 7.

Balaena tripinnis nares habens cum roſtro acuto et plicis in ventre. *Raj. piſc.* 16.

Jubartes. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 13.

Jupiterfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 220. *Cranz Groenl. p.* 146.

*Habitat in Oceano ſeptentrionali et meridionali* 46 *pedes longa, circa pinnas pectorales* 20 *pedes in ambitu craſſa, laeviſſima, nigra, abdomine albo, ſecundum longitudinem rugoſo.* Caput *oblongum, roſtro ſubacuto;* lingua 5 *pedes longa, bovillae ſimilis;* oculi *prope angulos oris ſiti, bovillorum magnitudine.*

gibboſa. 5. B. dorſo gibboſo, pinna dorſali nulla.

α. Balaena bipinnis, gibbis dorſalibus ſex. *Briſſ. regn. anim. p.* 351. *n.* 4.

Balaena gibbis dorſalibus ſex. *Erxl. mamm. p.* 610. *n.* 5.

Balaena gibbis vel nodis ſex, balaena macra. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 13.

Knotenfiſch oder Knobbelfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 225. *Cranz Groenl. p.* 146.

β. Balaena (novae Angliae) bipinnis, unico in dorſo gibbo. *Briſſ. regn. anim. p.* 351. *n.* 3.

Balaena gibbo unico prope caudam. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 12.

Pflokfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 224. *Cranz Groenl. p.* 146.

*Habitat β. circa* novam Angliam, *gibbo verſus caudam ſito caput humanum ſuperante; α. figura myſticeti, laminis corneis albis.*

Muſculus. 4. B. fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 107. *ſpec.* 106.

Balaena tripinnis, ventre rugoſo, roſtro rotundo. *Briſſon regn. an. p.* 353. *n.* 6.

Balaena tripinnis, maxillam inferiorem rotundam et ſuperiorem multo latiorem habens Sibb. *Raj. ſyn. piſc. p.* 17.

Φαλενα, Balena, Balaena, Baleine, Italis Capidolio. *Bell. aquat. p.* 4. 6.

Balena Bellonii. *Aldrov. piſc. p.* 676.

*Habitat in mari* ſcotico, *victitans clupeis, ſupra nigra, ſubtus alba, 78 pedes longa, ambitu 35 pedes ſuperante;* maxilla *inferior ſemicircularis, ſuperior apice acuta;* rictus *ingens;* laminae *corneae nigrae breves, ut longiſſimae tres pedes non excedant;* fiſtula *pyramidalis, verſus frontem poſita, ſepto diviſa;* abdomen *rugis plurimis;* dorſum *pinna adipoſa.*

roſtrata. 6. B. ore roſtrato, dorſi pinna adipoſa.

Balaena (roſtrata) minima roſtro longiſſimo et acutiſſimo. *Müller zool. dan. prodr. p.* 7. *n.* 48. *Chemniz Beſch. der berl. Naturf.* IV. 183.

Balaena ore roſtrato, balaena tripinnis edentula minor, roſtro parvo. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 13.

*Habitat in mari* norwegico, *Boopi ſatis ſimilis, ſubpinguis, nigerrima, 25 pedes longa, celerrime natans, viſu acuto;* maxilla *inferior ſuperiore craſſior, in ſuperiore dentem lateralem ſolitarium, laminas corneas nullas obſervavit* Chemniz, *an ergo hujus generis?*

## 39. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore, nulli in ſuperiore. *Fiſtula* in capite ſ. fronte ſumma.

Catodon. 1. Ph. dorſo impinni, fiſtula in roſtro.

Catodon fiſtula in roſtro. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108.

Cetus (minor) bipinnis, fiſtula in roſtro. *Briſſ. regn. anim. p.* 361. *n.* 4.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0240-7 DFG

Balaena minor, in inferiore maxilla tantum dentata, ſine pinna aut ſpina in dorſo Sibb. *Raj. piſc. p.* 15.

*Habitat in Oceano ſeptentrionali, 24 circiter pedes longus; capite rotundo, rictu parvo;* fiſtula *naſum referente in roſtro.*

macrocephalus. 2. Ph. dorſo impinni, fiſtula in cervice.

Catodon fiſtula in cervice. *Fn. ſuec.* 53. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108.

α. Cetus bipinnis ſupra niger infra albicans, fiſtula in cervice. *Briſſ. regn. an. p.* 357. *n.* 1.

Catodon fiſtula in nucha, dorſo topho inſtructo, the Spermaceti Whale. *Brown. jam. p.* 459.

Cete Pot Walfiſh Batavis maris accolis dictum, *et* Balaena major, in inferiore tantum maxilla dentata macrocephala, bipinnis Sibb. *Raj. piſc. p.* 11. 15.

Balaena. *Jonſt. piſc. p.* 215. *t.* 41. 42. *Willughb. piſc. t.* A. 1. *f.* 3.

Aliud cete admirabile. *Cluſ. exot. p.* 131.

Cete Cluſio deſcriptum, Pot-Walfiſch Batavis maris accolis dictum. *Willughb. piſc. p.* 41.

Cete Cluſii. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 14.

Cetus dentatus. *Muſ. Worm. p.* 280. *Charlet. exerc. piſc. p.* 47. *Sibb. Scot. an. p.* 23.

Cachelot. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 14. *Egede Groenl. p.* 54. *Anderſ. Isl. p.* 232. *Cranz Groenl. p.* 148.

β. Cetus (albicans) bipinnis ex albo flaveſcens, fiſtula in cervice, dorſo laevi. *Briſſ. regn. anim. p.* 359. *n.* 2.

Balaena albicans, Weiſsfiſch Martenſii et Zorgdrageri. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 12.

Albus piſcis cetaceus. *Raj. piſc. p.* 11.

Poiſſon blanc, Hviid-fiske. *Egede Groenl. p.* 55.

Weiſsfiſch. *Mart. Spitzb. p.* 94.

γ. Cetus (novae Angliae) bipinnis, fiſtula in cervice, dorſo gibboſo. *Briſſ. regn. an. p.* 360. *n.* 3.

Dudleji Balaena. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 15.

*Habitat* α) *in oceano* Europaeo, β) *in freto* Davis, γ) *circa* novam Angliam; α) *ad et ultra* 60 *pedes longus*, 36 *pedes in ambitu craſſus, ſupra niger infra albus*; caput *craſſiſſimum, maxilla inferiore minore cum dentibus* 46 *duplici ſerie* 2 – 3 pollices *ex gingiva exſertis, a totidem alveolis in maxilla ſuperiori exceptis. Mammae retractiles. Victitat potiſſimum ſepia octopodia.*

*Ex hujus capite ſperma ceti, propriae cavitati oſſeae, cute communi obtectae incluſum; ex inteſtinis aegri debilisque ambra griſea, quae non eſt, niſi ejus ſcybala, praeter naturam indurata. Schwediauer act. angl. ann.* 1783. P. 1. *n.* 15.

β. *figura myſticeti, capite tamen acutiore;* 15 – 16 *pedes modo longus, ex albo flaveſcens; dentibus parumper incurvis, compreſſis, apice rotundatis.*

γ. *ex cinereo nigricans* 60 – 70 *pedes longus*, 30 – 40 *in ambitu craſſus, gibbere dorſali pedem craſſo, capite praegrandi, oculis exiguis;* maxilla *inferior ſuperiore multo anguſtior dentibus plurimis munita, ſuperior totidem alveolis.*

microps. 3. Ph. dorſo pinna longa, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104.

α. Cetus tripinnis, dentibus acutis arcuatis falciformibus. *Briſſ. regn. an. p.* 363. *n.* 6.

Balaena major in inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam ſeu ſpinam in dorſo habens Sibb. *Raj. piſc. p.* 15.

Balaena major, in inferiore tantum mandibula dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam ſeu ſpinam in dorſo habens. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 15.

Dritte Species der Cachelotte. *Anderſ. Isl. p.* 248.

β. Cetus tripinnis, dentibus acutis, rectis. *Briſſ. regn. anim. p.* 362. *n.* 9.

Zweyte Species der Cachelotte. *Anderſ. Isl. p.* 246.

*Habitat in oceano ſeptentrionali;* caput *maximum;* maxilla *ſuperior tot alveolis exarata, quot dentibus armata inferior*, oculi *exigui;* cutis *laeviſſima.* α) *ad* 70 *pedes longus ex fuſco nigricans, phocaenas exagitat ſaepe usque in*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0242-8 DFG

*ipſam terram.* Dentes 42 *rotundi, parumper compreſſi, falcis inſtar curvati, medio craſſiores;* fiſtula *paululum ſub roſtri medio;* pinna dorſalis *ſat longa acuminata, ut ſpinam fere referat.*

*β)* 80–100 *pedes longus, ſupra nigricans, ſubtus albicans, gibbere altiſſimo in parte dorſi ſuperiore, et pinna caudam verſus poſita;* caput *dimidia fere corporis longitudine;* oculi *ſplendentes, flavicantes;* lingua *parva, acuta;* dentes *craſſi, recti, apice acuti, quaſi ſerrae.*

Turſio. 4. Ph. dorſi pinna altiſſima, apice dentium plano. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104.

Cetus tripinnis, dentibus in planum deſinentibus. *Briſſon regn. anim. p.* 364. *n.* 7.

Balaena macrocephala tripinnis, quae in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos et in planum deſinentes Sibb. *Raj. piſc. p.* 16.

Mular Nierembergii. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 15.

*Habitat in oceano ſeptentrionali,* 100 *pedes longus et longior, pinna dorſi longiſſima, acuta, erecta, ut navis malum quaſi referat, fiſtula in fronte poſita, dentibus minus inflexis et apice planis; ceterum micropi ſimilis.*

## 40. DELPHINUS. *Dentes* in maxilla utraque. *Fiſtula* in calvariae parte anteriore et ſuperiore.

Phocaena. 1. D. corpore ſubconiformi, dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *Fn. ſuec.* 51. *Art. gen.* 75. *ſyn.* 104.

Delphinus (Phocaena) pinna in dorſo una, dentibus acutis, roſtro brevi obtuſo. *Briſſ. regn. an. p.* 371. *n.* 2. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 119. *t.* 92.

Turſio. *Plin. hiſt. nat.* IX. *c.* 9. *Bellon aq. p.* 15. *Rondelet piſc. p.* 474. *Schonev. ichth. p.* 77. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 26. *t.* 2. A. B. 3. B.

Φωκαινα, Turſio, Marſouin. *Bellon. aq. p.* 16.

Phocaena. *Rondelet piſc. p.* 473. *Geſn. aq. p.* 837. *Aldrov. piſc. p.* 719. *fig. p.* 720. *Jonſt. piſc. p.* 221. *t.* 41. *Charlet.*

*let. exerc. piſc. p.* 48. *Sibb. Scot. an. p.* 23. *Willughb. piſc. p.* 31. *t.* A. 1. *fig.* 2. *Raj. piſc. p.* 13. *Rzacz. Pol. auct. p.* 245. *Klein miſſ. piſc.* I. *p.* 24.

Meerſchwein oder Tunin. *Mart. Spitzb. p.* 92. *Anderſ. Isl. p.* 253. *Crantz Groenl. p.* 151.

Niſer ou le Marſouin. *Egede Groenl. p.* 60.

Delphin oder Niſen. *Gunner. act. Nidroſ.* II. *p.* 237. *t.* 4.

*Habitat in oceano* Europaeo *et mari* Balthico, 5–8 *pedes longus*, *ſupra ex nigro caeruleſcens*, *ſubtus albus*; caput *obtuſiuſculum*; oculi *perexigui*; *pone hos* foraminulum auditorium, *interque eos* ſpiraculum *lunatum*, *ſinu antrorſum verſo*; dentes *parvi acuti*, *in utraque maxilla* 46; penis *foramen lineare pone umbilicum ſive ſub pinna dorſali*; anus *medius inter penem et caudam ſubbifurcam.*

Delphis. 2. D. corpore oblongo ſubtereti, roſtro attenuato acuto. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 105.

Delphinus pinna in dorſo una, dentibus acutis, roſtro longo acuto. *Briſſ. regn. an. p.* 369. *n.* 1.

Δελφὶς. *Ariſtot. hiſt. an.* I. *c.* 5. II. *c.* 9. III. *c.* 1. 7. 16. IV. *c.* 9. 10. IX. *c.* 74. *Aelian. an.* I. *c.* 18. II. *c.* 6. V. *c.* 6. VIII. *c.* 3. X. *c.* 8. XI. *c.* 12. 22. XII. *c.* 6. 45.

Delphinus. *Plin. hiſt. natur.* IX. *c.* 7. 8. XI. *c.* 37. *Bellon. aquat. p.* 7. *fig. p.* 9. 10. *Rondel. piſc. p.* 459. *Geſn. aquat. p.* 380. *fig. p.* 381. *Aldr. piſc. p.* 701. 703. 704. *Jonſt. piſc. p.* 218. *t.* 43. *Muſ. Worm. p.* 288. *Charlet. exerc. piſc. p.* 47. *Willughb. piſc. p.* 28. *t.* A. 1. *fig.* 1. *Raj. piſc. p.* 12. *Rzacz. Pol. auct. p.* 238. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 24. *t.* 3. *f.* A.

Porcus marinus. *Sibb. Scot. an. p.* 23.

Delphin. *Anderſ. Isl. p.* 254. *Cranz Groenl. p.* 152.

*Habitat in oceano* Europaeo, *et mari pacifico*, *adhaerens ſaepius balaenis*, *ut exſiliant*; *ſupra niger*, *ſubtus albus*; *major phocaena*, *minor orca*, *ita ut longitudine* 9–10 *pedes*, *craſſitie*, *ſi diametrum metiaris*, 2 *pedes aequet*, *phocaena hinc gracilior*; roſtrum *longius et magis acutum*, *ſupra cinctum faſcia lata transverſa*; dentes *ſubulati*; oris

oris *ſciſſura magna ad thoracem usque*; genitalia *inter umbilicum et anum media*; renes *conglomerati*.

Orca. 3. D. roſtro ſurſum repando, dentibus latis ſerratis. *Mantiſſ. M.* 2. *p.* 523. *Fn. ſuec.* 52. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Gunn. act. Nidroſ.* 4. *p.* 110.

Delphinus (Orca) pinna in dorſo una, dentibus obtuſis. *Briſſ. regn. an. p.* 373. *n.* 4.

Balaena minor utraque maxilla dentata Sibb. *Raj. piſc. p.* 15.

Orca. *Plin. hiſt. nat.* IX. *c.* 6. XXXII. *c.* 11. *Bellon. aquat. p.* 16. *fig. p.* 18. *Rondel. piſc. p.* 483. *Geſn. aquat. p.* 748. *Schonev. ichth. p.* 53. *Aldrov. piſc. p.* 697. *fig. p.* 698. *Jonſt. piſc. p.* 217. *Charlet. exerc. piſc. p.* 47. *Willughb. piſc. p.* 40. *Raj. piſc. p.* 10. *Klein miſſ. piſc.* II. *p.* 22. *t.* 1. *f.* 1. *Steller Camtſchatc. p.* 104.

Wagnhyalur vel Hualhund. *Muſ. Worm. p.* 279.

Butskopf. *Mart. Spitzb. p.* 93. *Anderſ. Isl. p.* 252. *Cranz Groenl. p.* 151.

Buts-kopper. *Egede Groenl. p.* 56.

β. Delphinus pinna in dorſo una gladii recurvi aemula, dentibus acutis, roſtro quaſi truncato. *Briſſ. regn. an. p.* 372. *n.* 3.

Delphinus (Orca) dorſi pinna altiſſima, dentibus ſubconicis parum incurvis. *Müll. zool. Danic. prodr. p.* 8. *n.* 57.

Schwerdtfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 255. *Cranz Groenl. p.* 152.

Noch ein ander Art groſſe Fiſche. *Mart. Spitzb. p.* 94.

*Habitat in oceano* Europaeo, *mari* atlantico, *ad polum* antarcticum, *in freto* Davis, *maximus congenerum, ut* 24–25 *pedes longitudine*, 12–13 *latitudine aequet*, *ſupra niger ſubtus albus*, *cum phocis*, *quas pinnae dorſalis ope a lapidibus detrudit*, *continuum bellum gerens*, *has et balaenas turmatim aggrediens*, *et una cum pleuronectis maximis occidens et devorans*. Maxilla *inferior ſuperiore multo major*; roſtrum *ſimum*; dentes *obtuſi* 40; oculi *parvi*; ſpiraculum *planum biloculare*. Pinna *ſ. ſpina dorſalis* β) *enſiformis*, *cute communi veſtita*, *baſi latior*, *ſaepe ſexpedalis*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0245-5 DFG

Leucas. 4. D. roſtro conico obtuſo, deorſum inclinato, pinna dorſali nulla. *Pall. it.* III. *p.* 84. *t.* IV.

D. pinna in dorſo nulla. *Briſſ. regn. an. p.* 374. *n.* 5.

Beluga. *Penn. quadr. p.* 357.

Bieluga. *Steller Camtſchatc. p.* 106.

Wittfiſch oder Weiſsfiſch. *Anderſ. Isl. p.* 251.

Weisfiſch. *Cranz Groenl. p.* 150.

*Habitat ad* polum arcticum, *rarius in fluvios aſcendens, gregarius, glaberrimus, lubricus, albus, junior tamen parumper nigricans,* 18 *pedes nunquam excedens longitudine, medio craſſior, verſus utrumque finem magis attenuatus, celerrime natans.* Caput *oblongum, parvum;* oculi *exigui, rotundi, prominuli;* ſpiraculum *in fronte, in palato per ſeptum diviſum;* dentes *in utraque maxilla utrinque* 9 *breves, et ſatis obtuſi.* Pinnae *pectorales pingues, oſſibus digitalibus* 5. Cauda *cartilaginea, biloba.* Mammae *feminae* 2, *lacte albo refertae;* penis *mari triuncialis brachii craſſitie absque cartilagine aut oſſe.*

*CLAS-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0246-1

# CLASSIS II.

# AVES.

*Ipſi laetitia voces ad ſidera mittunt*
*Intonſi montes, ipſae jam carmina rupes,*
*Ipſa ſonant arbuſta.*

Virgil. *ecl.* V. 62.

AËREAE vocales Volucres pulcherrimae, *Mandibulis protractis nudis, Corpore pennis* imbricato. *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoſcuntur.

AVES leviſſimae modici ponderis et magnitudinis, tectae pennis plumisque, deſtitutae *Auriculis*, *Labiis*, *Scroto*, *Dentibus*, *Utero*, *Veſica urinaria*, *Epiglottide*, *Fornice*, *Corpore calloſo*, *Diaphragmate*.

PENNAE avibus propriae imbricatim in quincuncem diſpoſitae, interſtinctae *Plumis*, diſtinctae a *Remigibus Rectricibusque*, omnes ſupra convexae, ſubtus concavae: latere exteriore anguſtiores; interiore latiores; anteriore laxiores; poſteriore ſtrictiores; ſcilicet e baſeos cylindro tubuloſo referto aërifero vaſe lymphaticis ſimili, *Rachi* elongatae, bifariam radiis parallelis approximatis diſtinctis itidem pinnatis ancipites.

*Colore* ludunt, ſed variant aetate, ſexu, tempeſtate, climate; conſtantiores *Remiges* et *Rectrices*, quae attente notandae. *)

*Nuda* cutis utrinque ad colli latera a capite verſus interſcapulium, ab axillis per latera pectoris fere ad inguina et ad femora poſtica.

OVA his animalibus communia (p. 8. n. 4.) numero diverſis vario, ſed majora pro mora excluſionis ſiccae, ſemper putamine calcareo obtecta, incubatu calido excludenda Parentis, in *Nido* artificioſo.

*Trachea* multis muſculis munita, annulis conſtat mere cartilagineis, in nonnullis avibus ipſa adeo branchia.

*Receptacula aërea* per totum corpus diſperſa, ad volatum cantumque ſumme neceſſaria cum pulmonibus aut ore commercium alentia, ut pro arbitrio aëre vel impleri vel evacuari poſſint; huc ſpectat tela celluloſa abdominalis ſubaxillaris aliaque ſubcutanea, potiſſimum vero (exceptis ſcolopacibus, fulicis, et anſeribus) oſſa intus cava et medul-



*) *Act. Stockh.* 1740. *p.* 370. *t.* 1. *f.* 10. 11.

medullae expertia, femoris, brachii, ſterni, coſtae, coxae, humeri, claviculae, dorſi quoque ſpina, in paucioribus cranium aut maxilla inferior, in quae poſteriora per os aut tubum Euſtachii intrat aer.

DIVIDITUR Avium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus*.

*Caput* tegitur ſupra *Pileo* e *Vertice*, *Fronte* et *Occipite* unitis, cingens roſtrum antice *Capiſtro*, in quo *Lora* e lineis duabus nudis a roſtro ad oculos ducta; *Orbitae* ambiunt oculos, ſupra quos *Supercilia;* inter oculos et aures *Tempora;* inter oculos vero et gulam *Genae* ſunt.

*Roſtrum* in variis varium: *Rectum*, *Incurvum*, *Recurvatum*, *Teres*, *Compreſſum*, *Depreſſum*, *Conicum*, *Subulatum*, *Cylindricum*, *Angulatum*, *Cultratum*, *Fornicatum*, *Uncinatum*.

*Mandibulae* nudae edentulae, quibusdam pone apicem *emarginatae*, paucis *ſerratae*, exporrectae in *Roſtrum* corneum, *Naribus* pertuſum, ſuperioris baſi quibusdam *Cera* nuda veſtita, *Vibriſſis* pectinatim ciliatis ad faucis exterioris margines.

*Lingua* carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, pennacea, ciliata, integra ſ. acuta.

*Oculi* laterales *Palpebris Membrana*que *nictitante* detergendi; lente cryſtallina mobiliſſima, in loculis nigris, plicatis, conicis recondita. *Superciliorum* loco interdum linea picta, rarius carunculata.

*Aures* truncatae absque auriculis, quarum loco pennae ſtrigibus longae.

*Barba* Myſtacea ad mandibulas inferiores, mobilis Momotae, Pendulino; in ipſo pectore pendula Meleagridi adulto; at *Capiſtrum* reverſum tegit baſin roſtri Corvis, Picis, Strigibus.

*Criſta* pennacea pilei Frontalis, Verticalis, Occipitalis, Erecta, Recurvata, Deflexa, Plicatilis, Compreſſa; *Carunculae* vero carnoſae nudaeque Frontis, Verticis, Nuchae, Superciliorum, Gulae, Juguli, ſunt ornamenta capitis in variis.

*Collum* elongatum, erectiuſculum, teres, ſupra incipit *Nucha*, continuatur *Cervice;* infra vero incipit *Gula*, continuatur *Jugulo*.

TRUNCUS ovatus conſtans *Dorſo* coadunato macro, ſubtus ſupra *Sternum* magnum carinatum muſculoſiſſimo *Pectore*, *Claviculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore, poſtice ſub uropygio perforato *Ano*, genitalibus communi, et terminato *Criſſo*.

ARTUS ſunt Brachiales *Alae*, veri *Pedes*, Caudale *Uropygium*.

ALAE compreſſae, *Oſſium* articulis mobiles, tectae Pennis, demum *Tectricibus* primis ſecundisque, poſtice ciliatae *Remigibus;* explicantur hae in fornicatum ventilabrum volitanti; complicantur ſtabulanti primoribus ſubeuntibus ſecundarias, ut hae latere anteriore depin-

depingant ſpecificum *ſpeculum* nitidum Anatum; nec deficiunt, niſi in *Impennibus* pelagicis (Diomedea demerſa, Alca impenni) vel volatui ineptis (Struthione, Dido).

Ossa α. *Brachii* 1 elongatum. β. *Cubiti* 2 elongata. γ. *Carpi* 2 breviſſima. δ. *Metacarpi* 2 connexa mediocria. ε. *Digiti* 2 attenuata, altero majore biarticulato, compreſſo; altero minuto. ζ. *Pollicis* vero 1 minutum, inſidens baſi anteriori metacarpi, raro *ſpina* evadens (Parris, Charadrio, Struthioni) adjacente ſpina ſetacea.

Remiges *Primores* X: quorum 1—4 Digiti, 5—10 Metacarpi; *Secundarii* 10 — 20 ſ. 28 Cubiti, nulli vero Brachii; at *Alula* ſpuria pennis 3 ſ. 5 Pollici inſidet.

PEDES ex Femore, Tibia, Digitis, Unguibus.

Femora ex Oſſe Femoris Cruriſque binis altero ſetaceo, carnoſa, pennis tecta, praeterquam cruribus denudatis in *vadantibus* Grallis; ceterum pleriſque aequilibrio ſuppoſita, niſi in *Compedibus* ambulare neſciis, quibus intra commune abdominis tegmen recondita (Alcis, Colymbis); nonnullis *Armillae* ſupra genua cingunt coloratae.

Tibiae ex oſſe Tarſi elongato, macres, anguſtae, tendinoſae, nudae, rariusve *villoſae plumoſaeve*, paucis poſtice Spina *calcaratae*, inprimis maſculis.

Digiti e Metatarſi phalangibus, plerumque IV, quorum unus poſticus breviorque, intermedius anterior vero longior, ſed *Scanſoriis* digiti antici 2, poſticique 2; *Curſoriae* vero poſtico deſtituuntur *tridactylae* (Charadrius, Haematopus, Otis, Caſuarius), rariſſime *didactylae* (Struthio Camelus). Sunt vero Digiti diſtincti *Fiſſipedibus* pleriſque; vel intermedius adnatus laterali *Greſſoriis*; vel anteriores intertexti membrana integra *Natatoriis*; quae fiſſa in *Lobatis*, vel baſi tantum intertexta *Semipalmatis* vadantibus, vel articulus membranula marginali *Pinnatis*.

Ungues acuti, quibusdam obtuſi, paucis marginati, pauciſſimis *muticis* nulli.

UROPYGIUM ſeſſile, cordatum, glandula gemina caudae brevi adpoſita tumidum, ſupra pertuſum *Poro* oleifero, cincto Penicillo, ambitu ciliatum Rectricibus Caudae:

Rectrices ſaepe XII (1, 2, 3, 4, 5, 6, 6, 5, 4, 3, 2, 1,); plures (18) Gallinis; pauciores (10) Picis (Pico, Certhiae, Cuculo, Yungi, Bucero, Ramphaſto, Trochilo).

Cauda

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0249-1

Cauda inde vel Pedibus brevior *brachyuris*, vel longior *macrouris*; ex Rectricibus aequalibus *integra*, vel ad latera per gradus brevioribus *cuneata*, aut lateralibus longioribus *forficata*, in quibus omnibus Rectricibus complicatis ſubeunt laterales intermediae.

VOLATILES hae, Telluris vigiles libidinoſique muſici, cantu tamen aut amorum interprete, aut adſcititio; pleraeque *Diurnae*; paucae *Nocturnae* (e. g. Striges, Caprimulgi), quarum variae Noctu cantant (Luſcinia, Turdi) et Mane (Tetraones, Gallinacei), pleraeque inermes ſunt, cum Alarum remigibus ſe facile in aethera recipiant ab hoſtibus terreſtribus, et Caudae rectricibus aëreos diverſo volatu eludant, niſi in terra negotiari neceſſe ſit, quibus odor vel ingratus hoſtes arcet, vel abolitus occultat; dum aliae ſpeculantur hoſtem appropinquantem indicantque aliis: *Lanius*, *Yunx*, *Parra*, *Haematopus*, *Meleagris*, *Hirundo purpurea* etc.

ARMA paucis, praeter *Roſtrum* et *Ungues* plerisque.
*Cornua* Meleagridi cornutae, Palamedeae.
*Calcaria* Pavoni, Phaſiano, Tetraoni.
*Spinae* (pollicares) Struthioni Camelo, Parrae, Charadrio ſpinoſo, Palamedeae.

VENERE *monogama* junguntur pleraeque Aves, *polygama* pauciores, ut Gallinae, Anates. Illae utriusque ſexus conjunctis viribus ſtruunt nidum ſaepe artificioſiſſimum (pendulum, natantem, concameratum, argilloſum, foraminoſum, nullumve) uteri ſuccedaneum, incubant ſedulae ovis (1 Alca, 2 Colymbus, 3 Larus, 4 Corvus, 5–8 Hirundo, pluribus Anates, Gallinae), pullos famelicae alunt (oſtendendo, porrigendo, regurgitando,) fovent, curant, pro aris et focis defendunt,*) dum in his otientur mares. Nuptias celebrant veſtitu, muſica, ludibus pleraeque.

MIGRATIONES annuas inter ſeptentrionales aeſtivas et auſtrales hybernas plagas arcticae Telluris plures inſtituunt internuncii hi naturae, ne hyeme demergerentur boreales omnes inſectivorae. Sic migrant plurimi *Paſſeres* inprimis *tenuiroſtres*, ob defectum inſectorum; *Grallae* ob denegatum glacie aditum vermibus et amphibiis: *Anſeres* ob congelatas aquas includentes piſces etc. Revocant vero easdem Dies aeſtatis longiores, ciborum copia, denſiores veſtitus, nuptiae paratae. Pauciores hybernant.

HABITANT aliae intra *Tropicos*, ut Phaëton; intra *Polos*, ut Procellaria glacialis; aliae *alibi*, ad *Africae* promontorium auſtrale Procellaria capenſis; in *India* Paradiſea, Pavones; in *Africa* Struthio 1. Pele-

*) *Moſ. Deuteron*, XXII. 6, 7.

Pelecanus I. in *America* Palamedea, Pſophia. In *Pelago* impennes compedes; in *Mari* Procellariae; in *Lacubus* Colymbi; in *Fluviis* Mergi; in *Cataractis* Cinclus; in *Littoribus* Charadrii; in *Paludibus* Scolopaces, Tringae; in *Campis* Otis, in *ſylvis* Lanius infauſtus; in *Arboribus* Paſſeres; in *Rupibus* Bubo; in *Pagis* Pica, Hirundo; in *Alpibus* Turdus roſeus, Emberiza nivalis etc.

VICTUS cuique ſuus. Aliae Carnivorae: vorant *Cadavera* Accipitres, Corvi; *Piſces* Anſeres; *Inſecta* Paſſeres tenuiroſtres, et trochili; *larvas cochleasque* cornix; *larvas Cerambycum* Pici; *Lepidopterorum* Cuculus; *Ricinos* Crotophaga; *Oeſtros* Buphaga; *Oniſcos* Cinclus; *Phryganeas* Hirundines; *Conchas* Haematopus; *Cancros* Mycteria, Cancroma; *Squillas* Recurviroſtra, *Lumbricos* Crex. Aliae Phytiphagae: victitant *Plantis* Anſeres; *Pomis* Pſittaci; *Nucibus* Caryocatactes; *Nucleis* Coccothrauſtes; *Strobilis* Curviroſtra, Enucleator.

OPERA, nec ſine fructu, peragunt ſua ſingulae: ſedentes *Accipitres* Cadavera auferunt, ut vivis parcant; incedentes *Picae* Quisquilias impuras verminoſasque devorant; natantes *Anſeres* Aquarum nimios hoſpites minuunt; vadantes *Grallae* inquirunt in Paludum animalcula; currentes *Gallinae* decidua grana legunt; ſalientes *Paſſeres* arbuſtorum herbarumque Semina Inſectaque carpunt; eoque varia ſemina Piſcium, Inſectorum, Plantarumque ſaepius in remotiſſima loca deferunt naturae diſſeminatores. Conquiruntur *Venatu*; *Falconaria*; *Aucupio*; inſtituuntur Falcones ad *venatum*, Parrae ad *paſtoritiam*, Pelecani ad *piſcaturam*, Paſſeres ad *muſicam*. Manſueſcunt *Gallinae*, *Anates*, *Paſſeres*que varii. In Ornithone ſ. aviario coluntur ob *carnes*, *ova*, *plumas*, *pennas*, pulchritudinem, ſonum.

HISTORIA Avium abſolvitur *Deſcriptione*, *Habitatione*, *Volatu*, *Migratione*, *Nuptiis*, *Nidificatione*, *Ovatione*, *Incubatione*, *Educatione*, *Victu*.

GENERUM Characteres deſumendi a *Roſtro*, *Lingua*, *Naribus*, *Cera*, *Caruncula*, reliquisque partibus denudatis.

ORNITHOLOGI eminentiores in Veteres et Recentiores diſpeſcuntur.

Veterum *Bellonius* 1557 et *Geſnerus* 1555 patres artis; horum aves collegit et auxit 1599 *Aldrovandus*, Braſilienſes novas addente *Marcgravio* 1648; has omnes digeſſit et auxit *Willughby* cum ſuo *Rajo* 1713, iconesque varias dedit *Marſiglius* 1726.

Recentiores vivis *Coloribus* nova luce illuſtrarunt artem, Europaeas *Albinus* 1731, Europae meridionalis (1772 – 1782) *Bernini*, Sardas (1776) *Cetti*, Germanicas *Friſchius* 1734, belgicas (1770 – 1778) *Noze-*

*Nozemannus* et *Seppii*, ſuecicas nonnullas *Tengmalm*, boruſſicas *Bockius*, britannicas *Hages* 1775, has aeque ac indicas 1768–1777. *Pennantus*, rariorum novarumque avium Centuriam unam *Catesby* 1731, tres et ultra centurias pulcerrimas *Edwards* 1745, centurias novem et ultra (ab anno 1775) *Daubentonius*, pauciores Joſ. Fr. Nob. a *Jacquin* 1784, Bl. *Merrem* 1784–1786, et in muſei Carlſoniani deſcriptione *Sparrmannus* 1786; ova variarum avium deſcripta a *Günthero* pinxit *Wirſingius* (1763).

Avium anatome et phyſiologia multa debet *Reaumurio*, *Hewſonio*, *Campero*, *Huntero*, *Blumenbachio*, *Merrem*, *Blochio*, *Vicq d'Azyr*, *Pallas*, *Güldenſtaedtio*, *Silberſchlagio*, *Malacarne*.

Systematicam in formam aves reducere tentavit de ſuecicis *Fauna* mea 1746, *Syſtemaque Naturae* 1758; omnes collegit et digeſſit *Briſſonus* 1760, cui integrum exercitum et notarum et novarum obtulere labores et muſeum magni *Reaumurii*. Nuperius idem tentarunt 1781 *Pennant* et 1785 *Latham*.

ASSERVANTUR vel in *ſpiritu vini* integrae, vel ſiccatae; vel exuviis integris *farctis* aut dimidiatis *gypſo* fixato repletis, methodo *Schaefferi*.

ORDI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0252-3 DFG

# ORDINUM Characteres.

## I. ACCIPITRES.

Rostrum (*Uncus trahens*) ſubincurvatum. *Mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dilatata ſ. dente armata: *Naribus* patulis.

Pedes inſidentes, breves, robuſti: *Digitis* ſub geniculis verrucoſis, Unguibus arcuatis acutiſſimis.

Corpus Capite Colloque muſculoſis; *Cute* tenaci. Impurum.

Victus: Laniena Rapinaque e cadaveribus.

Nidus in altis; *Ova* circiter 4; *Femina* praeſtantior. Monogamia.

Analogi *Feris*.

## II. PICAE.

Rostrum (*Cuneus farriens*) cultratum dorſo convexo.

Pedes ambulantes, breves, validiuſculi.

Corpus tenaciuſculum impurum.

Victus e Quisquiliis.

Nidus in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem. Monogamia.

Analogae *Primatibus*.

## III. ANSERES.

Rostrum (*Cribrum colans*) laeve, epidermide tectum, apice auctum.

Pedes natatorii digitis membrana palmatis: *Tibiis* compreſſis, brevibus.

Corpus pingue, *Cute* tenaci, Plumis praeſtantioribus.Ranceſcens.

Victus in Aquis ex Plantis, Piſcibus etc.

Nidus ſaepius terreſtris. *Mater* rarius porrigit pullis; frequentius Polygamia.

Analogi *Belluis*.

## IV. GRALLAE.

Rostrum (*Bacillus tentans*) ſubcylindricum.

Pedes vadantes *Femoribus* ſeminudis.

Corpus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0253-9 DFG

Corpus compreſſum *pelle* tenuiſſima; *Cauda* brevi; Sapidum.

Victus in Paludibus ex animalculis.

Nidus in terra ſaepius; Nuptiis variis.

Analogae *Brutis*.

## V. GALLINAE.

Rostrum (*Harpa colligens*) convexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.

Pedes curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.

Corpus ſebaceum, muſculoſum. Purum.

Victus in Terra e Granis in ingluvie macerandis. Pulveratrices.

Nidus in Terra absque arte; *Ovis* numeroſis. *Pullis* cibus monſtrandus. Polygamia.

Analogae *Pecoribus*.

## VI. PASSERES.

Rostrum (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.

Pedes ſalientes, teneri, fiſſi.

Corpus tenellum: *Granivoris* Purum, *Inſectivoris* Impurum.

Victus in arboribus e Seminibus aut Inſectis.

Nidus artificioſus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia. Cantus.

Analogi *Gliribus*.

# CHARACTERES AVIUM.

## I. ACCIPITRES.

41. Vultur. Roſtrum *aduncum*. Caput *denudatum*.
42. Falco. Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum*.
43. Strix. Roſtrum *aduncum* capiſtro *reverſo*.
44. Lanius. Roſtrum *rectiuſculum*, *emarginatum*.

## II. PICAE.

* *Pedibus ambulatoriis.*

66. Trochilus. Roſtrum *incurvatum*, *filiforme*, *apice tubuloſo*.
65. Certhia. Roſtrum *incurvatum*, *acuminatum*.
64. Upupa. Roſtrum *incurvatum*, *obtuſiuſculum*.
Glaucopis. Roſtrum *incurvatum*, *fornicatum*. Lingua *ſerrata*, *ciliata*.
48. Buphaga. Roſtrum *rectum*, *quadrangulare*.
60. Sitta. Roſtrum *rectum*, *apice cuneato*.
52. Oriolus. Roſtrum *rectum*, *conicum acutiſſimum*.
51. Coracias. Roſtrum *cultratum*, *apice incurvo*.
53. Gracula. Roſtrum *cultratum*, *aequale*, *baſi calva*.
50. Corvus. Roſtrum *cultratum*, capiſtro *reverſo*.
54. Paradisea. Roſtrum *ſubcultratum*, capiſtro *holoſericeo*.

* * *Pedibus ſcanſoriis.*

Ramphastos. Roſtrum *ſerratum*. Lingua *pennacea*.
55. Trogon. Roſtrum *ſerratum*, *apice aduncum*.
45. Psittacus. Roſtrum *cera obductum*. Lingua *carnoſa*.
49. Crotophaga. Roſtrum *rugoſum*, *margine angulatum*.
59. Picus. Roſtrum *angulatum*. Lingua *lumbriciformis*.
58. Yunx. Roſtrum *laeve*. Lingua *lumbriciformis*.
57. Cuculus. Roſtrum *laeve*. Nares *marginatae*.
56. Bucco. Roſtrum *laeve*, *emarginatum*, *aduncum*.

* * * Pe-

*Nares* capiſtri pennis recumbentibus obtectae in *Corvo*, *Pico*, *Buccone*, *Strige*.
*Mandibulae ſerratae* in *Ramphaſto*, *Bucero*, *Trogone*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0255-0 DFG

* * * *Pedibus greſſoriis.*

47. Buceros. Roſtrum *ſerratum*, *fronte oſſea.*
62. Alcedo. Roſtrum *trigonum*, *rectum.*
63. Merops. Roſtrum *incurvatum*, *compreſſiuſculum.*
61. Todus. Roſtrum *lineare*, *depreſſum*, *rectum.*

## III. ANSERES.

* *Roſtro denticulato.*

67. Anas. Roſtrum *unguiculatum*, *denticulis membranaceis.*
68. Mergus. Roſtrum *unguiculatum*, *denticulis ſubulatis.*
74. Phaeton. Roſtrum *cultratum.*
73. Plotus. Roſtrum *ſubulatum.*

* * *Roſtro edentulo.*

78. Rhyncops. Roſtrum *mandibula ſuperiore breviore.*
71. Diomedea. Roſtrum *mandibula inferiore truncata.*
Aptenodyta. Roſtrum *rectum*, *anguſtum*, *ad latera ſulcatum.*
69. Alca. Roſtrum *rugis lateralibus transverſis.*
70. Procellaria. Roſtrum *naribus ſuperincumbentibus*, *ſubcylindricis.*
72. Pelecanus. Roſtrum *cinctum facie nuda.*
76. Larus. Roſtrum *ſub apice ſubtus gibbum.*
77. Sterna. Roſtrum *ſubulatum*, *apice compreſſo.*
75. Colymbus. Roſtrum *ſubulatum*, *lateribus compreſſiuſculum.*

## IV. GRALLAE.

* *Pedibus tetradactylis.*

79. Phoenicopterus. Roſtrum *infractum*, *denticulatum.* Pedes *palmati.*
80. Platalea. Roſtrum *depreſſum*, *ſpatulatum.*
81. Palamedea. Roſtrum *apice uncinatum*, *acutum.*
82. Mycteria. Roſtrum *mandibula inferiore craſſiore ſubadſcendens.*
85. Tantalus. Roſtrum *arcuatum*, ſacco *gulari.*
84. Ardea. Roſtrum *rectum acutiuſculum.*
Corrira. Roſtrum *rectum*, *anguſtum.*

89. Re-

89. Recurvirostra. Roſtrum *ſubulato - attenuatum*, *depreſſum*, *recurvum.*

86. Scolopax. Roſtrum *rectum*, *teretiuſculum*, *obtuſiuſculum.*

87. Tringa. Roſtrum *teretiuſculum obtuſum.* Pollex *vix inſiſtens.*

91. Fulica. Roſtri *baſis* fronte *calva.*

92. Parra. Roſtri *baſis* fronte *carunculis mobilibus.*

93. Rallus. Roſtrum *ſubcarinatum.* Corpus *compreſſiuſculum.*

Vaginalis. Roſtrum *craſſum*, *ſubconvexum*, *mandibulae ſuperioris apice vaginae corneae incluſo.*

94. Psophia. Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *ovatae.*

83. Cancroma. Roſtrum *ventricoſum.*

Scopus. Roſtrum *craſſum*, *compreſſum.* Nares *lineares*, *obliquae.*

Glareola. Roſtrum *breve*, *rectum*, *apice uncinatum.* Nares *lineares*, *obliquae.*

** *Pedibus curſoriis* ſ. *tridactylis.*

90. Haematopus. Roſtrum *compreſſiuſculum*, *apice cuneo.*

88. Charadrius. Roſtrum *teretiuſculum*, *obtuſum.*

## V. GALLINAE.

95. Otis. Roſtrum *ſubfornicatum.* Lingua *emarginata.*

96. Struthio. Roſtrum *conicum.* Alae *non volitantes.*

97. Didus. Roſtrum *medio coarctatum*, *rugoſum*, *facie nuda.*

98. Pavo. Roſtrum *nudum.* Vertex *pennis revolutis.*

99. Meleagris. Facies *nuda carunculis verrucoſa.*

Penelope. Caput *pennatum;* roſtrum *denudatum.*

100. Crax. Roſtrum *baſi cera obductum.*

101. Phasianus. Genae *nudae*, *laeves.* Mas *calcaratus.*

102. Numida. Carunculae *binae*, *ad baſin mandibularum.*

103. Tetrao. Supercilia *nuda*, *papilloſa.*

## VI. PASSERES.

* Craſſiroſtres.

109. Loxia. Roſtrum *conico - ovatum.*

Colius. Roſtrum *craſſum*, *ſupra convexum*, *ſubtus anguſtatum.*

112. FRINGILLA. Roſtrum *conicum, acutum.*
PHYTOTOMA. Roſtrum *conicum, rectum, ſerratum.*
110. EMBERIZA. Roſtrum *ſubconicum, mandibula inferiore latiore, coarctata.*

* * Curviroſtres, *mandibulae ſuperioris apice incurvato.*

118. CAPRIMULGUS. Roſtrum *incurvum, depreſſum, ciliatum.* Nares *tubuloſae.*
117. HIRUNDO. Roſtrum *incurvum, depreſſum.*
115. PIPRA. Roſtrum *incurvum, ſubulatum.*

* * * Emarginatiroſtres, *mandibula ſuperiore pone apicem emarginata.*

107. TURDUS. Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi compreſſum.*
108. AMPELIS. Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi depreſſum.*
111. TANAGRA. Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi conoideum.*
113. MUSCICAPA. Roſtrum *emarginatum, ſubulatum, baſi ciliatum.*

* * * * Simpliciroſtres, *roſtro recto integro attenuato.*

116. PARUS. Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *truncata.* Capiſtrum *reverſum.*
114. MOTACILLA. Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *inciſa.* Unguis *poſticus modicus.*
105. ALAUDA. Roſtrum *ſubulatum.* Lingua *bifida.* Unguis *poſticus elongatus.*
106. STURNUS. Roſtrum *ſubulatum, apice depreſſo marginato.*
104. COLUMBA. Roſtrum *ſubfornicatum.* Nares *gibboſae, membrana obliterata.*

I. AC-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0258-7

# I. ACCIPITRES.

*Roſtrum e mandibula ſuperiore angulum utrinque exſerens.*

## 41. VULTUR.

*Roſtrum* rectum, apice aduncum.
*Caput* impenne, antice nuda cute.
*Lingua* bifida.
*Collum* retractile.

Gryphus.* 1. V. maximus, caruncula verticali, longitudine capitis, gula nuda.
Vultur Gryps Gryphus. *Klein av.* 45.
Cuntur. *Laët amer.* 401. *Raj. av.* 11.
Condor. *Fréz. it.* 111. *Condam. it.* 175. *Briſſ. ornith.* 1. *p.* 473. *n.* 12. *Buff. oiſ.* 1. *p.* 184. *Molin. chil. p.* 236.
Condur. *Latham ſyn. of birds.* I. 1. *p.* 4.
*Habitat in* America *auſtrali, nidificans ad montes praeruptiſſimos ſub rupibus prominulis, ova bina alba ponens; famelicus ovibus, hoedis, imo vitulis praedatur, et ſunt, qui pueros decennes abripuiſſe, binas aves vaccam dilaceraſſe et voraſſe tradunt; in terram devolans ſuſurro attonitos et ſurdos fere reddit homines.*
*Avis maxima, femina tamen major, quae criſta quoque cervicali, colore fuſco, torque nullo a mare differt.* Alae *maximae, intra quarum extremitates pedes* 9–12–13–16; Remex *longitudine pedum* 2½, *craſſitie ſeſquipollicis;* corpus *nigrum, dorſo albo;* collum *torquatum pennis longioribus albis;* gula *rubens;* caput *fuſca lanugine tectum;* oculi *nigri, iride ſpadicea;* roſtrum *nigrum, apice albido.* Pedes *nigri, unguibus rectiuſculis;* cauda *parva.*

bengalenſis. 2. V. fuſcus, capite colloque anterius denudato dilute caſtaneo, roſtro plumbeo, apice nigro. *Latham ſyn. of birds.* I. 1. *p.* 19. *n.* 16. *t.* 1.

 *Habi-*

---

Vultures *voraciſſimi cadavera potius appetunt, imo putreſcentia, vix niſi famelici viva animalia, audaces, tardius volant, niſi certam altitudinem attigerint, et gregatim; olfactu pollent acutiſſimo; ex ſeptentrionali Europa et Aſia, et, ſi Auram exceperis, ex boreali quoque America exules. Vix diſtincti ſpecierum varietatumque, imo generis ipſius a ſequente limites.*

*Habitat in regno* Bengalenſi, 2 *pedes cum* 6 *pollicibus longus.* Caput collumque *poſterius lanugine fuſca tectum; pedes ex atro fuſci, unguibus nigris.* Ingluvies *ſupra pectus pendet.*

Papa. 3. V. naribus carunculatis, vertice colloque denudato.
Vultur. *Albin. av.* 2. *p.* 4. *t.* 4.
Cozcaquauhtli. *Hernand. mex.* 319. *Raj. av.* 361.
King of the Vultures. *Edw. av.* 2. *t.* 2.
Rex vulturum. *Briſſ. av.* 1. *p.* 470. *t.* 36.
Roi des vautours. *Buff. hiſt. natur. des oiſ.* I. *p.* 169. *t.* 6. *planch. enlum.* 428.
*Habitat in* America *auſtrali, inſulisque oceani* americani; *victitans ſerpentibus, lacertis, rattis etc. cadaveribus, hinc foetens; alte volitat.*
Magnitudo *gallopavonis feminae.* Caput *collique pars ſuperior quaſi excoriata; area oculorum nuda, crocea.* Vitta *nigricante lanugine ab occipite caput cingit.* Corpus *e ruſeſcente album.* Remiges *ex cineraſcente nigri.* Pedes *cum* roſtri *apice rubri.* Cera *aurantia, et pone hanc* carunculae *dentatae.*

Monachus. 4. V. vertice gibboſo, corpore nigro.
Creſted black Vulture. *Edv. av. t.* 290.
Vultus arabicus. *Briſſ. av. app.* 29.
*Habitat in* Arabia, *melanaëto major.*
Caput *cum* collo *lanugine cinerea tectum;* orbita *alba;* roſtrum *apice nigrum,* cera pedesque *caeruleſcentes, unguibus nigris;* humeri *pennis laxis cinereis coronati, intra quas dormiens avis caput retrahit.*

Aura. 5. V. fuſco-griſeus, remigibus nigris, roſtro albo.
Tzopilotl ſ. Aura. *Hernand. mex.* 331.
Urubu, Tzopilotl or Aura. *Willoughb. orn.* 68.
Urubu Braſilienſibus. *Marcgr. braſil.* 207.
Gallinazo. *Ulloa it.* 1. *p.* 60. 201.
Turkey Buzzard. *Catesb. Car.* 1. *p.* 6. *t.* 6.
Carrion crow. *Sloan. jamaic.* 2. *p.* 294. *t.* 254. *Raj. av. p.* 180.
Vultur braſilienſis. *Raj. av. p.* 10. *Briſſ. av.* 1. *p.* 468.
Vultur pullus, capite implumi, cute craſſa rugoſa, (ultra aperturas naſales laxata. *Brown. jam.* 471.

Vaca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0260-8

Vautour du Bréſil. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 175. *pl. enlum. n.* 187. *)
Carrion Vulture. *Arct. zool.* II. 191. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 9. *n.* 5.

Jotà. β. V. niger, remigibus fuſcis, roſtro cineraceo. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 235.

*Habitat in* America, *etiam boreali, inſulisque adjacentibus, inſulis quoque novi anni.*

*Privilegio munitus in America cadavera ſerpentesque vorans, eaque ſimul cum canibus, quaſi germanis fratribus, ſumma concordia dilacerans; ſaepe carnes e culina furans, ceterum haud difficulter cicurandus; foetidum ſtercoris humani odorem ſpirat, captusque materiam adhuc foetidiorem evomit; noctu gregarie dormit in ſummis arborum cacuminibus: Jacquin.*

Magnitudo *circiter gallopavonis, quamvis varia.* Corpus *nigrum e purpureo et viridi micans.* Irides *ex croceo caeruleſcentes.* Pedes *carnei.* Caput *rufeſcens.*

β. *ſimiliter foetidiſſimus, iners vix niſi laceſſitus vociferatur voce muris, nidum inter rupes aut in terra ſtruit ex foliis pennisque, et ova elidit bina alba, quaſi infumata. Junior totus albus, ſenſim autem nigreſcit, ut tamen roſtrum, apice excepto, albeat, remiges, pedes et irides fuſca ſint.*

cinereus. 6. V. fuſco-nigricans, remigibus et rectricibus in cinereum vergentibus, pedibus pennis fuſcis veſtitis. *Briſſ. ornith.* 1. *p.* 130. *n.* 1.

Vultur cinereus. *Raj. ſyn. p.* 9. *n.* 1.
Vautour ou grand Vautour. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 158. *t.* 5. *planch. enlum. n.* 425.
Cinereous or aſh-coloured Vulture. *Will. orn. p.* 66. *n.* 1. *Latham ſyn. p.* 14. *n.* 8.

*Habitat in* Europa, *frequens in montibus altis, ſex pollicibus longitudinem tripedalem ſuperans.*

Caput, guttur, colliqne *pars ſuperior fuſca teguntur lanugine; ſub gutture prominent pennulae longae pilorum aemulae, ut barbam efficiant.* Digiti *flavi, unguibus nigris. An percnopteri varietas?*



*) *Prodierunt quidem hae tabulae cura* Daubentonii *junioris, ſed conſilio* Buffoni, *hinc ejus nomine ſemper allegatae, quemadmodum alterum quoque de avibus opus, quamvis magna ejus pars* B. Guênein de Montbeillard *debeatur.*

fuſcus. 8. V. fuſcus, remigibus ex fuſco nigricantibus, primariis apice albis fuſco maculatis, rectricibus ex griſeo fuſcis, pedibus nudis. *Briſſ. ornith. p.* 131. *n.* 2.
Avoltojo Griffone. *Cetti Ucc. di Sard.* 3. G. 3.
Vautour de Malte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 161. *pl. enlum. n.* 427.
*Habitat in* Europa, *potiſſimum in inſula* Malta.
Magnitudine *inter phaſianum colchicum et gallopavonem intermedia.* Caput *fuſca lanugine tectum;* cervix *pennis anguſtis;* roſtrum *nigrum;* pedes *flaveſcentes, unguibus obſcuris. An ſpecie differt a percnoptero?*

niger. 9. V. niger, remigibus rectricibusque fuſcis, pedum pennis nigris. *Briſſ. ornith. p.* 131. *n.* 4.
Vultur niger. *Raj. ſyn. p.* 9. *n.* 2.
Avoltojo nero. *Cetti Ucc. di Sard.* 9. *G.* 9.
Swarthy Vulture. *Charl. ex. p.* 71. *n.* 4.
Black Vulture. *Will. orn. p.* 66. *Lath. ſyn. p.* 16. *n.* 10.
*Habitat in* Aegypto *et* Sardinia, *magnus.*
Caput *lanugine fuſca tectum,* colli *pars proxima plane nuda, et cum orbitis pedibusque ad digitos usque lanatis alba.* Lingua *laevis non ſerrata.* Roſtrum *bipollicare initio rectum, apice longius uncinato,* naribus *rotundis* 3 *lineas diametro aequantibus. An mera varietas percnopteri?*

leucocephalos. 10. V. plumis niveis, remigibus rectricibusque nigris, torque plumarum albo.
Vultur leucocephalus. *Briſſ. ornith. p.* 134. *n.* 9.
Vultur albus. *Raj. ſyn. p.* 10.
Petit Vautour. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 164.
Vautour de Norwege. *Buff. pl. enlum. n.* 449.
White Vulture et Cinereous Vulture. *Willoughb. ornith. p.* 67. *n.* 6. *et* 66. *n.* 1.
*Habitat in* Sardinia *et* Norwegia, *nigro minor, ut vix aliquot pollicibus tres pedes longitudine ſuperet, cauda alisque mediocribus; borealis varietas fere tota nivea, capite colloque tamen impennibus rubicundis, roſtro flavo, puncto nigro notato; unguibus nigris; in ſarda varietate pennae, rectricibus remigibusque exceptis, ex cinereo, fuſco et griſeo miſtae; caput et finitima pars colli lanugine alba veſtita.*

---

Vultures *communes quoque in* Candia, Cypro, *reliquisque* Archipelagi *et maris* mediterranei *inſulis, paucis ſpeciebus rite definitis; pelles praeparatae ab incolis pectori et ventriculi regioni appoſitae digeſtionis promovendae ergo portantur.*

*ſtita. Squamae digiti medii a primo inde articulo* 11. *An mera percnopteri aut fulvi potius varietas?*

fulvus. 11. V. ſuperne ex griſeo ruſeſcens, capite, collo et torque albis, remigibus rectricibusque nigris. *Briſſ. ornith. p.* 133. *n.* 7. *Hablizl apud S. G. Gmelin it.* IV. *p.* 179. et *Pallas n. nord. Beytr.* IV. *p.* 58.

Vultur fulvus baetico congener. *Raj. ſyn. p.* 10. *n.* 7.
Griffon. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 151.
Vulture. *Albin. av.* III. *p.* 1. *t.* 1.
Fulvous Vulture. *Will. orn. p.* 67. *n.* 7. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 17. *n.* 11.

*Habitat in montibus* Perſiae *quoque alpibus ſunamiſicis, falcone fulvo major;* Caput *et* collum *alba lanugine tectum;* roſtrum *cinereum, baſi cute nigra tectum;* irides *obſcure flavae;* colli *infima pars multiplici ſerie pennarum longarum, acutarum, ſetacearum ex albo ruſeſcentium cincta; in medio pectoris fovea lanugine alba veſtita, et pennis longis anguſtis ruſeſcentibus cincta.* Pennae *ſubtus baſi albae, apice rufae.* Pedes *plumbei, ultra femoris medium intus lanugine denſa alba, extus pennis longis ruſeſcentibus tecti, unguibus nigris.*

percnopterus. 7. V. remigibus nigris, margine exteriore (praeter extimas) canis.

Vultur (percnopterus) capite nudo, gula plumoſa. *Haſſelq. it.* 209.
Falco montanus aegyptiacus. *Haſſelq. act. Stockh.* 1751. *p.* 196.
Vultur aquilina. *Alb. av.* 2. *p.* 3. *t.* 3.
Vulturine Eagle of Aldrovand. *Will. orn. p.* 64. *t.* 4.
*β.* Vultur aegyptius. *Briſſ. p.* 131. *n.* 3.
Vultur ſacer aegyptius. *Aldr. av.* I. *p.* 378. *t.* 379.
Sacre Egyptien. *Belon hiſt. d'oiſ. p.* 110. *t. pag.* 111.
Sacre d'Egypte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 167.

*Habitat in* Aegypto, Palaeſtina, Syria, Caramania, Perſia. *Purgat Cairi terram a cadaverum foetore, ſtipendiis allectus. Haſſelq. Palaeſtinae agri deſererentur ob murium copiam, niſi hae aves catervatim advolarent. Bellon. Olim hunc capitale occidere Aegyptiis. Herodot.*

Mas *totus albus.* Remigibus *atris, margine exteriore canis, exceptis duobus primis unicoloribus.* Femina *tota fuſca.* Remigibus *quatuor extimis concoloribus.* Roſtrum *atrum cera flava. Haſſelq. Nares perpetuo ſtillant. Raj.* Pedes *nudi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0263-5

ciſtatus. 12. V. criſtatus, ex rutilo nigricans, pectore magis ad rufum inclinante, pedibus nudis. *Briſſ. ornith. p.* 132. *n.* 6.
Vultur leporarius Geſneri. *Raj. ſyn. p.* 10. *n.* 4.
Vautour à aigrettes. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 159.
Hare Vulture. *Will. orn. p.* 67. *n.* 4. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 17. *n.* 12.
*Habitat in denſis et deſertis ſilvis, in arboribus altiſſimis nidificans, celeriter ingrediens, et tum curſu, tum volatu aves, piſces, lepores, cuniculos, ipſas vulpes et hinnulos perſequens. Stans criſtam, quaſi cornua ex capite prominentia in volante ave non conſpicua, erigit.*
Alarum *apices ſex pedum intervallo diſtant;* pedes *flavi;* ungues *et* roſtrum *nigreſcunt;* cauda *longa et recta; an hujus, an ſequentis generis, decidant autoptae.*

barbarus. 13. V. ex atro fuſcus, ſubtus albus in fuſcum inclinans, pedibus lanatis, digitis plumbeis, unguibus fuſcis.
Vultur barbatus. *Briſſ. ornith. p.* 137. *n.* 13.
Bearded Vulture. *Edw. av.* 106. *t.* 106. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 11. *n.* 6.
*Habitat in* Africa, *praeſertim* Barbaria, *falconis fulvi magnitudine.*
Roſtrum *ex purpuraſcente carneum;* mandibula inferior *faſciculo plumarum nigrarum pendularum barbata;* ſupercilia *rubra;* irides *flavae;* capitis *maxima pars lanugine alba veſtita, fronte tamen, genis, et oculorum area nigris;* cervix *pennis anguſtis acuminatis, longis, albicantibus tecta.*

## 42. FALCO. *Roſtrum* aduncum, baſi cera inſtructum. *Caput* pennis arcte tectum. *Lingua* bifida.

* *Femoribus longiſſimis.*

ſerpentarius. 33. F. ater occipite criſtato, rectricum apice albo, duabus intermediis longiſſimis. *I. F. Miller ill. of nat. hiſt. t.* XXVIII. A. B.
Sagittarius. *Voſmaer monogr. t.* 8.
Secretaire. *Sonner. it. p.* 87. *t.* 50.
Meſſager du Cap de bonne eſperance. *Buff. planch. enl. n.* 721.
Secretary or Sagittarius. *Act. angl.* LXI. *p.* 175. *Latham ſynopſ.* I. 1. *p.* 20. *n.* 17. *t.* 2.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0264-0

*Habitat in interiori* Africa, *et inſulis* Philippinis, *gliribus et amphibiis victitans, facile cicurandus.*

*Femorum longitudine ad grallas accedit, ceteris notis ad hoc genus ſpectat;* altitudo *tripedalis;* roſtrum *nigrum aquilae;* cera *alba;* area *oculorum nuda aurantia;* irides *pallide cinereae;* cauda *rotundata;* femora *fuſceſcentia, unguibus brevibus, nigris, uncinatis, non valde acutis.* Criſta *erigi et deprimi poteſt.*

* * Gypaëti, *roſtro apice demum adunco, baſi ſetis porrectis barbato.*

Harpyja. 34. F. capite pennis elongatis criſtato, ſubtus varius.

Vultur capite tecto pennis elongatis criſtato. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 121. *n.* 2.

Aquila braſilienſis criſtata. *Briſſ. av.* 1. *p.* 446.

Aquilae criſtatae genus. *Raj. av.* 161.

Yzquauhtli. *Hern. mex. p.* 34. *Raj. av. p.* 161.

Urutaurana. *Marcgr. braſil.* 203. *t.* 204. *Raj. av. p.* 7.

Creſted Eagle. *Will. orn. p.* 63. *t.* 4.

Creſted Vulture. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 6. *n.* 2.

*Habitat in* nova Hiſpania *et* America *auſtrali. Fertur unico ictu cranium hominis findere, quem ſaepius adoritur; erectus conſidet; pennas occipitis ſaepius erigit in formam coronae.*

Magnitudo *arietis.* Color *ſubtus ex nigro, candido et fulvo miſtus, in collo, dorſo, cauda et criſta ſurrecta niger.* Oculi *membrana nictitante. Sub* ingluvie *pennae albae, quas iratus demittit usque ad pedum digitos.* Alae *et* cauda *ſubtus albo et nigro punctata, in modum tigridis.*

Jacquini. 35. F. pennis capitis elongatis plurimis, pedibus nudis, corpore ſubtus niveo.

Vultur (coronatus) capite tecto pennis elongatis plurimis, pedibus nudis. *Jacquin Beytr. zur Geſch. der Voeg. p.* 15. *n.* XI.

*Habitat in montibus* novae Granadae, *junior cicurandus, Harpyjae affinis.*

*Dum erectus ſedet,* $2\frac{1}{2}$ *pedum altitudinem monſtrat:* Dorſum, alae, colli *maxima pars, et* roſtrum *nigreſcunt;* caput *ex rufeſcente cinereum coronatum corona concolore pennarum plurium ſemipedalium fere decumbentium, quas avis irata erigit;* cauda *longa albida, taeniis transverſis nigris.* Pedes digitique *flavi, unguibus nigris.*

ambuſtus. 36. F. pallide fulvus, capiſtro nudo, cera ampla, pedibus caeruleſcentibus.

Tawny Vulture. *Brown. Illuſtr. p.* 2. *t.* 1. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 19. *n.* 15.

*Habitat in inſulis* Falkland, 4 *pollices ultra* 2 *pedes longus.* Roſtrum *breve, craſſum, obſcurum;* cera *ſetis hiſpida;* mandibula inferior *faſciculo pennarum tenuium longarum barbata;* tectrices *remigum ex pallide fulvo et fuſco mixtae;* cauda *ſordide alba, fuſco faſciata.* Ungues *longi, leviter curvati.*

angolenſis. 37. F. albus, cera caeruleſcente, orbitis carneis et nudis, tectricibus alarum primariis, caudaeque baſi nigris.

Angola-Vulture. *Penn. tour in Wales. p.* 228. *t.* 19. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 18. *n.* 14.

*Habitat in* Angola.

Roſtrum *albicans, longum, parum aduncum;* irides *ſtramineae;* tectrices *alarum primariae extimae albo punctatae;* caudae *apex albus;* pedes *ſordide albi et ſquamoſi.*

barbatus. 38. F. albido-rutilus, dorſo fuſco, taenia nigra ſupra et infra oculos.

Vultur (barbatus) albidus, dorſo fuſco, gula barbata, roſtro incarnato, capite linea nigra cincto. *Syſt. natur.* XII. 1. *p.* 123. *n.* 6.

Gypaëtos grandis. *Storr Alpenr.* I. *p.* 69.

Percnopterus ſ. gypaëtos. *Aldr. orn.* 1. *p.* 216. *t.* 217. 219. *Geſn. av.* 199. *Will. orn.* 33. *t.* 4. *Raj. av.* 8. *Alb. av.* 2. *p.* 2.

Vultur alpinus. *Briſſ. av.* 1. *p.* 464.

Laemmergeyer. *Andreae Brief. aus der Schweiz, p.* 195. *t.* 12.

β. Vultur aureus. *Geſn. av.* 783. *t.* 781. *Aldrov. av.* 1. *p.* 277. *t.* 276. *Briſſ. ornith. p.* 132. *n.* 5. *Hablizl apud Pallas n. nord. Beytr.* IV. 64. *et S. G. Gmelin it.* IV. *p.* 185.

Vultur baeticus. *Aldrov. ornith.* I. 273. *t.* 274. *Will. orn.* 35. *Raj. av.* 10.

Vultur fulvus Geſneri. *Raj. av. p.* 10. *n.* 5.

Golden vulture. *Latham ſyn. p.* 18. *n.* 13.

γ. Falco (magnus) cera caeruleſcente, pedibus et corpore ſubtus caſtaneis albo mixtis, cauda cinerea. *S. G. Gmelin it.* III. *p.* 365. *t.* 38.

*Habitat gregibus parvis in alpibus* helveticis, rhaeticis, noricis, *β* et *γ* perſicis, Neſcher *ſacrae ſcripturae ex ſententia* Oedmani.

*Chry-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0266-2

*Chryſaëto major, ut 4 pedes longitudine aequet, et diſtantia apicis alarum expanſarum 9 pollicibus 8 pedes ſuperet.* Roſtrum *rectiuſculum unco utrinque biſulco, cinereum, rubicundo miſtum, ad latera cinctum et ſubtus munitum ſetis rigidis nigris;* nares *magnae, ovales, ſimilibus ſetis tectae.* Remiges 28, *ſplendide cinereae;* rectrices 12, *medio cinereae.* Pedes *ad digitos usque hirſuti;* ungues *nigri, robuſti, minus curvati, quam aquilis.*

*Nidificat in antris rupium inacceſſarum, ova 3–4 ponens; victitat animalibus alpinis, ut ipſas rupicapras, capras, agnos praedetur, et ipſi adeo homini dormienti infeſtus eſſe dicatur; neque tamen cadavera ipſa reſpuit. Habitu externo, gregario volatu, cadaverum appetitu ad vulturem, reliquo victu, capite et collo, audacia ad aquilas accedit.*

Albicilla. 39. F. cera pedibusque flavis, rectricibus albis: intermediis apice nigris.

Vultur albicilla. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 123. *n.* 8. *Fn. ſuec.* 55. *Brünnich orn.* 12.

Aquila Albicilla. *Briſſ. av.* 1. *p.* 427.

Pygargus, Albicilla, Hirundinaria. *Bell. av.* 15. *Geſn. av.* 205. *Raj. av.* 7. *n.* 5.

Grand Pygargue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 99. *pl. enlum. n.* 411.

White-tailed Eagle. *Will. orn. p.* 61.

Cinereous Eagle. *Brit. zool.* 1. *p.* 170. *t.* 18. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 33. *n.* 8.

Braunfahler Adler. *Friſch t.* 70.

*Habitat in* Europa, *praeſertim* Scotia, *et inſulis adjacentibus; ferit piſces maximos, iisque victitat auceps.*

Magnitudo *Gallopavonis;* longitudo 2 *pedum cum* 9 *pollicibus;* caput *et* collum *pallide cinereum;* irides *et* roſtrum *pallide flava; hoc baſi elongatum;* frons *inter oculos et nares nuda, ſetulis tantum adſperſa, caeruleſcens.* Corpus *et* alae *cinereae, fuſco intermiſto.* Cauda *alba.* Pedes *infra genua lanati, ſplendide flavi.* Ungues *nigri.*

* * * Aquilae, *majores pedibus plerumque hirſutis.*

coronatus. 1. F. cera ferruginea, pedibus lanatis albis nigro punctatis, pectore rufo, lateribus nigro faſciatis.

Aquila africana criſtata. *Briſſ. av.* I. *p.* 448.

Crowned Eagle. *Edw. av.* 3. *p.* 31. *t.* 224. *Lath. ſyn. p.* 27. *n.* 1.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0267-7

*Habitat in* Guinea, *minor europaeis.*

*Subtus albus, maculis nigris rotundis; pennae in vertice capitis longae, ut criſtae ad inſtar erigi et deprimi poſſint;* roſtrum *ferrugineum;* irides *aurantiae;* area *oculorum cum fronte albida.* Cauda *ſupra obſcure cinerea, nigro faſciata;* digiti *aurantii;* ungues *nigri.*

Cheriway. 40. F. cera roſea, pedibus flavis, corpore ferrugineo, capite albido, vertice criſtato ferrugineo. *Jacquin Beytr. p.* 17. *n.* XII. *t.* 4.

*Habitat in inſula* Amba, *ad litus* Verazuelae *ſita.*

Criſta *pennis longioribus conſtans, quas tamen avis non erigere videtur.* Orbitae *albidae;* oculi *flavi;* roſtrum *caeruleſcens;* remiges *longiſſimae nigreſcentes.* Cauda *alis longior, pariter potiſſimum nigreſcens;* uropygium *album;* ungues *nigri.*

Tharus. 41. F. cera pedibusque luteis, corpore albo-nigreſcente, vertice criſtato. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 234.

*Habitat in* Chili *frequentiſſimus, nidum in altiſſimis arboribus ex ſurculis, lana, pilis, plumis ſtruens, ova* 5 *ponens, victitans cadaveribus, et avibus domeſticis.*

Magnitudo *capi grandioris.* Capitis *corona ex pennis nigris, quarum exteriores longiores;* roſtrum *albidum.* Remiges rectricumque *apices nigri.* Pedes *ſquamati, unguibus robuſtis;* mas *albidus nigro maculatus;* femina *paulo minor, griſea.*

Melanaëtos. 2. F. cera lutea, pedibusque ſemilanatis, corpore e ferrugineo nigricante, ſtriis flavis.

Melanaëtos ſ. aquila valeria. *Geſn. av.* 203. *Aldr. orn.* 1. *p.* 197. *t.* 199. 200. *Raj. av.* 7. *n.* 4. *Alb. av.* 2. *p.* 2. *t.* 2. *Briſſ. av.* 1. *p.* 434.

Aigle commune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 1. *p.* 86. *pl. enlum. n.* 409.

Black Eagle. *Will. orn. p.* 61. *ſect.* 3. *t.* 2. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 28. *n.* 2.

*Habitat in* Europa.

Longitudo 2 *pedum et* 10 *pollicum;* roſtrum *ex corneo in caeruleum colorem vergens;* irides *caſtaneae;* caudae *pars exterior alba, nigricantibus maculis, apex nigricans;* crura *ſordide alba;* digiti *lutei;* ungues *nigri.*

42. F.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0268-3
DFG

Glaucopis. 42. F. cera et pedibus ſemilanatis citrinis, dorſo et pectore fuſco, capite et cervice ex flavicante albis, ſtriis fuſcis, remigibus nigris. *Merrem Beytr.* II. *p.* 25. *t.* 7.

*Habitat in monte* Dransberg *prope* Goettingam.

Longitudo 1 *pedis*, 9 *pollicum*, 3 *linearum*; roſtrum *glaucum*; nares *magnae*, *ovatae*, *pone has ſetae nigrae*; os *interius et* lingua *roſea*, *haec carnoſa margine magis cornea*, *apice vix bifida*; irides *canae*, *flavo permiſtae*; frons *lunulis fuſcis inſignita*. Crura *brevia*, *pennis mollioribus tecta*; pedes *antice ſemilanati*; *unguibus nigris*. Cauda *ſupra ex rubicundo fuſca*, *ſubtus ſordide alba*, *utrinque taeniis* 6 *nigris*.

leucocephalus. 3. F. cera lutea pedibusque ſemilanatis, corpore fuſco, capite caudaque albis.

Aquila leucocephalos. *Briſſ. av.* 1. *p.* 423.

Pygargue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 99. *pl. enlum. n.* 411.

Bald Eagle. *Catesb. Carol.* I. *p.* 1. *t.* 1. *Lath. ſyn. p.* 29. *n.* 3.

White headed Eagle. *Arct. zool.* II. *p.* 196. *n.* 89.

*Habitat in* Europae *et* Americae *ſilvis aceroſis*, *porcis*, *agnis*, *piſcibus victitans*, *quos poſteriores ab haliaëto captos huic aufert*; *nidus amplus*, *foetens*, *in inſula Beringii rupibus innixus*, *ovis duobus*.

Longitudo 3 *pedum cum* 3 *pollicibus*, pondus *librarum* 9. Roſtrum *luteum*; irides, caput, collum, cauda *candent*; digiti *flavent*; ungues *nigricant*; *reliquum* corpus *chocoladam colore aemulatur*.

Oſſifragus. 4. F. cera lutea pedibusque ſemilanatis, corpore ferrugineo, rectricibus latere interiore albis.

Aquila oſſifraga. *Briſſ. ornith.* I. *p.* 125. *n.* 9.

Oſſifraga. *Geſn. av.* 263. *Aldr. ornith.* 1. *p.* 222. *t.* 225. 228. *Brünn. orn.* 13.

Haliaëtus ſ. Oſſifraga. *Raj. av. p.* 7. *n.* 3.

Orfraye

---

Gypaëti, *vultures inter et aquilas quaſi medii*, *cadavera appetunt*, *et viva venantur animalia*; aquilae et falcones *nobiliore habitu cadavera abhorrent*; *illae capiunt oves*, *lepores*, *ſcinros*, *anſeres*, *ſerpentes*, *piſces*; *hi potiſſimum aves*; *altiſſime volant*, *ut ſaepe vix videantur*; *haerent quaſi ſuſpenſi in aëre*; *viſu excellunt*, *ſolitarii degunt*, *niſi tempore copulae*; *jaculi inſtar cadunt proſequendo praedam*; *famem diu tolerant*; *pane ingeſto moriuntur*, *aetate ſexuque variant*; *paciſcuntur inducias cum avibus inprimis domeſticis*, *quamdiu cuculus cuculat*, *ut hae ferientur ſub nidificatione*, *incubatione*, *pullitie*. *Succus gaſtricus acidus*, *acer*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0269-2

Orfraye on Oſſifrague, Grand aigle de mer. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 112. *t.* 3. *pl. enlum. n.* 112. 415.
Sea Eagle or Oſprey. *Br. zool.* I. *p.* 167. *t.* 17. *Arct. zool.* 2. *p.* 194. *n.* 86. *Will. orn. p.* 59. *t.* 1. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 30. *n.* 4.
*Habitat in* Europa *et boreali* America, *in* botanica *quoque inſula, piſcibus potiſſimum victitans, quos ipſe capit. Chryſaëto affinis, pedibus tamen vix infra genua lanatis.*
Magnitudo *Gallopavonis:* Pennae *baſi albae, medio ferrugineae, apice nigrae.* Remiges *nigricantes; ſecundariae latere tenuiore albicantes.* Rectrices *latere interiori albae, rhachi nivea.* Tectrices *caudae fere albae.* Pedes *lutei.* Femina *obſcure ferruginea.*

Chryſaëtos. 5. F. cera lutea, pedibusque lanatis luteo-ferrugineis, corpore fuſco-ferrugineo vario, cauda nigra baſi cinereo-undulata. *Fn. ſuec.* 54.
Chryſaëtos ſ. Aquila aurea. *Briſſ. av.* 1. *p.* 431.
Aquila germana. *Geſn. av.* 168.
Aquila chryſaëtos. *Raj. av.* 6. *n.* 1. *Aldr. orn.* 1. *p.* 111. 114. 115.
Grand aigle. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 76. *pl. enl. n.* 410.
Golden Eagle. *Brit. zool.* 1. *p.* 161. *t.* 16. *Alb. av.* II. *t.* 1. *Will. orn. p.* 58. *t.* 1. *Lath. ſyn. p.* 31. *n.* 5.
*Habitat in* Europa *et* Sibiriae *deſerto* Uralenſi, *ſereno coelo altiſſima petens, inſtante tempeſtate terrae propior.*
Pondus 12 *librarum*, longitudo 3 *pedum*, latitudo 7 *pedum et* 4 *pollicum.* Pedes *ad digitos usque pennis tecti.*

fulvus. 6. F. cera flava, pedibusque lanatis fuſco-ferrugineis, dorſo fuſco, cauda faſcia alba.
Aquila. *Briſſ. av.* 1. *p.* 419. *Aldr. orn.* 1. *p.* 17. *Dodart act.* 3. *p.* 89. *t.* 49.
Aquila fulva ſ. Chryſaëtos, cauda annulo albo cincta. *Raj. av.* 6. *n.* 2.
Aigle commun. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* I. *p.* 86. *pl. enlum. n.* 409.
Golden Eagle, with a white ring about it's tail. *Will. orn. p.* 59.
Black Eagle. *Brit. zool.* 1. *p.* 165. *Arct. zool.* 2. *p.* 195. *n.* 87.
Ring-tailed Eagle. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 32. *n.* 6.
canadenſis. β. F. cera flava pedibusque lanatis, corpore fuſco, cauda alba apice fuſco. *Syſt. nat.* X. *p.* 88.
White tailed Eagle. *Edw. av.* 1. *t.* 1. *Voy. hudſ.* 3. *p.* 54. *t.* 2.
*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0270-3 DFG

*Habitat in* Europa, America *et* Aſia *ſeptentrionali in rupibus altiſſimis nidificans, et docilis, ut variae Tatarorum tribus, Marco Polo jam notante, capiendis leporibus, antilopis, vulpibus, ipſisque lupis adaptent, qui etiam rectrices arcubus ſuis accommodant.*

Frons *inter oculos et nares nuda.* Pectus *punctis trigonis maculatum;* pedes *ad digitos usque pennis hirſuti. An femina Melanaëti?*

leucogaſter. 43. F. albus, dorſo, alis, caudaque obſcure fuſcis, caudae apice albo, pedibus flavis.

White-bellied Eagle. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 33. *n.* 7. a.

Longitudo 2 *pedum cum* 9 *pollicibus.* Roſtrum *amplum, ex fuſceſcente luteum;* ungues *nigri.*

japonenſis. 44. F. cera obſcura, pedibus luteis, corpore fuſco.

Japoneſe Eagle. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 33. *n.* 7. b.

*Habitat in inſulis* Japan, *pedem et* 11 *pollices longus.* Roſtrum *anguſtum, baſi caeruleum, apice nigricans, ſubtus flaveſcens;* frons *bubali colore; reliqui capitis et corporis pennae fuſcae, apice ferrugineae;* gula *alba, nigro ſtriata, lunula nigra cincta;* pectoris ventris*que pennae margine ex flavicante albo;* ungues *magni, nigri.*

Roſtrum *rubrum*; alarum *medium caeruleum*; cauda ⅘ *longitudinis totius corporis*; alae *complicatae ad medium caudae usque*; pedes *obſcuri.*

vireſcens. 77. Pſ. vireſcens, tectricibus alarum minoribus baſi intusque albis, extus et apice flavis, remigibus quinque primis intus nigris, margine albo, ſeptem proximis albis, margine et apice flavis.
Pſittaca cayenenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 334. *n.* 60. *t.* 27. *f.* 2.
Perruche à ailes variées. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 259.
Petite perruche verte de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 359.
Yellow winged Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 244. *n.* 43.
*Habitat in* Cayenna *numeroſiſſimus*, *non timidus*, *docilis*, *erythrinae coralliodendri floribus ſe delectans*, 8 *pollices longitudine ſuperans.*
Roſtrum *cum cera albidum*; tectrices *alarum a corpore remotiſſimae ex vireſcente caeruleae*; *ſubtus corpori proximae ſulphureae*, *exteriores ex caeruleſcente virides*; remiges

ges *plurimae extus et apice flavae, intus ex flavicanti albae; 4 corpori proximae virides;* rectrices *margine interiore flavicantes.*

versicolor. 78. Pſ. viridis, capite gulaque fuſcis, hac fulvo undulata, alis caeruleis plica flammea, abdomine ex purpuraſcente dilute caeruleo, venis fuſcis.
Perruche à gorge variée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ. 6. p.* 259.
Perruche à gorge tachetée de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 144.
Perruche Nr. 2. *Fermin Surin.* 2. *p.* 177.
Waved-breaſted Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 245. *n.* 44.
*Habitat in* Cayenna *et* Surinamo, *vireſcenti aequalis.*
Roſtrum, pedes *et* ungues *nigra;* irides *flammeae;* capiſtrum *ſupra ſchiſti, ſubtus caeli colore;* cauda *linea longitudinali ex purpuraſcente dilute caerulea* (lilac), *ſubtus ex rubro fuſca.*

incarnatus. 79. Pſ. viridis, roſtro, pedibus et unguibus incarnatis, cera orbitisque albidis, gula tectricibusque alarum rubris.
Pſittaca indica. *Briſſ. av.* 4. *p.* 341. *n.* 63.
Perruche à gorge rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 157.
Little redwinged Parrakeet. *Edw. glean. t.* 236. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 246. *n.* 46.
*Habitat in* India, 8½ *pollices longus.*
Irides *caſtaneae;* cauda 4½ *pollices longa.*

murinus. 80. Pſ. olivaceus, facie, gula et pectore murinis, remigibus viridibus.
Perruche. *Pernatt. it. Malouin.* 1. *p.* 312.
Perruche ſouris. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 148.
Perruche à poitrine griſe. *Buff. planch. enl. n.* 768.
*Habitat in* Montevideo, *manſuetus et docilis,* 10 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *griſei;* cauda 5 *pollicum.*

cornutus. 81. Pſ. viridis, capite coccineo, pennis duabus elongatis exſtantibus, torque et uropygio ſtramineis, remigum rectricumque margine exteriore caeruleo.
Horned Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 248. *n.* 48. *t.* 8.
*Habitat in* nova Caledonia, 11 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *ex atro caerulei;* tempora *aurantia;* irides *aureae;* pennae 2 *verticis exſtantes* 1½ *pollices longae;* tectrices *alarum intus et apice obſcurae;* cauda *ſubtus atra.*

caledonicus. 82. Pſ. olivaceus, vertice ex vireſcente flavo, rectricibus apice albicantibus, 4 extimis margine exteriori pallide caeruleis.
Caledonian Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 248. *n.* 49.
*Habitat in* nova Caledonia, 12 *pollices longus.*
Roſtrum *caeruleſcens, apice pallido;* capiſtrum *ſupra rubrum, ſubtus caeruleum;* corpus *ſupra magis in viridem, ſubtus magis in flavum colorem vergens;* pedes *ex atro caerulei; an femina cornuti?*

novae Seelandiae. 83. Pſ. viridis, fronte purpurea, vertice badio, ſtria a baſi roſtri per oculos ducta rubra, rectricibus caeruleſcentibus, intermediarum duarum margine viridi, uropygio rubro.
Red rumped Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 249. *n.* 50.
*Habitat in* nova Seelandia, 15 *pollices longus.*
Roſtrum *profunde caeruleum apice nigrum; in* cervice *pennae nonnullae pallide flavae, in dorſi medio ex pallide ferrugineo fuſcae;* tempora *pallide viridia;* abdomen *ex cinereo viride;* remiges *primariae fuſcae, margine caeruleſcente, ſecundariae et alae ſpuriae obſcurae margine viridi et apice pallide ferrugineo;* pedes *nigri.*

novae Hollandiae. 84. Pſ. olivaceus, capite criſtato et gula flavis, macula pone oculos rubra, faſcia alarum obliqua alba.
Creſted Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 250. *n.* 51.
*Habitat in* nova Hollandia, 12 *pollices longus.*
Roſtrum *pallidum;* criſta *pennis* 6 *gracilibus, quarum* 2 *pollices* 3 *fere longae, reliquae breviores;* pedes *obſcuri;* feminae caput *et* corpus *magis in badium vergunt;* uropygio *et* cauda *lineis transverſis griſeis picta.*

ulietanus. 85. Pſ. olivaceus, capite ex atro fuſco, uropygio obſcure rubro, alis caudaque obſcuris.
Society Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 250. *n.* 52.
*Habitat in* Ulietea, 10½ *pollices longus.*
Roſtrum *ex atro caeruleum, apice nigrum;* pennae *margine obſcuro, ſubtus magis in flavum vergentes;* pedes *nigri.*

multicolor. 86. Pſ. viridis, capite, gula et abdomine caeruleis, pectore anteriore rubro, poſteriore et cauda ſubtus lutea, torque albo.
White collared Parrot. *Gener. of birds. p.* 59. *t.* 2. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 251. *n.* 53.
*Habitat in inſulis oceani* indici; roſtrum *rubrum.*

87. Pſ.

aureus. 87. Pſ. viridis, cera orbitisque ex caeruleſcente incarnatis, vertice aureo, tectricibus alarum faſcia obliqua caerulea.
Pſittaca braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 337. *n.* 61.
Perruche couronnée d'or. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 271.
Golden-crowned Parrakeet. *Edw. glean. t.* 235. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 251. *n.* 54.
*Habitat in* Braſilia.
Roſtrum *nigrum;* irides *aurantiae;* gula *ex flavicante viridis, rubro admiſto;* pedes *rubicundi;* ungues *nigricantes.*

lineatus. 48. Pſ. viridis, remigibus ſubtus fuſcis, margine interiore pallidis.
Magnitudo *turturis;* color *ſubtus magis in flavum vergens;* alae *ſubtus lineis pallidis longitudinalibus tenuiſſimis;* cauda *corpore longior.*

pacificus. 88. Pſ. viridis fronte et macula pone oculos et utrumque ad uropygium rubra, alarum margine exteriore caeruleo, cauda ſubtus cinerea.
Pacific Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 252. *n.* 56.
*β.* Pſ. macula ad uropygium nulla.
*γ.* Pſ. uropygio rubro.
*δ.* Pſ. vertice flavo.
*Habitat in inſulis* maris pacifici, 12 *pollices longus.*
Roſtrum *argenteum, apice nigro;* pedes *fuſci;* ungues *nigri.*

palmarum. 89. Pſ. viridis, roſtro pedibusque rubris, remigum apice et margine atro.
Palm Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 253. *n.* 57.
*Habitat in inſula* Tanna, *palmas frequentans,* 8 *pollices longus.*
Color *ſubtus magis pallidus, in abdomine et caudae apice in flavum vergens.*

auſtralis. 90. Pſ. viridis, vertice caeruleo pennis elongatis criſtato, gula et abdomine medio rubris, femoribus purpureis.
Blue creſted Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 254. *n.* 58.
*Habitat in inſulis* Sandwich, 6½ *pollices longus.*
Roſtrum *aurantium;* frons *pallide viridis;* rectrices 2 *intermediae virides, apice flavo; reliquae flavicantes, margine et apice viridi;* pedes *obſcuri,* ungues *nigri.*

taitianus. 91. Pſ. caeruleus, capitis pennis elongatis, gula juguloque albis, roſtro pedibusque rubris.
Arimanon. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 175.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0343-9

Petite Perruche de l'isle de Taiti. *Buff. planch. enl. n.* 455. *f.* 2.
Otaheitian blue Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 255. *n.* 59.
*Habitat in inſula* Taiti, *ſonorus, frequens, muſae fructibus victitans, longitudine 5 pollices parum excedens.*

pygmaeus. 92. Pſ. viridis, pennarum apice ex vireſcente flavo, remigibus intus obſcuris.
Pygmy Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 256. *n.* 60.
*Habitat in inſulis maris* auſtralis, 6 *pollices longus.*
Roſtrum *albicans*; cera *obſcura*; pedes *plumbei.*

agilis. 20. Pſ. viridis, tectricibus remigum primorum caeruleſcentium fulvis, cauda vix elongata ſubtus rubra, orbitis cinereis.
Pſittacus cayenenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 237. *n.* 23.
Criq. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 228.
Criq de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 839.
Little green Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 168.
Agile Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 297. *n.* 101.
*Habitat in* America, 10½ *pollices longus, coccothrauſtae magnitudine.*
Roſtrum *et* pedes *cinerea*; irides *badiae*; remiges *intus et apice nigrae*; rectrices 2 *intermediae virides*; 3 *proximae intus* ¾ *longitudinis rubrae.*

* * *Brachyuri, cauda aequali.*

coronatus. 21. Pſ. viridis, criſta plicatili rubra apice caerulea.
Cockatoo of Gujana. *Bancr. Guj. p.* 160.
Crowned Cockatoo. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 259. *n.* 65.
*Habitat in* Surinamo *et* Gujana, *criſtati magnitudine.*
Frons *flava*; criſta *coccinea, apice lucide caeruleo*; rectrices *extimae latere exteriori caeruleae*; criſſum *rubrum, pennarum apice caeruleo.*

aterrimus. 93. Pſ. niger, criſta magna dilutiore, genis rubris nudis.
Kakatoës noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 97.
Great black Cockatoo. *Edw. glean. t.* 316.
Black Cockatoo. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 260. *n.* 66.
*Habitat in* nova Hollandia, *magnitudine Macao.*
Roſtrum *obſcure fuſcum*; pedes *ex fuſco nigri.*

ſulphureus. 94. Pſ. albus, criſta plicatili acuminata, et macula infra oculos ſulphureis.
Cacatua luteo-criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 206. *n.* 9.

Kaka-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0344-5

Kakatoës à hupe jaunç. *Buff. hiſt. uat. des oiſ.* 6. *p.* 93. *pl. enlum. n.* 14.
Creſted Parrot or Cockatoo. *Albin. av.* 3. *t.* 12.
Leſſer white Cockatoo. *Edw. glean. t.* 317. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 258. *n.* 64.
*Habitat in inſulis* Moluccis, 14½ *pollices longus.*
Roſtrum *et* cera *nigricant;* irides *rubent;* color *ſubtus in ſulphureum inclinans;* pedes *nigri.*

philippinarum. 95. Pſ. albus, criſta ſulphurea plicatili apice alba, orbitis ex flavicante rubris, tectricibus caudae inferioribus rubris albo punctatis.
Cacatua minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 212. *n.* 11. *t.* 22. *f.* 1.
Petit Kakatoës à bec couleur de chair. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 96.
Petit Kakatoës des philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 191.
Red-vented Cockatoo. *Brown illuſtr. p.* 10. *t.* 5. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 258. *n.* 63.
*Habitat in inſulis* Philippinis, 13½ *pollices longus.*
Roſtrum *album, baſi utplurimum cinereum;* cera *griſea;* orbitae *ex flavicante rubrae;* criſtae *pennae longiſſimae ſeſquipollicares; inferiorum aliquae pallide rubrae;* rectrices 2 *intermediae albae, laterales intus ad medium usque ſulphureae;* pedes *et* ungues *plumbei.*

moluccenſis. 96. Pſ. albus in colorem dilute roſeum inclinans, criſta ſubtus rubra, rectricibus lateralibus intus a baſi ad medium usque ſulphureis.
Cacatua rubro criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 209. *n.* 10.
Kakatoës à hupe rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 95. *pl. enlum. n.* 498.
Greater Cockatoo. *Edw. av.* 4. *t.* 160.
Great red-creſted Cockatoo. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 257. *n.* 62.
*Habitat in inſulis* moluccis, 17¾ *pollices longus.*
Roſtrum *ex caeruleo nigrum;* cera *et* ungues *nigra;* orbitae *griſeae;* irides *rubrae;* criſta 6½ *pollices longa;* pedes *plumbei.*

criſtatus. 22. Pſ. albus, criſta plicatili flava.
Cacatua. *Briſſ. av.* 4. *p.* 204. *n.* 8. *t.* 21.
Pſittacus albus criſtatus. *Aldrov. orn. l.* 11. *c.* 4. *Raj. av. p.* 30. *n.* 1.
Kakatoës à hupe blanche. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 92.
Kakatoës des Moluques. *Buff. pl. enlum. n.* 263.

White

White creſted Parrot of Aldrovandus. *Albin. av.* 3. *p.* 12. *t.* 12. *Will. orn. p.* 112. *t.* 15.
Great white Cockatoo. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 256. *n.* 61.
*Habitat in inſulis* Moluccis, 18 *pollices longus.*
Roſtrum, cera, irides, pedes *et* ungues *nigra;* orbitae *nudae et albae;* remiges *et laterales* rectrices *a baſi ad medium intus ſulphureae;* cervicis *pennae laxae et fluctuantes;* criſta 5 *pollices longa, uti* 92–96 *upupae plicatilis, tegens verticis calvitiem pennis duplici ſerie, ſed alternatim connivente imbricatis, quas erigit affectu quovis excitatus.*

erythroleucus. 23. Pſ. cinereus, uropygio, rectricibus remigibusque coccineis.
Pſittacus erythroleucus. *Aldrov. orn.* 1. *p.* 675. *Raj. av. p.* 31. *n.* 7.
Cacatua alis et cauda rubris. *Briſſ. av.* 4. *p.* 214. *n.* 12.
Kakatoës à ailes et queue rouges. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 96.
Red and white Parrot. *Will. orn. p.* 114. *n.* 8. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 260. *n.* 67.
Magnitudo *gallinae;* longitudo 17 *pollicum;* roſtrum *et* ungues *nigrae;* dorſi *pars inferior punicea;* pedes *nigricantes.*

erithacus. 24. Pſ. canus, temporibus nudis albis, cauda coccinea. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 14. *Scop. ann.* 1. *p.* 31. *n.* 30.
Pſittacus guineenſis cinereus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 310. *n.* 49.
Pſittacus cinereus ſ. ſubcaeruleus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 675. *t.* 676. *Raj. av. p.* 31. *n.* 8.
Perroquet cendré ou Jaco. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 100. *pl. enlum. n.* 311.
Aſh-coloured Parrot. *Will. orn. p.* 114. *n.* 7. *Albin. av.* 1. *t.* 12. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 261. *n.* 68.
Grauer Papagay mit rothem Schwanz. *Friſch. av. t.* 51.
β. Pſittacus alis rubris. *Briſſ. av.* 4. *p.* 313. *n.* 49. A.
γ. Pſittacus rubro-varius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 313. *n.* 49. B.
Aſh-coloured and red Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 163.
δ. Pſittacus ruber, capite cinereo, genis nudis, remigibus primariis ex cinereo fuſcis. *Scopol. ann.* 1. *p.* 32. *n.* 31.
*Habitat in* Africa *occidentali,* 20 *pollices longus, loquax varias modulatur gutture voces, ſcurrili ſtrepitu, quicquid et audit, ait.*
Roſtrum *nigrum;* cera *alba;* irides *ex flavicante albae;* pedes *cinerei;* ungues *nigricantes.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0346-6

cinereus. 97. Pſ. totus ex caeruleſcente cinereus.
Pſittacus braſilienſis cinereus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 313. *n.* 50.
Maracana. *Will. orn. p.* 112. *n.* 5.
Maracana Braſilienſibus, prima Marcgravii. *Raj. av. p.* 29. *n.* 4.
Cinereous Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 263. *n.* 69.
*Habitat in* Guinea, *erithaco major.*

meridionalis. 98. Pſ. ſupra ex vireſcente cinereus, ſubtus ſpadiceus, orbitis, vertice, occipite et cervice cinereis, pennarum apice fuſco.
Southern brown Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 264. *n.* 70.
*Habitat in* nova Seelandia, 16 *pollices longus.*
Roſtrum *ex caeruleo nigrum;* pedes *nigri.*

maſcarinus. 49. Pſ. cinereus capiſtro ſubtus nigro, orbitis nudis rubicundis, rectricibus lateralibus baſi albicantibus. *Mantiſſ.* 1771. *p.* 524. *Briſſ. av.* 4. *p.* 315. *n.* 52.
Maſcarin. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 120. *t.* 5. *pl. enlum. n.* 35.
Maſcarine Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 265. *n.* 72.
*Habitat in* Maſcarin, $13\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum, cera *et* pedes *rubicunda;* vertex *et* cervix *pallidiores;* ungues *griſei.*

fuſcus. 99. Pſ. totus ex cinereo fuſcus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 314. *n.* 51.
Brown Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 266. *n.* 73.
Longitudo $13\frac{1}{2}$ *pollicum.*

garrulus. 25. Pſ. ruber, orbitis cinereis, genis aliſque viridibus, rectricibus medietate poſtica caeruleis. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 14.
Pſittacus ruber, remigibus rectricibusque introrſum purpureis. *It. wgoth.* 137.
Lorius ceramenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 215. *n.* 13.
Lory. *Raj. av. p.* 151. *n.* 5.
Purple Parrot. *Charlet. exerc. p.* 75. *n.* 16.
Scarlet Parrakeeto with green and black Wings. *Will. orn. p.* 117.
Lory de Ceram. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 129. *var.* 2.
Ceram Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 269. *n.* 76.
Ganz rother Papagay. *Friſch. av. t.* 45.
aurorae. *β.* Pſ. coccineus alis viridibus nigriſque, rectricibus flavis, medietate poſtica vireſcentibus. *Syſt. nat.* 10. *n.* 22.
Pſittacus coccineus orientalis, alis ex viridi et nigro variis. *Raj. av. p.* 31. *n.* 9.
Noira varieté. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 129. *n.* 1.

γ. Pſit-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0347-2

moluccenſis. γ. Pſittacus humeris luteo-maculatis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 219. *n.* 14. *t.* 23. *f.* 1.
Lori Noira. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 127.
Lori des Moluques. *Buff. pl. enlum. n.* 216.
Scarlet Lori. *Edw. av.* 4. *t.* 172. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 270. *n.* 76. B.

δ. Pſittacus tectricibus alarum plurimis caeruleo punctatis.

*Habitat in inſulis* Moluccis, 10¼ *pollices longus.*

Roſtrum *aurantium*; cera *cinerea*; irides *flavae*; pedes *fuſci, in* β. *nigri*; ungues *nigri*; tectrices *alarum minores et inferiores ex flavo et viridi variae*; β. *virides*; γ. *primo flavae, tum virides, dein virides flavo punctatae*; alae *ſpuriae violaceae*; remiges *majores obſcure virides intus coccineae, apice cinereae*; *in* β. *nigrae, extrorſum virides ſubtus obſcurae*; *in* γ. *obſcure virides, in caeruleum vergentes.* Rectrices 2 *intermediae baſi virides, tum rubrae punctis viridibus, proximae* ⅔ *longitudinis rubrae, tum virides, reliquae baſi coccineae, tum violaceae punctis obſcure viridibus*; *in* β. *exterior pars caudae flava, apex ex flavo viridis*; *in* γ. *rectrices omnes ſubtus ex rubro flavae.*

domicella. 26. Pſ. ruber, pileo violaceo, alis viridibus, humeris genibusque caeruleis, orbitis fuſcis.
Lorius orientalis indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 22. *n.* 15. *t.* 24. *f.* 1.
Lory des Indes orientales. *Buff. pl. enlum. n.* 84.
Lori à collier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 130.
Second black-cap Lory. *Edw. av.* 4. *t.* 171.
Purple-capped Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 271. *n.* 77.

β. Pſittacus pileo caeruleo.
Lorius torquatus indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 130. *n.* 18.
Lori à collier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 131.
Lori mâle des Indes orientales. *Buff. pl. enlum. n.* 119.
Laurey from the Braſils. *Albin. av.* 1. *t.* 13.

*Habitat in inſulis* Moluccis *et* nova Guinea, *docilis, diſtincte loquens,* 11 *fere pollices longus.*

Roſtrum *rubrum, in* β. *flavicans*; cera *cinerea*; orbitae β. *nigrae*; irides *flavae*; *lunula ad pectus,* β. *torques flavus,* β. *dorſo, uropygio et abdomine ex albo et roſeo mistis*; β. cauda *purpurea, tectricibus ejus ex albo et rubro variis*; β. remiges *caeruleae, minores cum tectricibus ex flavicante virides*; pedes *ſubatri*; ungues *nigri.*

27. Pſ.

Lory. 27. Pſ. purpureus, pileo violaceo, alis viridibus, pectore, genibus caudaque caeruleis, orbitis ſubincarnatis.
Lorius philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 225. *n.* 16. *t.* 23. *f.* 2.
Lori tricolor. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 132.
Lory des Philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 168.
Firſt black cap Lory. *Edw. av.* 4. *t.* 170.
Black-capped Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 273. *n.* 78.
*Habitat in inſula* Yolo *et reliquis* Philippinis, $10\frac{3}{4}$ *pollices longus.*
Roſtrum *et* irides *aurantia;* cera *cinerea;* rectrices *partim rubrae, partim virides, exteriores margine extremo violaceae;* pedes *nigricantes.*

puniceus. 100. Pſ. ſaturate coccineus, ſubtus violaceus, tectricibus alarum minoribus et inferioribus, remigibusque intus et ſubtus ex nigricante fuſcis.
Lorius amboinenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 231. *n.* 19.
Lory d'Amboine. *Buff. pl. enlum. n.* 518.
Lori Cramoiſi. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 133.
Blue breaſted Parrot. *Brown's illuſtr. t.* 6.
Crimſon Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 273. *n.* 79.
*Habitat in* Amboina, $11\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum *rubrum, aliquando nigrum;* cera orbitae*que nigricantes;* irides *aurantiae;* rectrices *apice ſordide rubrae aut aurantiae;* pedes *fuſci;* ungues *nigri.*

ruber. 101. Pſ. ruber, area oculorum remigibusque nigris, alarum macula et tectricibus caudae inferioribus cyaneis, caudae apice badio.
Lori de Gilolo. *Sonner. it. p.* 177. *t.* 112.
Lori rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 134.
Lori de la Chine. *Buff. pl. enlum. n.* 519.
Molucca Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 274. *n.* 80.
β. Pſ. humeris, abdomine, criſſo, remigum ſecundariarum et tectricum alarum majorum apicibus caeruleis.
*Habitat in* Moluccis *inſulis et* nova Guinea, 9–10 *pollices longus.*

grandis. 102. Pſ. ruber, ſubtus ex rubro, caeruleo, violaceo et viridi miſtus, nucha violacea, alis cyaneis, caudae apice flavo.
Purpur-roode Lori. *Voſmaer Monogr.* 1769. *p.* 10. *t.* 7.
Lori de la nouvelle Guinée. *Buff. pl. enlum. n.* 683.
Grand Lori. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 135. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 275. *n.* 81.

β. Pſit-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0349-6

*β*. Pſittacus corpore ſupra ex fuſco et viridi vario, ſubtus caeruleo, alarum margine et tectricibus alarum inferioribus caeruleis, cauda badia.
*Habitat in* Zeylona, 13 *pollices longus.* Roſtrum *nigrum.*

guineenſis. 103. Pſ. capite colloque coccineis, ſuperciliis et pectore flaveſcentibus, alis ex luteo virentibus apice caeruleis, abdomine, uropygio caudaque ſubtus canis, apice coccineis.
*Miller illuſtr. t.* XXIX.
Yellow-breaſted Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 276. *n.* 82.
*Habitat in* Guinea, 10 *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum;* cera, gula, *et* orbitae *albae;* ungues *nigri.*

paraguanus. 104. Pſ. coccineus, capite, cervice, criſſo, cauda, humeris aliſque nigris.
Lorius braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 229. *n.* 17.
Paragua. *Raj. av. p.* 33. *n.* 4. *Will. orn. p.* 115. *n.* 9. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 248.
Paraguan Lory. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 277. *n.* 83.
*Habitat in* Braſilia? Roſtrum *cinereum;* irides *rubrae.*

niger. 29. Pſ. cauda elongata aequali, corpore caeruleſcente nigro, roſtro orbitiſque albidis.
Pſittacus madagaſcarienſis niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 317. *n.* 53.
Vaſa ou Perroquet noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 119. *t.* 4.
Perroquet noir de Madagaſcar. *Buff. pl. enlum. n.* 500.
Black Parrot of Madagaſcar. *Edw. av.* 1. *t.* 5.
Black Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 264. *n.* 71.
*Habitat in* Madagaſcar, 13½ *pollices longus.*
Roſtrum *rubicundum;* irides *fuſcae;* pedes *carnei;* ungues *nigri.*

caeruleocephalus. 28. Pſ. caeruleus, ventre, uropygio caudaque viridibus, vertice flavo, remigibus rectricibuſque rubris.
Pſittacus gujanenſis caeruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 304. *n.* 46.
Pſittacus verſicolor ſ. erythrocyanus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 675. *Raj. av. p.* 31. *n.* 6.
Crik rouge et bleu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 226.
Red and blue Parrot. *Will. orn. p.* 114. *n.* 6. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 277. *n.* 84.
*Habitat in* Gujana, 9 *pollices longus.*
Roſtrum *nigricans;* orbitae *nudae, albidae;* irides *flavae;* pedes *ex rubro griſei.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0350-8

varius. 105. Pſ. ex fuſco et cyaneo varius, genis, gula juguloque albicantibus, remigibus rectricibusque obſcure fuſcis, latere exteriore cyaneis. *Maerter phyſ. Arb. der eintr. Fr. zu Wien.* I. 2. *p.* 48.

*Habitat in* America *auſtrali, parum ultra 5 pollices longus;* roſtro pedibus*que flaveſcentibus*, unguibus *nigris.*

violaceus. 106. Pſ. violaceus viridi et nigro admiſto varius, dorſo ex fuſco viridi, remigibus majoribus nigris, reliquis ex luteo, viridi et rubro variis, tectricum macula roſea.

Pſittacus aquarum Lupiarum inſulae. *Briſſ. av.* 4. *p.* 302. *n.* 44.

Crick à tête violette. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 233.

Perroquet de la Guadeloupe. *du Tertre antill.* 2. *p.* 250. *fig. p.* 246.

Ruff. necked Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 268. *n.* 75.

*Habitat in inſula* aquarum Lupiarum.

Roſtrum *et* orbitae *incarnata.*

fringillaceus. 107. Pſ. viridis, capite cyaneo, genis, gula, jugulo, maculaque abdominis ex lacteo ſanguineis, abdomine violaceo. *Maerter phyſ. Arb. der eintr. Fr. zu Wien.* I. 2. *p.* 47.

*Habitat in* America *auſtrali, fringillae magnitudine*, 6 *pollices longitudine ſuperans.* Rectrices *latere interiori et apice*, roſtrum *et* pedes *pallide lutea;* ungues *ſubfuſci.*

choraeus. 108. Pſ. viridis, ſubtus cinereus, orbitis incarnatis. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 228.

*Habitat in* Chili, *moribus et victu cum Jaquilma conveniens.*

ſinenſis. 109. Pſ. viridis, alarum tectricibus inferioribus rubris, majoribus nonnullis et margine caeruleis, cauda ſubtus fuſca.

Pſittacus ſinenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 291. *n.* 39.

Perroquet de la Chine. *Buff. pl. enlum. n.* 514.

Perroquet vert. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 116.

Grand perroquet vert de la nouvelle Guinée. *Sonner. it. p.* 174. *t.* 108.

Green and red Parrot from China. *Edw. glean. t.* 231. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 278. *n.* 85.

*Habitat in* Sina *auſtrali*, Amboina, nova Guinea, *gallinae magnitudine.*

Cera *nulla;* orbitae *non nudae;* mandibula *inferior nigra, ſuperior rubra, apice flavicans;* irides *aurantiae;* pedes *et* ungues *nigri.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0351-3

macrorhynchos. 110. Pſ. viridis ſubtus in flavum vergens, alis ex cyaneo et viridi miſtis, tectricibus nigris.
Perroquet à bec couleur de ſang. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 122.
Perroquet de la nouvelle Guinée. *Buff. pl. enlum. n.* 713.
Great billed Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 278. *n.* 86.
*Habitat in* nova Guinea, 14 *pollices longus.*
Roſtrum *magnum*, *ſanguineum.*

gramineus. 111. Pſ. viridis, ſubtus olivaceus, fronte et vertice caeruleis, cauda ſubtus flava.
Grand Perroquet vert à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 122.
Perroquet d'Amboine. *Buff. pl. enlum. n.* 862.
Amboina Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 279. *n.* 87.
*Habitat in* Amboina, 16 *pollices longus.* Pedes *plumbei.*

leucocephalus. 30. Pſ. viridis, remigibus caeruleis, fronte alba, orbitis niveis.
Pſittacus martinicanus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 242. *n.* 26.
Amazone à tête blanche. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 212. *t.* 9.
Perroquet à front blanc du Senegal. *Buff. pl. enlum. n.* 335.
White-headed Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 166.
White-fronted Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 279. *n.* 88.
*β.* Pſittacus martinicanus gutture rubro. *Briſſ. av.* 4. *p.* 244. *n.* 27.
Pſittacus leucocephalus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 670. *Raj. av. p.* 31. *n.* 5. *p.* 181. *n.* 7.
Amazone à tête blanche. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 212. *var.*
Perroquet de la Martinique. *Buff. pl. enlum. n.* 549.
White-headed Parrot. *Will. orn. p.* 113. *n.* 5. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 280. *n.* 88. A.
*γ.* Pſittacus capite a fronte ad verticem albo, ceterum pallide caeruleo.
White crowned Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 281. *n.* 88. B.
*δ.* Pſittacus martinicanus cyanocephalus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 251. *n.* 29.
Papagai à ventre pourpre. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 242.
Papagai à ventre pourpre de la Martinique. *Buff. pl. enlum. n.* 548.
Aſh crowned Parrot. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 281. *n.* 88. C.
*Habitat in inſula* Martinica, *β. etiam in* Jamaica, *et in* nova Hiſpania.
Corpus *magnitudine columbae*, *viride*, *pennarum margine fuſco aut rubro*; caput *ſupra et ad latera caeruleum*, *in β. po-*

*β. poſtice viride;* gula *tota rubra, in γ. et δ. viridis;* remiges *nigrae latere exteriore denudato caeruleae;* rectrices *aequales virides, baſi rubrae, apice flaveſcentes; at* 1, 1 *latere exteriore caeruleo*, 6, 6 *unicolores;* abdomen *poſtice non raro ferrugineum.*

ochrocephalus. 112. Pſ. viridis, vertice flavo, tectricibus alarum rubris, remigibus ex viridi, nigro, violaceo et rubro variis, rectricibus duabus extimis baſi intus rubris.

Pſittacus amazonicus braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 272. *n.* 35. *t.* 26. *f.* 1.
Amazone à tête jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 208.
Yellow-headed Amazons Parrot. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 282. *n.* 89.
*β.* Amazone à tête jaune, var. 1. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 209.
Perroquet vert et rouge de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 312.
*γ.* Pſittacus poikilorhynchos Aldrovandi. *Raj. av. p.* 30. *n.* 3.
Pſittacus amazonicus poikilorhynchos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 270. *n.* 34.
Amazone à tête jaune, var. 2. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 210.
Aldrovandus his Parrot, with a parti-coloured bill. *Will. orn. p.* 113.
*Habitat in* America *auſtrali, γ. ad* 18 *pollices longus.*
Roſtrum *cinereum, baſi rubrum; in β. rubens; in γ. mandibula ſuperior ſupra ex caeruleſcente viridis, lateribus ochracea, apice macula alba, inferior plumbea, medio flava;* irides *flavae;* vertex *in β. macula tantum flava;* pedes *plumbei;* ungues *nigri.*

barbadenſis. 113. Pſ. viridis, orbitis et fronte cinereis, vertice, genis, gula, jugulo, alarumque tectricibus minoribus flavis, majoribus caeruleis, remigibus primariis multis extus violaceis, reliquis a baſi ad medium rubris, cetera caeruleis.

Aſhfronted Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 284. *n.* 90.
*Habitat in* Barbados, *columbae magnitudine.*
Roſtrum *corneum;* pedes *cinerei;* ungues *nigri.*

lucionenſis. 31. Pſ. viridis, occipite uropygioque caeruleis, alis nigro, caeruleo rubroque notatis.

Pſittacus lucionenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 295. *n.* 41. *t.* 22. *f.* 2.
Manilla Green Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 296. *n.* 98.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0353-5

*Habitat in inſula* Luzonia, *columbae magnitudine*, 12½ *pollices longus.*

Roſtrum *coccineum*, *apice album*; cera *rubens*; pedes *cinerei*; ungues *nigricantes*.

aeſtivus. 32. Pſ. viridis luteo-ſubmaculatus, fronte caerulea, humeris ſanguineis, orbitis incarnatis.

Pſittacus amazonicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 256. *n.* 31.
Ajuru-curau. *Raj. av. p.* 32. *n.* 1. *Marcgr. braſ.* 205.
Aouron-couraou. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 215.
Perroquet Amazone. *Buff. planch. enlum. n.* 547.
Marcgravius middleſized Parrot, 1ſt ſpecies. *Will. orn. p.* 115.
Common Amazons Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 284. *n.* 91.

*β.* Pſittacus jamaicenſis icterocephalos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 233. *n.* 20.
Pſittacus viridis melanorhynchos. *Aldrov. av. l.* 11. *c.* 7. *Raj. av. p.* 30. *n.* 4.
Aourou-couraou, var. 1. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 216.
Black-billed green Parrot of Aldrovandus. *Will. orn. p.* 113. *n.* 4.
Jamaica-Parrot. *Brown. jam. p.* 473. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 285. *n.* 91. A.

*γ.* Pſittacus amazonicus jamaicenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 276. *n.* 36.
Pſittacus viridis alarum coſta ſuperne rubente. *Raj. av. p.* 30. *n.* 2. *p.* 181. *n.* 6.
Aourou-couraou, var. 2. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 217.
Common green Parrot with the ridge of the wing red. *Will. orn. p.* 113. *n.* 2.
Main Parrot. *Brown jam. p.* 472. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 285. *n.* 91. B.

*δ.* Pſittacus braſilienſis cyanocephalos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 234. *n.* 21.
Aourou-couraou, var. 3. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 219.
Ajuru-curuca. *Raj. av. p.* 33. *n.* 3. *Will. orn. p.* 115. *ſect.* 9.
Blue-topped Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 286. *n.* 91. C.

*ε.* Pſittacus amazonicus varius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 281. *n.* 37. *t.* 26. *f.* 2.
Ajurucurau 2. *Marcgr. braſ.* 205.
Aourou-couraou, var. 4. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 219.
Pſittacus major, ſeu mediae magnitudinis, Marcgr. 2. ſpecies. *Raj. av. p.* 33. *n.* 2.
Second ſpecies of Marcgrave. *Will. orn. p.* 115. *ſ.* 9.
Great green Parrot from the Weſtindies. *Edw. av.* 4. *t.* 162.

*Habi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0354-0 DFG

*Habitat in* America *auſtrali.*
Corpus *magnitudine columbae, dorſo adſperſo pennis fulvis;* facies *flava;* frons *caerulea;* vertex *albidus, in* δ. *caeruleus, macula flava;* rectrices *apice pallidiores;* 1, 2, 3, *baſi interiori rubrae; at* 1 *latere etiam exteriore caerulea;* humeri *fulvi vel ſanguinei;* remiges *primores nigrae apice caeruleſcentes latere interiore nigrae, exteriore virides; ſecundariae anteriores latere exteriore verſus baſin rubrae;* roſtrum, *ſaltem apice nigrum,* s. *cinereum.*

amazonius. 33. Pſ. ſubvireſcens, fronte flava, temporibus fulvis.
Pſittacus amazonicus fronte lutea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 261. *n.* 32.
Aourou-couraou, var. 5. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 221.
Braſilian yellow-fronted Parrot. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 287. *n.* 91. E.
*Habitat in* Braſilia *et* Amazonum *terra, aeſtivo valde affinis, forte varietas, ſed duplo major.* Remiges *exteriores caeruleae, medio rubrae;* rectrices *extimae medio exteriore caeruleae; laterales interiori latere rubrae.*

luteus. 114. Pſ. viridis, vertice cyaneo, humeris flavis, tectricibus alarum majoribus macula aurantia.
Yellow ſhouldered Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 288. *n.* 92.
*Habitat in* America *meridionali,* 11 *pollices longus.*

ochropterus. 115. Pſ. viridis, fronte orbitisque albidis, vertice, genis, gula, jugulo, tectricibusque alarum remotioribus flavis.
Pſittacus amazonicus, gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 287. *n.* 38.
Crick à tête et gorge jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 222.
Yellow-headed Creature. *Bancr. Gujan. p.* 159.
Yellow-winged Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 289. *n.* 93.
*Habitat in* America *auſtrali,* 13 *pollices longus, minus docilis.*
Roſtrum *albidum;* pennae *corporis ſuperiores margine nigro;* tectrices *alarum minores corpori proximae rubrae, margine flavo;* remiges *nigrae, nonnullae margine caeruleo et viridi; mediae* 4 *baſi intus rubrae;* rectrices 4 *intermediae apice flavicantes; proximae tres baſi ad medium usque rubrae; extimae margine exteriori caeruleae;* pedes *cinerei.*

pulverulentus. 116. Pſ. viridis et ſupra quaſi farina conſperſus, capitis macula flava, alarum rubra.
Meunier ou Crick poudré. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 225.

Meunier de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 861.
Meally green Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 291. *n.* 94.
*Habitat in* Cayenna, *diſtincte garriens, americanorum maximus.*
Roſtrum *ex albido corneum*; pennae *faciei margine obſoleto fuſco*; remiges *extrorſum nigrae.*

havanenſis. 117. Pſ. viridis, fronte, gula et jugulo ex cinereo caeruleis, pectoris macula magna rubra, orbitis cinereis.
Pſittacus amazonicus gutture caeruleo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 266. *n.* 33. *t.* 25. *f.* 1.
Crick à face bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 227.
Perroquet de la Havane. *Buff. pl. enlum. n.* 360.
Blue-fronted Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 291. *n.* 95.
*Habitat* Havanae, 12 *pollices longus.*
Pennae *ſupra apice nigro, ſubtus caeruleſcente*; remiges *majores nigrae*; pedes *griſei.*

paradiſi. 34. Pſ. luteus, gula, ventre, rectricumque baſi rubris.
Pſittacus luteus inſulae Cubae. *Briſſ. av.* 4. *p.* 308. *n.* 48.
Papagai de Paradis. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 237.
Perroquet de Cuba. *Buff. pl. enlum. n.* 336.
Cuba Parrot. *Brown. jam. p.* 473.
Parrot of Paradiſe of Cuba. *Catesb. carol.* 1. *t.* 10.
Paradis Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 300. *n.* 105.
*Habitat in* Cuba, 12½ *pollices circiter longus.*
Roſtrum, pedes *nudaeque* orbitae *alba*; irides *rubrae*; remiges *majores albae*; rectrices 2 *intermediae totae, reliquae extrema tertia parte flavae, ceterum rubrae.*

aurora. 50. Pſ. flavus, axillis, alarum marginibus, remigibusque majoribus extrorſum in medio rubris. *Mant.* 1771. *p.* 524.
Pſittacus luteus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 306. *n.* 47.
Perroquet jaune. *Salern. orn. p.* 69. *n.* 9. *t.* 7. *f.* 2. *Buff. pl. enlum. n.* 13.
Amazone jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 214. *t.* 10.
Aurora-Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 301. *n.* 106.
*Habitat in* Braſilia, *aeſtivo aequalis*, 12 *pollices longus.*
Roſtrum, cera, pedes *et* ungues *alba*; palpebrae *et* irides *rubrae*; cauda *rotundata*; rectrices 4 *extimae a baſi ad medium intus rubrae.*

paſſerinus. 47. Pſ. luteo-virens, macula alarum aliſque ſubtus caeruleis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 14. 2. *p.* 16.
Pſittacula braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 384. *n.* 81.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0356-2
DFG

Tuiete. *Raj. av. p.* 34. *n.* 6. *Will. orn. p.* 116. *c.* 14. *n.* 6.
Eté ou Toui-été. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 283.
Leaſt green and blue Parrakeet. *Edw. glean. t.* 235.
Short tailed yellowiſh green Parroquet. *Bancr. Gujan. p.* 162.
Little blue and green Parrakeet. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 319. *n.* 127.
*Habitat in* Braſilia *et* Gujana, *paſſeris magnitudine*, 4 *pollices longus.*
Roſtrum, cera, orbitae, pedes *et* ungues *aurantia*; remiges *ſubtus*, *et* tectrices *alarum primariae caeruleae.*

cyanolyſeos. 118. Pſ. luteo-virens, collari caeruleo, uropygio rubro. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 227.
*Habitat in regno* Chilenſi, *columba paulo major*, *ſegetibus valde infeſta*, *in abyſſis praecipitibus nidificans*, *et ova plerumque bina alba*, *columbinis aequalia ponens*, *docilis et manſuetus*; caro *eſculenta*, *junioris ſapidiſſima.*

ſordidus. 40. Pſ. ſubfuſcus, gula caerulea, alis caudaque viridibus, roſtro criſſoque rubris.
Pſittacus novae Hiſpaniae. *Briſſ. av.* 4. *p.* 303. *n.* 45.
Papagai brun. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 246.
Dusky Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 167. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 304. *n.* 110.
*Habitat in* nova Hiſpania, *collarii magnitudine.*
Cera *nigricans*; orbitae *nudae*, *pallide cinereae*; irides *badiae*; tempora, occiput, uropygium, *et* cauda *ſupra vireſcentia*; tectrices *caudae inferiores rubrae*; pedes *plumbei*; ungues *nigri.*

dominicenſis. 119. Pſ. viridis, frontis faſcia rubra, cervicis dorſique lunulis nigris, remigibus caeruleis.
Papagai à bandeau rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 241.
Perroquet de S. Domingue. *Buff. pl. enlum. n.* 792.
Red banded Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 300. *n.* 104.
*Habitat in inſula* S. Dominici, 9½ *pollices longus.*
Roſtrum *pallide incarnatum*; pedes *cinerei.*

erythropterus. 120. Pſ. viridis, orbitis nigricantibus, dorſi medio nigro, inferiore parte caerulea, tectricibus alarum rubris.
Crimſon winged Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 299. *n.* 103.
Longitudo 10 *pollicum*; roſtrum *rubrum*; cera *et* pedes *ſordida*; cauda *paulo longior.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0357-7 DFG

feſtivus. 35. Pſ. viridis, fronte purpuraſcente, ſuperciliis gulaque caeruleis, dorſo ſanguineo.
Tavoua. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 240.
Perroquet tahué de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 840.
Feſtive Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 298. *n.* 102.
*Habitat in* Gujana, *agiliſſimus, ſed ferox et ingratus, columbae magnitudine,* 11 *pollices longus.*
Roſtrum *plumbeum, apice nigro;* cera *ex griſeo nigra;* irides *croceae;* pedes *cinerei;* ungues *nigri.*

robuſtus. 121. Pſ. viridis, capite cineraſcente, alarum tectricibus ſordide nigris margine viridibus, remigibus rectricibusque fuſcis, alarum macula rubra.
Robuſt Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 296. *n.* 100.
Magnitudo *columbae;* longitudo 12 *pollicum;* roſtrum *magnum, album;* capiſtrum *ſupra nigricans;* verticis *pennae per medium ſordide ſtriatae;* pedes *ſordidi.*

magnus. 122. Pſ. viridis, remigibus majoribus caeruleis, minoribus ſubtus rubris.
Grand Perroquet vert de la nouvelle Guinée. *Sonner. it. p.* 74. *t.* 108.
New-Guinea Green Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 296. *n.* 99.
*Habitat in* nova Guinea, *aeſtivi magnitudine.*
Mandibula *ſuperior colore auripigmenti; inferior nigra;* irides *flammeae;* Viredo *graminea.*

Taraba. 123. Pſ. viridis, capite, gula, jugulo, pectore et tectricibus alarum minoribus rubris.
Pſittacus braſilienſis erythrocephalus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 240. *n.* 24.
Tarabe. *Raj. av. p.* 33. *n.* 5. *Will. orn. p.* 114. *n.* 9.
Tarabé ou Amazone à tête rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 211.
*Habitat in* Braſilia.
Roſtrum pedes*que cinerea;* ungues *nigri.*

braſilienſis. 36. Pſ. viridis, facie rubra, temporibus caeruleis, orbitis cinereis.
Pſittacus braſilienſis, fronte rubra. *Briſſ. av.* 4. *p.* 254. *n.* 30.
Crick à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 232. *var.* 3.
Braſilian green Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 161. *Bancr. Guj. p.* 160. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 294. *n.* 96. C.
*Habitat in* Braſilia, *columbae magnitudine; an varietas autumnalis?*

Color

Color viridis *flavo contaminatus;* ruber *infra flexuram alae et in exteriore latere rectricum* 2, 2; caeruleus *in latere exteriore remigum rectricumque primorum.*

autumnalis. 37. Pſ. viridis, fronte remigumque macula coccineis, vertice remigibusque primoribus caeruleis.
Pſittacus americanus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 293. *n.* 40.
Crick à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 232. *var.* 2.
Leſſer green Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 164. *Bancr. Guj. p.* 160.
Autumnal Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 293. *n.* 96. B.
*β.* Pſittacus fronte gulaque caeruleis.
Crick à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 230.
Blue faced green Parrot. *Edw. glean. t.* 230. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 293. *n.* 96.
Blue headed Creature. *Bancr. Gujan. p.* 158.
*γ.* Pſittacus capite ex rubro et albido vario.
Crick à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 231. *var.* 1.
Cocho. *Fernand. hiſt. nov. Hiſp. p.* 38.
*Habitat in* Gujana.
Magnitudo *columbae;* oculorum *regio caerulea;* alarum *tectrices primores caeruleae baſi rubrae;* remiges *poſteriores virides;* rectrices *ſupra virides, apice flaveſcentes, extimo latere exteriore caeruleo; ſubtus flavae, baſi rufeſcentes, medio macula viridi.*

accipitrinus. 38. Pſ. viridis, capite griſeo, collo pectoreque ſubviolaceo vario, remigibus rectricibusque apice caeruleis.
Pſittacus varius indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 300. *n.* 43.
Pſittacus elegans. *Cluſ. exot.* 365. *Raj. av. p.* 32. *n.* 11.
Perroquet varié. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 117.
Hawk-headed Parrot. *Edw. av.* 4. *t.* 165. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 266. *n.* 74.
*β.* Pſittacus capitis pennis albis longis anguſtis nigro ſtriatis.
Papagai maillé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 239. *t.* 12.
Perroquet maillé. *Buff. pl. enlum. n.* 526.
*Habitat in* India, *β. nunc in* Gujana *domeſticus; irritatus pennas capitis erigit.*
Magnitudo *columbae;* longitudo $12\frac{1}{2}$ *pollicum;* roſtrum *cum* cera *nigricans;* orbitae *nudae nigricantes;* irides *ex flavo badiae;* pedes *cum* unguibus *plumbei.*

menſtruus. 39. Pſ. viridis, capite caeruleſcente, criſſo rubro. *Scop. ann.* 1. *p.* 33.
Pſittacus gujanenſis cyanocephalus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 247. *n.* 28.

Papagai à tête et gorge bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 243.
Perroquet à tête bleue de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 384.
Blue-headed Parrot. *Edw. glean. t.* 314. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 301. *n.* 107.
*Habitat in* Gujana, *parum docilis*, *voce monedulae.* D. Bierchen.
Corpus *magnitudine turturis*; caput collum*que caeruleſcens pennis fuſcis apice caeruleis*; dorſum *et* alae *virides*; tectrices *alarum ex flaveſcente virides*; remiges *virides, interiori margine fuſcae*; abdomen *virens*, *pennarum apice caeruleſcente*; rectrices *virides apice caeruleſcentes*, *ſed* 1, 2, 3 *interiore latere a baſi ad medium ſanguineae, exteriori latere totae caeruleae*; criſſum *rubrum*, *apice pennarum ex flaveſcente caeruleo*; roſtrum *corneum*, *mandibula ſuperiore lateribus fulva*; oculi *nigri*; orbitae *ex caeruleo caneſcentes.*

purpureus. 124. Pſ. ſupra ex atro fuſcus, ſubtus purpureus, vertice genisque nigris, orbitis caeruleis, torque ſordide punctato, remigibus rectricibusque caeruleis.
Perroquet violet. *Barrer. Fr. équin. p.* 144.
Papagai violet. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 244.
Perroquet varié de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 408.
Little dusky Parrot. *Edw. glean. t.* 315. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 302. *n.* 108.
*Habitat in* Surinamo, *columbae domeſticae magnitudine, parum docilis.*
Roſtrum *ſordidum*, *macula ad utrumque latus aurantia*; rectrices *laterales latere interiore rubicundae*, *apice caeruleae*; pedes *ſordidi.*

melanocephalus. 41. Pſ. viridis ſubtus luteus, pileo nigro, pectore albo, orbitis incarnatis. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 15.
Pſittacus mexicanus, pectore albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 297. *n.* 42.
Pſittacus atricapillus. *I. Fr. Miller illuſtr. t.* 4. A.
Maïpouri. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 250.
Petite perruche Maïpouri de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 527.
White breaſted Parrot. *Edw. av.* 4. *p.* 169. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 305. *n.* 112.
*Habitat in* nova Hiſpania, Gujana *et* Caraccas *in ſilvis*, *turturis magnitudine*, *indocilis*, *et niſi pullus vix cicurandus*; *volando parvis gregibus ſibilans*, *craſſior et brevior reliquis ſpeciebus.*

Roſtrum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0360-3 DFG

Roſtrum *et* cera *incarnata;* genae *flavae;* cervix *aurantia;* remiges *majores exteriore latere caeruleae, interiori et ſubtus nigrae, minorum primae virides, margine flavo, reliquae virides;* cauda *rotundata;* pedes *ex cinereo fuſci;* ungues *nigricantes.*

pileatus. 125. Pſ. viridis, capite nigro, orbitis albis, humerorum macula cyanea, caudae apice caeruleo.
Caïca. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 253.
Perruche à tête noire de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 744.
Hooded Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 306. *n.* 113.
*Habitat in* Cayenna, 8½ *pollices longus, reliquis ſpeciebus craſſior, migratorius.*
Roſtrum *et* pedes *rubri;* gula *flavicans;* rectrices 2 *intermediae totae virides.*

ludovicianus. 126. Pſ. thalaſſinus, capite fulvo, verſus roſtrum in ruborem vergente.
Papagai à tête aurore. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 247. *du Praz it.* 2. *p.* 128.
Orange-headed Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p* 304. *n.* 111.
*Habitat in* Louiſiana, *bromeliae, liriodendri ſeminibus victitans, magnis gregibus volans, ferus, valde ſonorus; cicuratus parum, parumque docilis.*

collarius. 42. Pſ. viridis, gula rubente.
Pſittacus minor, collo miniaceo. *Raj. av. p.* 181. *n.* 8.
Pſittacus jamaicenſis, gutture rubro. *Briſſ. av. p.* 241. *n.* 25.
Xaxabes. *Ovied. l.* 4. *c.* 4.
Saſſebé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 245.
Common Parrot of Jamaica. *Sloan. jam. p.* 297. *n.* 9.
Red-throated Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 303. *n.* 109.
*Habitat in* Jamaica, *columbae magnitudine.*
Jugulum *rubrum;* remiges *nigrae, margine viridi.*

ſenegalus. 43. Pſ. viridis ſubtus luteus, capite cinereo, orbitis nigris nudis.
Pſittacula ſenegalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 400. *n.* 92. *t.* 24. *f.* 2.
Perroquet à tête griſe. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 123. *pl. enlum. n.* 288.
Senegal Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 307. *n.* 114.
*Habitat frequens ad* Senegal *fluvii littora arenoſa, voce ingrata et acuta; quini ſenive volant, in arborum cacuminibus quieſcentes.*
Longitudo 8¼ *pollicum;* roſtrum *cinereum;* cera *nigricans;* irides *flavae;* remiges *et* alae *ſpuriae cinereae, margine exte-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0361-9

*exteriore viridi*; rectrices *cinereae*, *margine et apice virides*; pedes *ex rubicundo cinerei.*

Tuipara. 127. Pſ. pallide viridis, frontis lunula rubra, alarum macula media flava.
Tuipara Tupinambis. *Raj. av. p.* 35. *n.* 7. *Will. orn. p.* 117.
Pſittacula braſilienſis erythrocephalos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 383. *n.* 82.
Red-fronted Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 308. *n.* 115.
*Habitat in* Braſilia, *alaudae magnitudine.*
Roſtrum *incarnatum*; cauda *breviſſima*; pedes *et* ungues *griſei.*

chryſopterus. 44. Pſ. viridis, alis macula caerulea fulvaque, orbitis nudis albis.
Pſittacula alis deauratis. *Briſſ. av. app. p.* 130. *n.* 97.
Perruche aux ailes d'or. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 170.
Golden-winged Parrakeet. *Edw. glean. t.* 293. *f.* 2. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 309. *n.* 116.
*Habitat in* India, *alauda vix major.*
Roſtrum *album*; remiges *primores* 4 *margine exteriori caeruleae*, *interiori fuſcae*; *reliquae ſupra aurantiae*, *ſubtus luteae.*

pullarius. 45. Pſ. viridis, fronte rubra, cauda fulva, faſcia nigra, orbitis cinereis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 15. *Scop. ann.* 1. *p.* 33. *n.* 34.
Pſittacus minimus. *Cluſ. exot.* 365.
Pſittacus puſillus viridis aethiopicus Cluſii. *Raj. av. p.* 31. *n.* 10.
Pſittacus minor verſicolor. *Seb. muſ.* 2. *p.* 40. *t.* 40. *f.* 1.
Pſittacula guineenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 387. *n.* 85.
Perruche à tête rouge, ou moineau de Guinée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 165. *t.* 7.
Petite perruche mâle de Guinée. *Buff. planch. enlum. n.* 60.
Little red-headed Parrakeet, or Guinea Sparrow. *Albin. av.* 3. *t.* 15. *Edw. glean. t.* 237.
Red-headed Guinea-Parrakeet. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 309. *n.* 117.
Kleinſter grüner Papagay mit rother Stirn und Kehle. *Friſch. av. t.* 54.
*Habitat in* Guinea *frequens*, *in* Aethiopia, India, *et inſula* Java, *morum alienorum*, *non perinde vocis dexterrimus imitator*, *ſuae ſpeciei amantiſſimus*; *alaudae magnitudine*, $5\frac{1}{2}$ *pollices longus.*

Roſtrum

Roſtrum *rubrum*; cera *cinerea*; irides *caeruleſcentes*; gula *rubra*; uropygium *caeruleum*; rectrices 2 *intermediae totae*, *reliquae apice virides*; pedes *et* ungues *griſei*.

indicus. 128. Pſ. viridis, orbitis pallide incarnatis, vertice rubro vel aurantio, uropygii parte poſtica rubra, remigibus intus, cauda ſubtus ex caeruleſcente viridibus.
Pſittacula indica. *Briſſ. av.* 4. *p.* 390. *n.* 86.
Smalleſt red and green indian Parrot. *Edw. av.* 1. *t.* 6.
Red and green indian Parrot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 311. *n.* 118.
*Habitat in* India, *alaudae magnitudine.*
Roſtrum *aurantium*; tectrices *caudae ſuperiores rubrae*; pedes *et* ungues *incarnati*.

galgulus. 46. Pſ. viridis, uropygio pectoreque coccineis, vertice (maris) caeruleo. *Amoen. ac.* 4. *p.* 236. *Muſ. Ad. Frid.* 16. *Osb. it.* 101.
Avicula cechini. *Aldr. orn. l.* 20. *p.* 560.
Pſittacula malaccenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 386. *n.* 84?
Perruche à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 163.
Petite perruche de Pérou. *Buff. pl. enlum. n.* 190. *f.* 2.
Petite perruche de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 76. *t.* 33. *fig. inf.*
Sapphire-crowned Parrakeet. *Edw. glean. t.* 293. *f.* 2. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 312. *n.* 119. A.
β. Pſittacula Philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 392. *n.* 87. *t.* 30. *f.* 1.
Perruche des Philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 520. *f.* 1. 2.
Coulaciſſi. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 169.
Philippine Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 311. *n.* 119.
*Habitat in inſulis* Philippinis, *forſan etiam aliis* oceani indici, 5 *modo pollices longus*, *et adhuc minor. Pede altero ſuſpenſus dormit; cocos ſucco recenti ſe delectans.*
Remiges *ſubtus caeruleae*, *excepto margine exteriore*; rectrices *ſubtus caeruleſcentes*; jugulum *ſanguineum*, *qui tamen color, prouti caeruleus verticis, in femina deeſt.*
β. Roſtrum *rubrum*; caput *ex flavo viride*; occipitis *faſcia transverſa aurantia*; tectrices *caudae rubrae*; remiges *nigricantes margine profunde viridi*; cauda *rotundata*; pedes *et* ungues *rubri*.

Anaca. 129. Pſ. viridis, ſubtus ex rufo fuſcus, vertice badio, dorſi macula caudaque pallide fuſca, alarum margine rubro.
Pſittacula braſilienſis fuſca. *Briſſ. av.* 4. *p.* 403. *n.* 93.
Anaca Braſilienſibus. *Raj. av. p.* 35. *n.* 8. *Will. orn. p.* 117. *c.* 4. *n.* 8.

Anaca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0363-0

Anaca. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 260.
Cheſtnut-crowned Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 314. *n.* 120.
*Habitat in* Braſilia *et* Gujana, *alaudae magnitudine.*
Roſtrum *et* orbitae *fuſca*; tectrices *caudae inferiores ex rufo fuſcae*; remiges *majores apice thalaſſinae*; pedes *et* ungues *nigricantes.*

purpuratus. 130. Pſ. viridis, vertice et cervice cinereis, uropygio alarum margine ſpuriarumque apice caeruleis, cauda purpurea nigro-marginata.
Purple tailed Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 315. *n.* 121.
*Habitat in* Cayenna, 8 *pollices longus.*
Roſtrum *flaveſcens*; dorſi *pars inferior caerulea*; humeri *fuſci*; cauda *vix rotundata*; tectrices *caudae praelongae*; rectrices 2 *intermediae virides, nigro-punctatae*; pedes *cinerei*; ungues *flavicantes.*

canus. 131. Pſ. viridis, capite, gula, juguloque ex viridi griſeis, caudae rotundatae faſcia lata nigra.
Pſittacula madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 394. *n.* 88. *t.* 30. *f.* 2.
Perruche à tête griſe. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 171.
Petite perruche de Madagaſcar. *Buff. pl. enlum. n.* 791. *f.* 2.
Grey-headed Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 315. *n.* 122.
*Habitat in inſulis* Madagaſcar *et* S. Mauritii, $5\frac{3}{4}$ *pollices longus.*
Roſtrum *griſeum*; pedes *et* ungues *cani*; feminae *caput viride.*

melanopterus. 132. Pſ. pallide viridis, dorſo, tectricibus alarum, caudae faſcia remigibusque primariis nigris, ſecundariis flaveſcentibus caeruleo-punctatis.
Perruche aux ailes variées. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 172.
Petite perruche de Batavia. *Buff. pl. enlum. n.* 791. *f.* 1.
Petite perruche de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 78. *t.* 41.
Black-winged Parrakeet. *Brown illuſtr. t.* 8. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 316. *n.* 123.
*Habitat in* Java *et* Luzonia, 6 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *ſordidi*; color *ſubtus in caeruleſcentem vergens*; caudae *pars ſuperior purpuraſcens*; rectrices 2 *intermediae unicolores*; tectrices *caudae inferiores rectricibus aequales.*

capenſis. 133. Pſ. viridis, remigibus nonnullis caeruleis, roſtro pedibusque rubentibus.

Perru-

Perruche aux ailes bleues. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 173.
Petite perruche au cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 455. *f.* 1.
Blue-winged Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 317. *n.* 124.
*Habitat in* capite bonae ſpei.

torquatus. 134. Pſ. viridis, occipitis faſcia flava transverſim nigro ſtriata.
Petite perruche à collier de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 77. *t.* 39.
Perruche à collier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 173.
Collared Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 317. *n.* 125.
*Habitat in inſulis* Philippinis, *loqui neſcius.*
Roſtrum, irides *et* pedes *ex nigricante griſea.* Feminae *occiput cyaneum, ſtriis transverſis nigris.*

minor. 135. Pſ. viridis, vertice coccineo, pectore caeruleo, remigibus majoribus nigris.
Perruche à ailes noires. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 174.
Petites perruches de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 77. *t.* 4.
Luzonian Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 318. *n.* 126.
*Habitat in inſula* Luzonia; *pede altero ſuſpenſus dormit, ſuccum recentem ex coco promanantem liguriens.*
Roſtrum, irides *et* pedes *flava;* abdominis *color in flavicantem vergens;* tectrices *caudae ſuperiores rubrae;* feminae capiſtrum *et* pectus *rubrum;* cervix *macula flava.*

Tovi. 136. Pſ. viridis, juguli macula pallide aurantia, alarum faſcia lata caſtanea cum ſplendore aureo viridi.
Pſittacula gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 396. *n.* 89. *t.* 30. *f.* 3.
Tovi à gorge jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 280.
Petite perruche à gorge jaune d'Amerique. *Buff. pl. enlum. n.* 190. *f.* 1.
Magnitudo *alaudae criſtatae;* longitudo $6\frac{3}{4}$ *pollicum;* pedes *griſei.*

Tirica. 137. Pſ. viridis, roſtro incarnato, pedibus et unguibus caeruleſcentibus.
Pſittacula braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 382. *n.* 81.
Tui-Tirica. *Raj. av. p.* 34. *n.* 3. *Will. orn. p.* 116. *c.* 4. *f.* 4. *n.* 3.
Tirica. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 281.
Petite Jaſeuſe. *Buff. pl. enlum. n.* 837.
Green Parrakeet. *Brown. jam. p.* 473. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 320. *n.* 129.

138. Pſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0365-1

Soſove. 138. Pſ. viridis, alarum et tectricum caudae macula dilute flava.
Soſové. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 280.
Petite perruche de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 456. *f.* 2.
Cayenne Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 320. *n.* 130.
*Habitat in* Gujana, *facile cicurandus, et eximie garrulus.*
Roſtrum *et* pedes *griſea.*

Tui. 139. Pſ. viridis, fronte aurantia, orbitis flavis.
Pſittacula braſilienſis icterocephalos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 398. *n.* 90.
Tui ſpecies 4. *Raj. av. p.* 34.
Tovi à tête d'or. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 284.
Petite perruche de l'isle de S. Thomas. *Buff. planch. enlum. n.* 456. *f.* 1.
Tui of the Braſiliens, 4th ſpecies. *Will. orn. p.* 116. *ſ.* 4.
Gold-headed Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 321. *n.* 131.
*Habitat in* Braſilia, *ſturni magnitudine.*
Roſtrum *nigrum*; oculi *magni et nigricantes.*

erythrochlorus. 140. Pſ. viridis, capite criſtato, alis caudaque rubris.
Pſittacula criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 404. *n.* 94.
Pſittacus erythrochloros criſtatus Aldrovandi. *Raj. av. p.* 34. *n.* 4.
Creſted red and green Parrot of Aldrovandus. *Will. ornith. p.* 116. *ſ.* 3.
Creſted red and green Parrakeet. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 321. *n.* 132.
Irides *rubrae*; criſta *pro arbitrio mobilis, pennis ſex conſtans, tribus majoribus.*

mexicanus. 141. Pſ. viridis, fronte criſtata, tectricibus alarum et cauda purpureis, orbitis caeruleis, gula flava, cervice rubra.
Pſittacula mexicana criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 405. *n.* 95.
Avis de cocho, pſittaci ſpecies mexicana vario colore. *Seb. muſ.* 1. *p.* 94. *t.* 39. *f.* 2.
Creſted mexican Parrakeet. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 322. *n.* 133.
*Habitat in* nova Hiſpania, 7 *pollices longus.*
Roſtrum *flavum*; remigum *margo albus*; pedes *et* ungues *cinerei.*

**46. RAMPHASTOS.** *Roſtrum* maximum, inane, convexum, extrorſum ſerratum: mandibula utraque apice incurva.
*Nares* pone roſtri baſin, longae, anguſtae.
*Lingua* pennacea.
*Pedes* ſcanſorii (plerisque).

viridis. 1. R. viridis abdomine flavo, uropygio rubro.
Tucana cayennenſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 423. *n.* 8. *t.* 33. *f.* 2.
Toucan verd de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 727. 728.
Green Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 331. *n.* 9.
*Habitat in* Cayenna, 14 *pollices longus.*
Mandibularum *dentes albi; inferior nigra, baſi et circa nares rubra; ſuperior ſupra flava, ad latera rubra, linea media nigra;* orbitae *nudae* iridesque *flavae;* pedes *plumbei;* ungues *nigri;* cauda *cuneata, ſubtus in cinereum vergens;* caput, gula *et* jugulum *mari nigra, feminae badia, faſcia nigra anguſta transverſa terminata.*

pavoninus. 9. R. viridis, pennis rubris et pavoninis hinc inde interſperſis.
Tucana mexicana viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 423. *n.* 7.
Xochitenacatl. *Fern. hiſt. n. Hiſp. p.* 51. *c.* 187.
Hochicat. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 125.
Pavonine Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 331. *n.* 8.
*Habitat in* novae Hiſpaniae *calidioribus maritimis, piſcibus victitare fertur, dicolori magnitudine.*
Roſtrum *ex flavo et nigro varium;* pedes *et* ungues *nigri.*

piperivorus. 2. R. viridis, antice niger, criſſo femoribusque rubris.
Tucana cayennenſis torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 429. *n.* 10. *t.* 32. *f.* 2.
Koulik. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 128.

Toucan

---

*Genus hoc in ſola America auſtrali intra tropicos obvium, frigoris impatiens, fructibus praeſertim palmarum victitat, facile cicuratur; in patria parvis gregibus, numero octono vel denario volitat, in arborum cavis a picis relictis nidificat, bina ova ponens, numeroſum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0367-3

Toucan à collier de Cayenne, et Toucan à ventre gris de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 577. *et* 729.
Green Toucan. *Edw. glean. t.* 330.
Piperine Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 334. *n.* 11.
*Habitat in* Cayenna, 13 *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum, baſi rubrum;* orbitae *incarnatae aut caeruleſcentes;* tempora *macula aurantia;* cervicis *lunula aurantia;* remiges *fuſcae, margine viridi;* cauda *cuneiformis, ſubtus fuſca, apice badia;* tectrices *caudae inferiores rubrae;* pedes *plumbei;* ungues *nigri.* Femina *ſubtus griſea, cervice fuſca.*

Aracari. 3. R. viridis, faſcia abdominali, criſſo uropygioque rubris, abdomine flavo.
Ramphaſtos roſtro nigro, mandibula ſuperiore lateribus alba, baſi triloba. *Syſt. nat.* 1. *p.* 104.
Tucana braſilienſis viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 426. *n.* 9. *t.* 33. *f.* 2.
Aracari. *Marcgr. braſ.* 217. *Raj. av. p.* 44. *n.* 2. *Will. orn. p.* 140. *t.* 22. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 332. *n.* 10.
Grigri. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 126.
Toucan verd du Bréſil. *Buff. pl. enlum. n.* 166.
*Habitat in* Braſilia, Surinamo, Cayenna, *ultra* 16 *pollices longus.*
Roſtri *mandibula ſuperior dorſo et apice nigra, lateribus albicans, baſi triloba ad nares, arcu albo ad radicem; inferior nigra.* Caput, alae *et* cauda *nigra;* pectus *et* abdomen *flava coccineaque, cum macula nigra ſubrotunda in medio pectore, ſimilisque macula transverſalis ad initium ventris.* Uropygium *coccineum;* femora *rufa.* Jacquin.

torquatus. 10. R. ſupra niger, ſubtus albicans, abdomine viridi, poſtice rubro, torque rubro.
Tucana mexicana torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 421. *n.* 6.
Cochitenacatl. *Fern. hiſt. nov. Hiſp. p.* 46. *c.* 1. 60.
Cochicat. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 124.
Collared Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 330. *n.* 7.
*Habitat in* novae Hiſpaniae *maritimis,* 18 *pollices longus; piſcibus victitare fertur.*
Roſtri *mandibula ſuperior albicans, inferior nigra;* irides *ex rubicundo flavae;* caput collum*que nigra;* tectrices *caudae inferiores rubrae;* femora *purpurea;* pedes *ex vireſcente cinerei;* ungues *nigri.*

4. R.

piſcivorus. 4. R. nigricans, faſcia abdominali criſſoque rubris, uropygio albo.

Tucana braſilienſis gutture albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 413. *n.* 3.
Picus americanus. *Hern. mex.* 697.
Xochitenacatl tertia. *Raj. av. p.* 178. *n.* 6.
Toucan à gorge blanche de Cayenne, appellée Tocan. *Buff. pl. enlum.* 262.
Toucan or braſilian Pye. *Edw. av.* 2. *t.* 64. *Bancr. Guj. p.* 163.
Braſilian Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 327. *n.* 4.
*Habitat in* America *auſtrali*, 21 *pollices longus.*
Roſtrum *luteum, apicis macula coccinea, mandibula inferior caerulea*; pedes *caerulei*; nigra *pileus*, *dorſum*, *alae*, *cauda*, *venter*, *femora*; albida *tempora*, *gula*, *pectus*, *uropygium*; rubra *faſcia pectoralis et criſſum.*

erythrorhynchos. 11. R. nigricans, genis, gula, et jugulo albis, tectricibus caudae ſuperioribus ſulphureis, inferioribus et pectoris lunula rubris.

Tucana cayennenſis gutture albo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 416. *n.* 4. *t.* 31. *f.* 2.
Red-beaked Toucan. *Edw. glean. t.* 238. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 328. *n.* 5.
*Habitat in* America *auſtrali*, *praecedentis magnitudine.*
Roſtrum *baſi dorſoque flavum*, *mandibulae ſuperioris apice inferiorisque fundo rubris*, *naribus nigro-marginatis*; orbitae *caeruleſcentes*; pedes *plumbei*; ungues *nigri.*

Tucanus. 5. R. nigricans, faſcia abdominali, criſſo uropygioque flavis.

Ramphaſtos roſtro rubro, carina obtuſa albida. *Syſt. nat.* I. *p.* 103.
Tucana. *Marcgr. braſ.* 217.
Tucana braſilienſis gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 419. *n.* 5. *t.* 32. *f.* 1.
Toucan ſurinamenſis niger ex albo, flavo, rubro mixtus. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 13.
Toucan à gorge jaune du Bréſil. *Buff. pl. enlum. n.* 307.
Yellow-breaſted Tucan. *Edw. glean. t.* 329. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 326. *n.* 3.
*Habitat in* America *auſtrali*, 19 *pollices longus.*
Genae, gula *et* cervix *aurantiae*; faſcia abdominalis *et* criſſum *in rubrum colorem vergunt*; uropygium *ſulphureum*; roſtrum *nigrum*, *baſi griſeum*; pedes *et* ungues *plumbei.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0369-7

picatus. 6. R. nigricans, pectore luteo, criſſo rectricumque apicibus rubris, uropygio nigro.
Ramphaſtos roſtro rubro apice nigro, carina compreſſa. *Syſt. nat.* I. *p.* 103.
Tucana. *Briſſ. av.* 4. *p.* 408. *n.* I.
Pica braſilienſis. *Geſn. av.* 800. *Aldr. orn.* I. *p.* 801. *Raj. av. p.* 44. *n.* I.
Braſilian Pye or Toucan. *Albin. av.* 2. *t.* 25. *Will. orn. p.* 128. *t.* 20.
Toucan à ventre rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 122.
Preacher Toucan. *Lath. ſyn.* I. I. *p.* 329. *n.* 6.
*Habitat in* Gujana *et* Braſilia, $8\frac{1}{2}$ *pollicibus pedem longitudine excedens.*
Roſtrum *ex flavicanti viride, apice rubicundum;* abdomen *rubrum;* cauda *apice rubro-punctata.*

dicolorus. 7. R. nigricans, pectore, abdomine, criſſo uropygioque rubris, gula lutea.
Tucana cayennenſis, gutture luteo. *Briſſ. av.* 4. *p.* 411. *n.* 2. *t.* 31. *f.* I.
Toucan à gorge jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 118.
Toucan à gorge jaune de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 269.
Yellow-throated Toucan. *Lath. ſyn.* I. I. *p.* 325. *n.* 2.
*Habitat in* Cayenna, 17 *pollices longus.*
Roſtrum *olivaceum, baſi nigrum, mandibularum margine rubro;* genae *ſulphureae;* jugulum *aurantium, margine ſulphureo.*

Toco. 12. R. nigricans, gula, jugulo et uropygio albis, orbitis, pectoris circulo criſſoque rubris.
Toucan de Cayenne, appellé Toco. *Buff. pl. enlum. n.* 82.
Toco. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 117. *Lath. ſyn.* I. I. *p.* 325. *n.* I. *t.* 9.
*Habitat in* Cayenna, 9–10 *pollices longus.*
Roſtrum *ex rubicundo flavum baſi nigrum, mandibulae ſuperioris apice nigro.*

luteus. 13. R. ex flavicante albus, ſtriis colli lateralibus duabus nigris, cauda et alis ex albo et nigro variis, tectricibus alarum minoribus flavis.
Tucana lutea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 432. *n.* II.
Alia Xochitenacatl. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 207. *Johnſt. av. p.* 119.
Aracari à bec noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 130.

An

An other ſort of Xochitenacatl, Toucan or Braſilian Pye. *Will. orn. p.* 386.
Blackbilled Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 335. *n.* 12.
*Habitat in* nova Hiſpania, *columbae magnitudine.*
Roſtrum *nigrum*; irides *flavae*; pedes *fuſci*; ungues *flavicantes.*

caeruleus. 14. R. caeruleus, cinereo admiſto.
Tucana caerulea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 433. *n.* 12.
Xochitenacatl. *Nieremb. hiſt. nat. p.* 209. *Fern. hiſt. p.* 47. *c.* 146. *Johnſt. av. p.* 126. 157. *t.* 56.
Blue Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 335. *n.* 13.
*Habitat in* novae Hiſpaniae *maritimis, columbae magnitudine.*
Roſtrum *corpore ipſo longius*; oculi *nigri*; irides *fulvae.*

dubius. 15. R. gula caerulea.
Blue throated Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 336. *n.* 14.

albus. 16. R. totus albus.
White Toucan. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 336. *n.* 15.

Momota. 8. R. pedibus greſſoriis.
Momot. *Will. orn. p.* 386. *t.* 24. *Raj. av. p.* 164. *Briſſ. av.* 4. *p.* 465. *t.* 35. *f.* 3.
Guira Guainumbi. *Marcgr. braſ.* 193. *Raj. av. p.* 49. *n.* 4.
Houtou ou Momot. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 430. *t.* 20.
Momot du Bréſil. *Buff. pl. enlum. n.* 370.
Braſilian ſawbilled Roller. *Edw. glean. t.* 328.
Braſilian Motmot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 338. *n.* 1. *t.* 10.
*β.* Momotus varius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 469. *n.* 2.
Yayauquitotl. *Raj. av. p.* 167. *n.* 19.
Yayauquitotl or longtailed Bird. *Will. orn. p.* 386.
Variegated Motmot. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 340. *n.* 1. A.
*Habitat in* Americae *auſtralis denſis ſilvis, ſolitarius, in terra, aut fovea a Daſypode relicta nidum ſtruens ex gramine ſicco, et bina ova ponens; victitans inſectis, et carne cruda, cujus fruſtula in aqua macerat, roſtro prehenſa violentis ictibus verberat. Vox rauca, tremula, debilis.* Jacquin.
Corpus *magnitudine merulae ſeſquipedale, ſplendide olivaceum, ſubtus ferrugineum, in β. ex viridi, fulvo, caeruleo, et cinereo miſtum.* Caput *majuſculum vertice caeruleo medio nigro; myſtaces ad angulos oris longiores mobiles*; remiges *caeruleae*; cauda *cuneiformis*, $11\frac{1}{2}$ *pollices longa,*

*longa, tectricibus 2 intermediis longioribus in medio nonnunquam nudis;* roſtrum *mediocre, vix 2 pollices longum, atrum;* pedes *nigri, digito uno poſtico;* ungues *adunci.*

*Differt a praecedentibus roſtro minore, pedibusque non ſcanſoriis; an ideo generis diſtincti? Vetare videntur lingua pennacea, roſtrique ſerrae.*

## 47. BUCEROS. *Roſtrum* convexum, curvatum, cultratum, magnum, extrorſum ſerratum: Frontis calvaria nuda, oſſeo-gibboſa.

*Nares* pone roſtri baſin.

*Lingua* acuta, brevis.

*Pedes* greſſorii.

bicornis. 1. B. fronte oſſea plana antrorſum bicorni. *Amoen. acad.* 4. *p.* 237.

Hydrocorax philippenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 568. *n.* 2.

Rhinoceros avis prima varietas. *Will. orn. t.* 17. *f.* 1.

Calao. *Pet. gaz.* 43. *t.* 28. *f.* 6. *et t.* 31. *f.* 1. *Edw. av.* 2. *p.* 151. *t.* 281. *f.* D.

Philippine Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 345. *n.* 3.

β. Calao vel Cayao. *Act. angl. vol.* 23. *p.* 1394.

*Habitat in inſulis* Philippinis *magnitudine gallinae niger, ſubtus albus;* remigum *macula alba;* cauda *longiuſcula nigra;* rectrices 10, *extimae* 4 *utrinque albae;* pedes *vireſcentes.*

β. roſtro *cinnabarino*, abdomine *nigro*, dorſo *et* uropygio *ex fuſco cinereis, voce porci aut vituli, Indis adoratus, fructibus victitat, quos integros deglutit, et exterioribus partibus concoctis, nucleos illaeſos eructat.*

abyſſinicus. 5. B. niger, fronte oſſea prominentia antrorſum ſemicirculari, orbitis, gula jugulique parte nudis ex violaceo fuſcis, remigibus majoribus albis.

Calao d'Abyſſinie. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 155.

Grand Calao d'Abyſſinie. *Buff. pl. enlum. n.* 779.

Abyſſinian Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 347. *n.* 4.

*Habi-*

---

Aves *hujus generis in antiquo orbe easdem regiones occupant, quam ſuperioris in America, victu quoque, uti quidem videtur, iis ſimiles.*

*Habitat in* Abyſſinia, *corvo ſimilis, duobus pollicibus pedes tres longitudine ſuperans.* Roſtrum 9 *pollicum.*

africanus. 6. B. niger, roſtro unicorni, cornu rectiuſculo acuminato.
Hydrocorax africanus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 570. *n.* 3.
Rhinoceros avis ſecunda varietas. *Will. orn. t.* 17. *Muſ. Besler. t.* 9. *n.* 7.
Brac ou Calao d'Afrique. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 154.
Trompette de Brac ou oiſeau trompette. *Labat Afr. occid.* 4. *p.* 160. 161.
African Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 348. *n.* 5.
*Habitat in* Africa, *gallopavonis magnitudine.*
Roſtrum *partim rubrum, partim flavum, margine mandibularum nigro.*

malabaricus. 7. B. niger ſubtus albus, prominentia frontis ſupra rotundata frontem verſus acuta, pone oculos protenſa.
Beaks of curious Birds. *Edw. glean. t.* 281. *f.* D.
Calao de Malabar. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 149. *t.* 8. *pl. enlum. n.* 873?
Pied Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 349. *n.* 6. *t.* 11.
*Habitat in* India, 2 *pedes et* 6 *pollices ad* 3 *pedes usque longus, picae ad inſtar ambulans, lactucam, carnem crudam, nuces, aviculas devorans.*
Roſtri *mandibula utraque deorſum incurvata, apice acuta; prominentia ſuperioris* 4½ *pollices longa, plurimam partem nigra, medio et prominentiae et roſtri ſordide ex flavicanti albo;* criſſum, remiges, rectricesque *exteriores apice alba.*

Hydrocorax. 2. B. fronte oſſea plana antrorſum mutica, abdomine fulvo.
Hydrocorax. *Briſſ. av.* 4. *p.* 556. *n.* 1. *t.* 45.
Corvi marini genus. *Cluſ. exot.* 106.
Corvus indicus. *Bont. jav.* 62. *Will. orn.* 86. *t.* 17. *Raj. av. p.* 40. *n.* 7.
Corbeau indien. *Salern. ornith. p.* 91. *n.* 8. *t.* 9. *f.* 3.
Calao des Moluques. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 41. 7. *p.* 147. *pl. enlum. n.* 283.
Bontius's indian Raven. *Will. orn. p.* 126. *n.* 7.
Indian Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 351. *n.* 7.
*Habitat in* Moluccis; *frequenter cicuratus et occidendis muribus et rattis adhibitus; ſilveſtris nuce myriſtica veſcitur; hinc caro delicioſa aromatica.*
Longitudo 2 *pedum et* 4 *pollicum.* Prominentia *roſtri cinerea, poſterius albicans;* vertex *nigricans;* genae *et* gula *nigrae;*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0373-6

*nigrae*; haec *arcu ſordide griſeo terminata*; occiput *et* cervix *pallide caſtanea*; dorſum, humeri, uropygium, tectrices *alarum caudaeque fuſca*; pectus *et* abdomen *nigricantia*, *hoc poſtice flavicans*; cauda *ex cinereo ſordide alba*; pedes *ex griſeo fuſci*; ungues *nigri*.

Rhinoceros. 3. B. cornu mandibulari frontis recurvato.
Hydrocorax indicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 571. *n.* 4.
Rhinoceros. *Bont. jav.* 63. *t.* 64. *Olear. muſ. t.* 15. *f.* 4. *Worm. muſ.* 293. *Aldr. orn.* 1. *p.* 84. *Besler. muſ. t.* 20. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 342. *n.* 1.
Corvus indicus cornutus ſeu Rhinoceros avis Bontii. *Raj. av. p.* 40. *n.* 8.
Horned indian Raven or Rhinoceros-Bird. *Will. orn. p.* 127. *t.* 17. *Edw. glean. t.* 281. *f.* B.
Calao Rhinoceros. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 161.
Bec de l'oiſeau Rhinoceros. *Buff. pl. enlum.* 934.
*Habitat in* India, *inſulisque oceani* Indici, *tripedalis*, *rattis*, *muribus*, *carne*, *cadaveribus victitans*, *venatores concomitans*, *exemta inteſtina ingurgitatura*, *gallopavonis fere magnitudine.*
Roſtrum 10 *pollices longum ex albicante flavum*; *mandibula ſuperior baſi rubra*, *inferior nigra*; cornu 8 *pollices longum*, *ex albo et nigro varium*; corpus *nigrum*, *ſubtus et poſtice ſordide album*; cauda 12 *pollices longa*; tectrices *inferiores albae et nigrae*; rectrices *baſi et apice albae*, *in medio nigrae*; pedes *et* ungues *obſcure griſei*.

galeatus. 8. B. roſtro rectiuſculo, prominentia fere quadrata, poſterius rotundata, anterius plana.
Calao à casque rond. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 159. *pl. enlum. n.* 933.
Helmet Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 343. *n.* 2. *Edw. glean. t.* 281. *f.* C.
Roſtrum 8 *pollices longum*, *plurimam partem rubrum.*

panayenſis. 9. B. ex vireſcente niger, ſubtus ex rubro fuſcus, prominentia mandibulae ſuperioris ſupra acuta, et ad latera plana.
Calao à bec cizelé de l'isle de Panay. *Sonner. it. p.* 122. *t.* 82. 83.
Calao de l'isle de Panay. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 145. *pl. enlum. n.* 780. 781.
Panayan Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 353. *n.* 8.
*Habitat in inſula* Panay, *coracis magnitudine.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0374-1

Roſtrum *longiſſimum, arcuatum, fuſcum, lateribus transverſim rugoſis, ſulcis aurantiis;* orbitae *nudae fuſcae;* irides *albidae*, caput collum*que feminae alba, macula magna triangulari ex vireſcenti nigra;* rectrices 10, *a baſi ultra medium ex rufo lutea, apice nigra;* pedes *plumbei.*

manillenſis. 10. B. ſupra ex nigricante fuſcus, ſubtus ſordide albus, roſtro non ſerrato: prominentia exigua.

Calao de Manille. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 144. *planch. enlum. n.* 891.

Manilla Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 354. *n.* 9.

*Habitat in inſula* Manilla.

Roſtrum *minus curvatum, apice magis acuto;* caput collum*que alba, fuſco-undulata;* temporum *macula nigra;* caudae *faſcia media rufa.*

naſutus. 4. B. fronte laevi, rectricibus baſi apiceque albis.

Crotophaga. *Forskal Faun. arab. p.* 2. *n.* 4.

Hydrocorax ſenegalenſis melanorhynchos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 573. *n.* 5. *t.* 46. *f.* 1.

Tock. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 141.

Calao à bec noir du Sénégal. *Buff. pl. enlum. n.* 890.

Blackbilled Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 355. *n.* 10.

*β.* Hydrocorax ſenegalenſis erythrorhynchos. *Briſſ. av.* 4. *p.* 575. *t.* 46. *f.* 2.

Calao à bec rouge de Senegal. *Buff. pl. enlum. n.* 260.

*Habitat ad fluvium* Senegal, *et in aliis calidioribus antiqui orbis; fructibus victitans, junior facile cicurandus, magnitudine picae.*

Roſtrum *deorſum curvatum cum pedibus nigrum, adultiori rubrum;* corpus *ſupra ſordide griſeum, pennarum apice albido, ſubtus ſordide album;* genarum *ſtria ſimiliter ſordide alba;* rectrices 2 *intermediae ſordide griſeae; reliquae* 10 *ad medium usque et apice albae, ceterum nigricantes;* ungues *nigri.*

albus. 11. B. niveus, roſtro pedibusque nigris.

White Toucan. *Hawkesw. it.* 1. *p.* 123.

White Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 357. *n.* 11.

*Captus inter inſulas* Tinian et Pulotimoen, *anſeris magnitudine.*

Roſtrum *anguſtum, et pedem longum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0375-7

obſcurus. 12. B. roſtri prominentia ſupra rotundata ſeptem- vel octoloba.
Wreathed Hornbill. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 358. *n.* 12.
Indian Raven. *Will. orn. t.* 78.
Roſtrum 5 – 6 *pollices longum, prominentia pollicem alta; mandibularum margo non ſerratus.*

## 48. BUPHAGA. *Roſtrum* rectum ſubquadrangulare: mandibulis gibbis integris, extrorſum gibboſioribus. *Pedes* ambulatorii.

africana. 1. Buphaga. *Briſſ. av.* 2. *p.* 457. *n.* 1. *t.* 42. *f.* 2.
Pic-boeuf. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 175. *t.* 14. *planch. enlum. n.* 293.
African Beef-eater. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 359. *n.* 1. *t.* 12.
*Habitat ad fluvium* Senegal; *dorſo boum inſidens extrahit oeſtrorum larvas; alaudae criſtatae magnitudine*, 8½ *pollices longa.*
Corpus *ſupra ex griſeo fuſcum, ſubtus et uropygio flavicans;* roſtrum *nunc flavicans apice rubro, nunc nigrum*, 10 *lineas longum;* cauda *cuneiformis;* rectrices 12 *acutae, ex griſeo fuſcae, lateralibus interius rufis;* pedes *et* ungues *fuſci.*

## 49. CROTOPHAGA. *Roſtrum* compreſſum, ſemiovatum, arcuatum, dorſato-carinatum: mandibula ſuperiore margine utrinque angulata. *Nares* perviae.

Ani. 1. Cr. minor, pedibus ſcanſoriis.
Crotophagus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 177. *t.* 18. *f.* 2.
Crotophagus ater, roſtro breviore compreſſo arcuato-cultrato. *Brown. jam.* 474.
Monedula tota nigra major garrula, mandibula ſuperiore arcuata. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 256. *f.* 1.
Ani. *Marcgr. braſ.* 193. *Will. orn. p.* 120. *Raj. av. p.* 35. *n.* 10. *et p.* 185. *n.* 129.
Cacalototl. *Raj. av. p.* 168. *n.* 27.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0376-3 DFG

Ani des ſavanes. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 420.
Petit bout de petun. *Buff. pl. enlum. n.* 102. *f.* 2.
Razor-billed Blackbird. *Catesb. car. app. t.* 3.
Leſſer Ani. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 360. *n.* 1. *t.* 13.
*Habitat in* America *auſtrali, inſulisque* Americam *ſpectantibus gregaria; nidificant in eodem nido ampliſſimo ſaepe* 50; *ſingulae feminae ſibi propinquae ſuis ovis, quae bis in anno pariunt, marini coloris, verſus utrumque finem maculata, incubant, quae foliis tegunt. Victitant fructibus, ſeminibus, vermibus, inſectis, potiſſimum gryllis, inprimis vero acaris ricinis in bobus copioſiſſimis, ideoque accedentibus hiſce boves ſe proſternere feruntur, ut ricinos evellant, qui alias nimium multiplicarentur.*
Longitudo 13½ *pollicum;* corpus *nigrum;* cauda *longa, cuneiformis, rectricibus* 10 *conſtans;* mandibula *ſuperior apice incurvata;* nares *ovatae;* lingua *carnoſa, integra;* pedes *nigri.*

major. 3. Cr. major, pedibus ſcanſoriis.
Crotophagus major. *Briſſ. av.* 4. *p.* 180. *t.* 18. *f.* 2.
Grand Bout de Petun. *Buff. pl. enlum. n.* 102. *f.* 1.
Ani des palétuviers. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 423. *t.* 19. *Salern. orn. p.* 73. *n.* 10.
Greater Ani. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 362. *n.* 2.
*Habitat in* Cayenna, *facile cicuranda, et pſittaci more docilis;* 18 *pollices longa, ceterum praecedenti ſimilis.*

ambulatoria. 2. Cr. pedibus ambulatoriis.
Walking Ani. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 363. *n.* 3.
*Habitat in* Surinamo, *praecedenti, ſi pedes excipias, ſimillima; rectrices* 10.

GLAUCOPIS. *Roſtrum* incurvatum, fornicatum, mandibula inferiore breviore ſubtus ad baſin carunculata.
*Nares* depreſſae, membrana ſubcartilaginea ſemitectae.
*Lingua* ſubcartilaginea apice inciſa et ciliata.
*Pedes* ambulatorii.

cinerea. 1. Glaucopis.
Cinereous Wattle-bird. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 364. *n.* 1. *t.* 14.

Habi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0377-8

*Habitat in* nova Seelandia, *picae magnitudine*, 15 *pollices longa; in terra ambulans, rarius arboribus inſidens, baccis, inſectis, aviculis quoque victitans, ſibilans et murmurans.* Caro *ſapidiſſima.* Forſter.

Roſtrum *nigrum, prouti totum corpus una cum pedibus;* caruncula *primo caerulea, poſt aurantia;* irides *egregie caeruleae;* cauda *longa, cuneiformis, rectricibus* 12 *conſtans;* pedes *longi;* unguis *poſterior reliquis longior.*

## 50. CORVUS. *Roſtrum* convexum, cultratum.
*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectae.
*Lingua* cartilaginea bifida.
*Pedes* ambulatorii.

hottentottus. 1. C. vireſcenti-ater, cauda aequali, myſtacibus longiſſimis.
Monedula capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 33. *n.* 10. *t.* 2. *f.* 2.
Choucas mouſtache. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 79.
Choucas du cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 226.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, $11\frac{1}{4}$ *pollices longus.*
*Supra nares myſtaces nigrae tres pollices longae, breviores et rigidae in angulis oris; pennae cervicis anguſtiores et longiores reliquis, laxae, et quaſi fluitantes.*

Corax. 2. C. ater, dorſo atro-caeruleſcente, cauda ſubrotundata. *Faun. groenl. p.* 62. *n.* 38.
Corvus maximus. *Scop. ann.* 1. *p.* 34. *n.* 45.
Corvus. *Geſn. av.* 334. *Aldrov. orn.* 1. *p.* 684. *t.* 685. *Jonſt. av.* 38. *t.* 16. *Raj. av. p.* 39. *n.* 1. *Briſſ. av.* 2. *p.* 8. *n.* 1.
Corbeau. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 13. *t.* 2. *pl. enlum. n.* 495.
Raven. *Arct. zool.* 2. *p.* 245. *n.* 134. *Brit. zool.* 1. *p.* 218. *n.* 74. *Alb. av.* 2. *p.* 19. *t.* 20. *Will. orn. p.* 121. *t.* 18. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 367. *n.* 1.
Rabe. *Friſch. av. t.* 63.
β. Corvus varius. *Briſſ. av.* 2. *p.* 12. *n.* 1. A.
Cacalotl. *Fernand. hiſt. nov. Hiſp. p.* 48.
γ. Corvus albus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 12. *n.* 1. B. *Sckwenckf. av. Sileſ. p.* 245.
δ. Corvus feroenſis ex albo et nigro mixtus. *Brünnich ornith. bor. p.* 8.

*Habi-*

*Habitat in omni* Europa, Sibiria, Camtſchatca, America *boreali ad* novam *usque* Hiſpaniam, *duos utplurimum pedes duosque pollices longus, victitat cadaveribus, aviculis vivis, agnis infirmis, famelicus adeo pellibus ſiccis et excrementis, ovis, piſcibus, teſtaceis, baccis, feris, in regionibus potiſſimum magis borealibus, convivalis, furto deditus, clamitans, loqui addiſcit; nidificat in altis arboribus aut rupibus; coit Martio, parit Aprili* 5–6 *ova, ex caeruleſcente viridia fuſco-maculata, quibus mas interdiu, femina noctu incubat; longaevus, olfactu acerrimo praeditus.* Caro *Groenlandis edulis*, pellis *in veſtimentis adhibita*, alae *ſcopulis*, remiges *fiſſae piſcatui.*

Roſtrum *paulisper curvatum, dente utrinque exiguo.*

clericus. 20. C. totus niger, mento albo, roſtri baſi cinerea. *Sparrmann muſ. Carlſon. t.* 2.

*Habitat in* Suecia, *rariſſimus, an vere diſtincta a corace ſpecies?*

Color *in maxima corporis parte fuliginoſus; remigum et rectricum ſupra in violaceum vergens.*

auſtralis. 21. C. totus niger, menti pennis laxioribus, remigibus ex fuſceſcenti nigris.

South-ſea Raven. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 369. *n.* 2.

*Habitat in* inſulis amicis maris auſtralis, 19 *pollices longus.*

Cauda 8 *pollices longa.*

Corone. 3. C. atro-caeruleſcens totus, cauda rotundata, rectricibus acutis. *Fn. ſuec.* 86. *Scop. ann.* 1. *p.* 35. *n.* 36.

Cornix. *Geſn. av.* 320. *t.* 321. *Aldr. orn.* 1. *p.* 734. *t.* 736. *Raj. av. p.* 39. *n.* 2. *Briſſ. av.* 2. *p.* 12. *n.* 2.

Corneille. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 45. *t.* 3. *pl. enlum. n.* 483.

Carrion Crow. *Brit. zool.* 1. *n.* 75. *t.* 34. *Arct. zool.* 2. *p.* 246. *n.* 135. *Albin. av.* 2. *t.* 21. *Will. orn. p.* 122. *t.* 18. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 370. *n.* 3.

β. Cornix varia. *Briſſ. av.* 2. *p.* 15. *n.* 2. A.

Corvus varius. *Brünn. orn. bor. p.* 8. *n.* 8.

Bunte Kraehe, ſchekige Kraehe. *Friſch. av. t.* 66.

γ. Cornix alba. *Briſſ. av.* 2. *p.* 15. *n.* 2. B.

*Habitat in* Europa, Sibiria, *boreali* America, *inſulis* Philippinis, nova Guinea, nova Hollandia, nova Caledonia, Madera, *corace minor*, 18 *pollices longa; cadaveribus et vivis adeo animalibus minoribus et debilioribus victitans, ſed fructibus etiam, ſeminibusque, hinc ſegetibus aliquando*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0379-3

*do infeſta; in ſilvarum arboribus nidificat, et 5 – 6 ova parit, coracinis ſimilia.*

*Tota ex atro caeruleſcens, coracis modo dorſum;* femina *minus ſplendida; fauces, prouti etiam thoracis, nigrae; trachea propriis muſculis inſtructa, ſubtus ad dichotomiam antice 4, poſtice 2.*

frugilegus. 4. C. ater, fronte cineraſcente, cauda ſubrotundata. *Faun. ſuec.* 87. *It. oel.* 67.

Cornix frugilega. *Aldrov. orn.* 1. *p.* 751. *t.* 753. *Raj. av. p.* 39. *n.* A. 3. *Briſſ. av.* 2. *p.* 16. *n.* 3.

Freux ou Frayonne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 55. *planch. enlum. n.* 484.

Rook. *Brit. zool.* 1. *n.* 76. *Arct. zool.* 2. *p.* 250. *n.* A. *Albin. av.* 2. *p.* 21. *t.* 22. *Will. orn. p.* 123. *t.* 18. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 372. *n.* 4.

Schwarze Kraehe. *Friſch. av. t.* 64.

*Habitat in* Europa *et occidentali* Sibiria, *magnis gregibus mane potiſſimum et veſpere volitans; plures pernoctant in arbore, unde facile capiuntur, valde ſonori; vermibus, larvis, potiſſimum ſcarabaeorum, ſed ſeminibus etiam victitant, hinc agris infeſti; Martio jam nidificare incipiunt, ovaque pariunt cornicinis ſimilia. Juniorum caro ſapida. Nigredini intermixtus ſplendor purpureus; caudae ſupra viridis;* roſtrum *magis rectum, gracilius, debilius, quam praecedenti,* $2\frac{1}{2}$ *pollices longum, baſi albicans, naribus nudatis.*

Cornix. 5. C. cineraſcens, capite, jugulo, alis caudaque nigris. *Fn. ſuec.* 88. *Scop. ann.* 1. *p.* 35. *n.* 37.

Cornix cinerea. *Briſſ. av.* 2. *p.* 19. *n.* 4.

Cornix cinerea frugilega. *Geſn. av.* 332. *Aldrov. orn.* 1. *p.* 754. *t.* 755. *Raj. av. p.* 39. *n.* A. 4.

Corneille mantelée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 61. *t.* 4. *pl. enlum. n.* 76.

Royſton Crow. *Albin. av.* 2. *p.* 22. *t.* 23. *Will. orn. p.* 124. *t.* 77.

Hooded Crow. *Brit. zool.* 1. *n.* 77. *Arct. zool.* 2. *p.* 251. *n.* B. *Flor. ſcot.* 1. *p.* 20. *t.* 2. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 374. *n.* 5.

Nebel-

*Plurimae corvi ſpecies in omni climate obviae, perquam ſonorae, in arboribus nidificant, et 6 ova pariunt; victus plurimis ex animali et vegetabili miſtus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0380-4

Nebelkrahe. *Friſch. av. t.* 65.
Graue Krau, Krauveitl. *Kram. elench. p.* 333.
*Habitat in* Europa *et* Aſia, *Alberto magno jam dicta, Octobri ex ſubalpinis in planities deſcendens, gregaria, cadaveribus, quisquiliis, vivis quoque animalibus minoribus, avibus, teſtaceis, ranis, cochleis, inſectis horumque larvis, rarius baccis ſeminibusque victitans; in Suecia relegata, at injuſte, quum purget prata a larvis phalaenae calamitoſae graminumque radicibus ſubjacentibus tipularum larvis; ventis adverſa conſidet; lepide capitur cucullo papyraceo in nive.*
Magnitudo *frugilegi*; longitudo 22 *pollicum.*

dauricus. 22. C. ater, vertice ex caeruleo atro, cervice, jugulo et abdomine albis. *Pall. it.* 3. *p.* 694. *n.* 8.
Corneille du Sénégal. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 67. *pl. enlum. n.* 327.
Chineſe black Raven with white neck. *Osb. it.* 1. *p.* 377.
White-breſted Crow. *Fryer it. p.* 21. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 376. *n.* 6. *t.* 15.
*β.* Corvus totus niger, cervice juguloque fuſcis.
*Habitat in* Sina, Mongolia, Perſia, *ad lacum* Bajkal, *fluviumque* Lena, *in inſula* Ivanna, *et ad fluvium* Senegal, *gregaria, monedulae facie et magnitudine,* 12 *pollices et ultra longus; inſectis fructibusque victitans.*
Cauda *et* alae *nitore vireſcente.*

caledonicus. 23. C. cinereus, roſtro, palpebris, cauda pedibusque nigris.
New caledonian Crow. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 377. *n.* 7.
*Habitat in* nova Caledonia, 15 *circiter pollices longus.*
Cauda 5 *pollices*, roſtrum 14 *lineas longum*; irides *flaveſcentes.*

jamaicenſis. 24. C. totus niger.
Cornix jamaicenſis. *Briſſ. av.* 2. *p.* 22. *n.* 5.
Corneille de la Jamaique. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 67.
Chattering Crow or Cacao Walk. *Raj. av. p.* 181. *Sloan. jamaic.* 2. *p.* 298. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 377. *n.* 8.
*Habitat in* Jamaicae *montanis, perpetuo garrulus, baccis et ſcarabaeis victitans,* 18 *pollices longus.*

Monedula. 6. C. fuſcus, occipite incano, fronte, alis caudaque nigris. *Fn. ſuec.* 89. *Scop. ann.* 1. *p.* 36. *n.* 38.
Graçulus ſ. monedula. *Geſn. av. p.* 520. *t.* 521.

Mone-

Monedula ſ. Lupus. *Aldr. orn.* 1. *p.* 770. *t.* 771. *Raj. av. p.* 40. A. 5. *Briſſ. av.* 2. *p.* 24. *n.* 6. *Günther Neſt. u. Eyer t.* 11. *f. inf.*
Choucas. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 69. *pl. enlum. n.* 523.
Jackdaw. *Brit. zool.* 1. *n.* 81. *t.* 34. *Arct. zool.* 2. *p.* 251. C. *Alb. av.* 1. *t.* 14. *Will. orn. p.* 125. *t.* 19. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 378. *t.* 9.
Dohle, graue Dohle. *Friſch. av. t.* 67. *Kram. elench. p.* 334.
β. Monedula torquata. *Briſſ. av.* 2. *p.* 27. *n.* 6. A.
Helvetian Daw. *Charlet. ex. p.* 75. *n.* 7. *onom. p.* 68. *n.* 7. *Johnſt. av. t.* 16.
γ. Monedula candida. *Briſſ. av.* 2. *p.* 27. *n.* 6. B. *Schwenckf. av. Sil. p.* 305. *Rzacz. auct. hiſt. Pol. p.* 396.
δ. Monedula nigra. *Briſſ. av.* 2. *p.* 28. *n.* 7.
Choucas noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 69. *pl. enlum. n.* 522.
Chough. *Charlet. ex. et onom. p.* 67. *n.* 3. *Sibbald Scot. ill. p.* 2. *l.* 3. *p.* 15.
Schwarze Dohle. *Friſch. av. t.* 68.
ε. Monedula nigerrima, roſtro pedibusque miniatis. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 365. *t.* 39.
ζ. Monedula alis albis, roſtro ſubcurvo.
η. Monedula roſtro forficato.
ϑ. Monedula fuſceſcens, humeris albis.
*Habitat in* Europae, *et occidentalis* Sibiriae, ε. *in* Perſiae *agris, hieme in turribus antiquis ſummis gregaria, furto pariter dedita, facile cicuranda, ova parit pallidiora, minora, minusque maculata, quam cornices.*
Longitudo 13 *circiter pollicum*; irides *albae.*

glandarius. 7. C. tectricibus alarum caeruleis, lineis transverſis albis nigrisque, corpore ferrugineo variegato. *Faun. ſuec.* 90. *Scop. ann.* 1. *p.* 36. *n.* 39.
Garrulus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 47. *n.* 1. *Nozeman nederl. Vogel. t.* 1.
Pica glandaria. *Geſn. av.* 700. *Aldr. orn.* 1. *p.* 788. *t.* 789. *Raj. av. p.* 41. A. 2.
Ghiandaja. *Olin. uccell. p.* 35.
Jeay. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 107. *t.* 8. *planch. enlum. n.* 481.
Jay. *Brit. zool.* 1. *n.* 79. *Arct. zool.* 2. *p.* 252. E. *Albin. av.* 1. *p.* 16. *t.* 16. *Will. orn. p.* 130. *t.* 19. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 37. *n.* 19. *Hayes brit. birds t.* 7.

Holz-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0382-6

Holzſchreyer, Eichenheher, Nuſsheher. *Friſch. av. t.* 55. *Kram. el. p.* 335. *Günth. Neſt. u. Eyer, t.* 38.

β. Garrulus albus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 51. *n.* 1. A.

*Habitat in* Europa, *et ad montes* Uralenſes Sibiriae, *in ſilvis, inquietus, facile cicurandus et docilis, nidum ex bacillis, radicum fibris, tenerioribusque ramis ſtruens, et ova pariens columbinis aequalia, ex cinereo-olivacea, maculis pallide fuſcis; colligit nuces, glandes, alios fructus, ſuperfluos defodit ſeritque, victitat etiam ſegete, aviculis, ovis.*

Longitudo 13 *pollicum; macula utrinque ad os nigra; capitis pennae praelongae.*

argyrophthalmus. 25. C. niger, pectore cyaneo, oculis argenteis, cauda apice alba, roſtro pedibusque nigris. *Jacquin Beytr. zur Geſch. der Voeg. p.* 1.

*Habitat* Carthagenae *in* America, *glandarii magnitudine, in ſilvis denſiſſimis, vocem claram, ſibilantem, non ingratam edens, inſectis, fructibus et ſeminibus victitans, cicuratus quoque carne cruda et cocta.*

Alae *extrinſecus, et macula utrinque ſupra infraque oculos cyanea.*

dubius. 26. C. fuſco-ferrugineus, vertice temporibusque nigricantibus, collo et abdomine flaveſcentibus, roſtro, oculis pedibusque nigris. *Jacquin Beytr. zur Geſch. der Voegel, p.* 2.

*Habitat* Carthagenae *in* America.

*Lineae* 2 *albae a baſi roſtri trans oculos ad occiput, ubi convergunt.*

criſtatus. 8. C. tectricibus alarum lineis transverſis nigris, corpore caeruleo, collari nigro.

Garrulus canadenſis caeruleus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 54. *n.* 2. *t.* 4. *f.* 2.

Pica glandaria caerulea criſtata. *Robert ic.* 1676. *t.* 14.

Geay bleu de Canada. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 120. *pl. enlum. n.* 529.

Blue Jay. *Arct. zool.* 2. *p.* 249. *n.* 138. *Cateſb. car.* 1. *p.* 15. *t.* 15. *Edw. glean.* 60. *t.* 239. *f.* 1. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 386. *n.* 20.

*Habitat in* America *ſeptentrionali, glandario ſimilis, ſed multo minor,* 11 *pollices longus, gregarius, in uliginoſis nidificans, cantu gratiſſimo; victitat famelicus vermibus et ſerpentibus, alias nucibus caſtaneis, potiſſimum zeae*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0383-1

*ſeminibus, hinc agris, hac conſitis infeſtiſſimus. Majo parit ova olivacea, maculis ferrugineis.*

Capitis *criſta caerulea, ſtria nigra a roſtro ultra oculos producta;* genae *cum* gula *et* abdomine *albae;* pectus *ex erinaceo rubrum;* dorſum *pallide purpureum;* tectrices *alarum, et* remiges *ſecundariae caeruleae, hac etiam una cum tectricum ordine albo-punctatae;* cauda *longa cuneiformis nigro et caeruleo lineata apice alba;* pedes *nigri.*

Stelleri. 27. C. corpore ſupra nigro, ſubtus, alis, caudaque longa cuneiformi caeruleis, capite criſtato.

Steller's Crow. *Arct. zool.* 2. *p.* 249. *n.* 139. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 387. *n.* 21.

*Habitat in ſinu* Natka Americae *borealis,* 15 *pollices longus.*

Tectrices *alarum minores* remiges*que primariae intus ſordidae;* remiges *ſecundariae* rectrices*que intermediae nigro lineatae.*

cayanus. 9. C. ſubviolaceus ſubtus candidus, jugulo fronteque nigris, cauda apice alba.

Garrulus cayanenſis, tribus utrinque maculis in capite albis. *Briſſ. av. p.* 52. *n.* 2. *t.* 4. *f.* 1.

Geay de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 373.

Blanche-coëffe ou Geay de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 118.

Cayenne Jay. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 389. *n.* 22.

*Habitat in* Cayenna, 13 *pollices longus.*

Roſtrum, pedes *et* ungues *griſea;* capiſtrum, genae *et* nucha *nigra;* cauda *rotundata violacea.*

Caryocatactes. 10. C. fuſcus alboque punctatus, alis caudaque nigris: rectricibus apice albis: intermediis apice detritis. *Fn. ſuec.* 91. *Scop. ann.* 1. *p.* 37. *n.* 40.

Corvus cinereus, cauda alisque nigris. *Fn. ſuec.* 1. *n.* 75.

Caryocatactes. *Geſn. av.* 245. *Will. orn.* 90. *t.* 20. *Raj. av. p.* 42. *Nozem. nederl. Vogel. t.* 3.

Merula ſaxatilis. *Aldr. ornith.* 2. *p.* 630.

Nucifraga. *Briſſ. av.* 2. *p.* 59. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

Caſſe-noix. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 122. *t.* 9. *planch. enlum. n.* 50.

Nut-cracker. *Brit. zool.* 2. *app. p.* 625. *t.* 3. *Arct. zool.* 2. *p.* 252. D.

Waldſtarl, Steinheher. *Kram. el. p.* 334.

Tannenheher. *Friſch. av. t.* 56.

Nuskraehe. *Schranck Naturf.* XVIII, *p.* 67.

*Habi-*

*Habitat in* Europa *et* Sibiria *ad* Camtſchatcam *usque*, *in pinetis potiſſimum*, *colligit editque inſecta*, *baccas*, *nuces*, *praeſertim pini pineae*; *in cavis arborum nidificans*, *moribus picae ſimilis*, 13 *pollices longus*.

Corpus *maculis triangularibus albis*; criſſum *album*; vertex caudae*que tectrices non maculatae*. *Pennae narium aliquando deficientes*; lingua *bicuſpidata*.

Balicaſſius. 11. C. vireſcenti ater, cauda forficata.

Corvus ſplendide nigro-viridans. *Briſſ. av.* 2. *p.* 31. *n.* 9. *t.* 2. *f.* 1.

Choucas des Philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 603.

Balicaſſe des Philippines. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 83.

*Habitat in inſulis* Philippinis, *eximie cantans*.

Roſtrum, pedes *et* ungues *nigra*; cauda *fere* 4 *pollices longa*.

novae Guineae. 28. C. fronte, capiſtro, caudaque nigris, capite, collo, dorſo et pectoris parte ſuperiore obſcure cinereis, inferiore, abdomine, criſſo et uropygio albis transverſim nigro-ſtriatis.

Choucas de la nouvelle Guinée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 80. *pl. enlum. n.* 629.

New Guinea Crow. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 381. *n.* 13.

*Habitat in* nova Guinea, *pedem longus*.

Roſtrum *nigricans*; *ſtria nigra per et pone oculos ducta*; pedes *breves*, *ſordidi*.

papuenſis. 29. C. cinereus, abdomine albo, remigibus ex nigricante fuſcis.

Choucas de la nouvelle Guinée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 81. *pl. enlum. n.* 630.

Papuan Crow. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 382. *n.* 14.

*Habitat in* nova Guinea, 11 *pollices longus*.

Roſtrum *fere pollicare*, *flavicans*, *dorſo mandibulae ſuperioris angulato*; pedes *parvi cinerei*; ungues *breves*.

nudus. 30. C. niger, pileo ex mollioribus plumis contexto, collo rarius plumis contecto.

Colnud de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 82. *planch. enlum. n.* 609.

Bare-necked Crow. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 382. *n.* 15.

*Habitat in* Cayenna, *monedulae magnitudine*.

Roſtrum *baſi latum*, *ſordide caeruleum*; alarum *pennae nonnullae dilute griſeae*.

calvus. 31. C. ex ferrugineo fuſcus, fronte et vertice calvis.
Choucas chauve. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 80. *pl. enlum. n.* 521.
Bald Crow. *Latham ſyn.* I. 1. *p.* 383. *n.* 16.
*Habitat in* Cayenna, 13 *pollices longus.*
Roſtrum *paulisper curvatum, ſordide nigrum;* pedes *ſordidi;* color *ſubtus et in tectricibus caudae ſuperioribus dilutior.*

pacificus. 32. C. cinereus, ſubtus in ſpadiceum vergens, occipite, cervice, alis caudaque nigris, alarum caudaeque apice albo.
Pacific Crow. *Lath. ſyn.* I. 1. *p.* 383. *n.* 17.
*Habitat in inſulis maris* auſtralis, 10½ *pollices longus.*
Roſtrum, pedes *et* ungues *nigra;* frons *et* gula *pallida;* rectrices 2 *intermediae totae nigrae.*

tropicus. 33. C. niger, criſſo punctis ſordide albis, cauda rotundata.
tranquillus. 38. C. niger, ſubtus in cinereum vergens, cauda cuneiformi, tectricum alarum ſuperiorum margine albo.

Coucou noir de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 416. *pl. enlum. n.* 512.

Cayenne black Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 543. *n.* 42.

*Habitat in* Cayenna, *ſolitarius, reliquis ſpeciebus minus inquietus,* 11 *pollices longus.*

Roſtrum *et* irides *rubent.*

tenebroſus. 39. C. niger, abdomine et femoribus ferrugineis, uropygio criſſoque albis, cauda aequali. *Pall. n. nord. Beytr.* 3. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 1.

Petit Coucou noir de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 417. *pl. enlum. n.* 505.

White-rumped black Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 544. *n.* 43.

*Habitat in* Cayennae *arborum ad aquas creſcentium ramis ſolitarius, immotus, victitans inſectis; nidificat in cavis arborum aut terrae,* 8¼ *pollices longus.*

Roſtrum *obſcurum ſubulatum;* nares *ſetis circiter* 10 *cinctae, rictus ſetis circiter* 8; *faſcia inter pectus et abdomen aurantia;* pedes *flavi, breves; trogoni affinis.*

pyrrhocephalus. 40. C. niger, ſubtus albus, vertice genarumque parte coccineis circulo albo cinctis, caudae praelongae apice albo.

Red-headed Cuckow. *Ind. zool. t.* 6. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 544. *n.* 44.

*Habitat in* Zeylon, *fructibus victitans,* 16 *pollices longus.*

Roſtrum *arcuatum, ex vireſcente flavum;* caput collum*que maculis exilibus albis;* pedes *caeruleſcentes.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0431-8 DFG

caeru-leus. 15. C. cauda rotundata, corpore caeruleo.

Cuculus madagaſcarienſis caeruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 157. *n.* 26. *t.* 13. *f.* 1.

Tait-ſon. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 191. *t.* 18.

Coucou bleu de Madagaſcar. *Buff. pl. enlum. n.* 295. *f.* 2.

Blue Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 531. *n.* 29.

*Habitat in* Madagaſcar, *canori magnitudine*, 17 *pollices longus.*

Roſtrum, pedes *et* ungues *nigra*; remiges *et* cauda *nitore viridi et violaceo.*

ſinenſis. 16. C. cauda cuneiformi longa, corpore caeruleo ſubtus albo, rectricum apicibus macula alba.

Cuculus ſinenſis caeruleus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 157. *n.* 27. *t.* 14. A. *f.* 2.

San-hia de la Chine. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 389.

Chineſe Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 530. *n.* 28.

*Habitat in* Sina, 13 *pollices longus.*

Roſtrum, irides, pedes *et* ungues *rubent*; vertex *albus*, *punctis caeruleis*; *reliquum* caput *et* gula *nigricans*; *area alba rotunda ad genas.*

afer. 41. C. viridi-aeneus, ſubtus ſplendide griſeus, capite colloque cinereis, vertice nigricanti-aeneo, cauda aequali viridi-aurea, ſubtus nigra.

Cuculus madagaſcarienſis major. *Briſſ. av.* 4. *p.* 160. *n.* 28. *t.* 15. *f.* 1.

Grand Coucou de Madagaſcar. *Buff. pl. enlum. n.* 587.

Vaurou-driou. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 395.

African Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 532. *n.* 30.

*β.* Cuculus fuſcus ſubtus rufeſcens, capitis collique ſtriis transverſis fuſcis rufisque.

Grand Coucou de Madagaſcar. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 396.

*Habitat in* Madagaſcar, *columbae majoris magnitudine*, 15 *pollices longus.*

Roſtrum *rectum*, 2 *pollices longum*, *nigricans*; *ab eo ad oculum utrinque linea nigra*; remiges *majores nigricantes*, *minores obſolete virides*; pedes *rubicundi*; ungues *nigri.*

indica-tor. 42. C. ex ferrugineo griſeus, ſubtus albus, palpebris nudis nigris, humerorum macula flava, cauda cuneiformi ferruginea. *Mill. illuſtr. t.* XXIV. *f.* A.

Coucou indicateur. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 392. *n.* 22.

Honey

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0432-3 DFG

Honey Guide. *Sparrmann act. angl.* 67. *p.* 38. *t.* 1.
Honey Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 533. *n.* 31.

*Habitat in interiore* Africa, *mellis cauſa apium ſylveſtrium alvearia exquirens, et voce ſua hominibus indicans, nidum lagenae forma, ex gracilibus corticis filamentis ſtruit, incolis magni aeſtimatus, ut trucidare nefas ſit,* 6 *pollices longus.*

Roſtrum *baſi fuſcum, apice luteum, ſetis baſin cingentibus;* femorum *pennae albae, ſtria longitudinali nigra;* remiges *ſupra fuſcae, ſubtus ex griſeo fuſcae;* rectrices 1, 1 *anguſtiſſimae, ferrugineae,* 2, 2 *fuliginoſae margine interiori albidae,* 3, 3 *albae, apice fuſcae, macula nigra ad interiorem rhachin notatae; reliquae ſimiles, macula tamen nigra ſenſim diſparente.*

Perſa. 17. C. cauda aequali, capite criſtato, corpore viridi-caeruleſcente, remigibus ſanguineis.

Cuculus guineenſis criſtatus viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 152. *n.* 24.
Crown Bird from Mexico. *Albin. av.* 2. *p.* 19. *t.* 19.
Touraco. *Edw. av.* 1. *t.* 7. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 300. *t.* 15. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 545. *n.* 46.
Touraco de Guinée. *Buff. pl. enlum. n.* 601.

*Habitat in variis* Africae *partibus, vegetabilibus, potiſſimum fructibus victitans, picae magnitudine, trogoni perquam affinis.*

Roſtrum *obſcure rubrum, breve, ſubconicum, margine, mandibulae praeſertim ſuperioris, ſerratum;* lingua *cartilaginea, plana, acuta;* nares *pennis recumbentibus tectae;* irides *badiae;* palpebrae *carunculis rubris cinctae;* criſta *mobilis apice rubens fere conica;* pennae *molles, quaſi ſericeae;* faſcia *ocularis nigra;* linea *alba ſupra et infra oculos;* humeri, dorſi *pars inferior,* uropygium, cauda, tectrices *caudae ſuperiores alarumque majores ex caeruleſcente purpurea;* abdominis *pars infima et latera,* femora, tectricesque *caudae inferiores nigricant;* pedes *cum* unguibus *cinerei, poſticorum digitorum exterior vix retroverſus cum anteriore plica cutanea cohaerens.*

braſilienſis. 18. C. cauda ſubaequali, capite criſtato, corpore rubro, remigibus flaveſcentibus.

Cuculus braſilienſis criſtatus ruber. *Briſſ. av.* 4. *p.* 154. *n.* 25.
Cuculus braſilienſis venuſtiſſime pictus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 102. *t.* 66. *f.* 2.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0433-9 DFG

Couroucoucou. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 298.
Red-creſted Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 545. *n.* 45.
*Habitat in* Braſilia, *pyrrhocephalo paulo minor*, 10 *pollices longus.*
Roſtrum *dilute rubrum*; criſta *nigro-varia*; abdominis *rubori flavedo intermiſta*; remiges *et* cauda *flavae cum tinctura nigra.*

criſtatus. 19. C. cauda rotundata, capite criſtato, corpore cinereo-vireſcente nitente.
Cuculus madagaſcarienſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 149. *n.* 22. *t.* 12. *f.* 2.
Coucou huppé de Madagaſcar. *Buff. pl. enlum. n.* 589.
Coua. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 365. *n.* 4. *t.* 16.
Madagaſcar creſted Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 522. *n.* 15.
*Habitat in* Madagaſcar, *corvi glandarii magnitudine*, 14 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *nigra*; irides *aurantiae*; pectus *vinaceum*; abdomen *albidum cum tinctura rufa*; remiges *et* cauda *vireſcentes*, *ſubtus cinereae*; rectrices *exteriores apice albo.*

aegyptius. 43. C. fuſcus, ſubtus ex rufo albus, capite et cervice obſcure, cauda cuneiformi ſplendide viridi, remigibus rufis.
Houhou d'Egypte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 367.
Egyptian Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 522. *n.* 16.
β. Cuculus ſplendide niger, alis rufis.
Coucou des Philippines. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 369. *pl. enlum. n.* 824.
γ. Cuculus alis ſpadiceis.
Coucou vert d'Antigue. *Sonner. it. p.* 181. *t.* 80.
*Habitat in* Aegypto β. *in inſulis* Philippinis, γ. *in* Antigua *ſolitarius, aut geminus in dumetis ad aquas poſitis, victitans locuſtis*, 14–15 *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum*; irides *ſplendide rubrae*, *in* γ. *nigrae*; caput *et* cervix, *in* β. *quoque* gula, jugulum, pectus *et* abdomen *obſcure viridia, in hoc in atrum vergentia*; tectrices *alarum ſuperiores rufae in viridem vergentes*; remiges 3 *ultimae totae rufae, reliquae apice ſplendide viridi*; pedes *nigricantes.*

radiatus. 44. C. ex fuſco ater, ſubtus flavus nigro-lineatus, gula geniſque vinaceis, vertice ex nigricante griſeo.
Coucou brun et jaune à ventre rayé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 379.

Coucou

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0434-5 DFG

Coucou à ventre rayé de l'isle de Panay. *Sonner. it. p.* 120. *t.* 79.
Panayan Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 527. *n.* 21.
*Habitat in inſula* Panay, *canori magnitudine.*
Roſtrum *nigrum;* irides *aurantiae;* remigum *pars inferior albo-maculata;* cauda *nigra lineis et apice albis, aequalis;* pedes *rubicundi.*

flavus. 45. C. teſtaceus, ſubtus flaveſcens, vertice gulaque dilute griſeis, cauda cuneiformi nigra albo-lineata.
Petit coucou à tête griſe et ventre jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 382. *n.* 15.
Coucou petit de l'isle de Panay. *Buff. planch. enlum. n.* 814. *Sonner. it. p.* 122. *t.* 81.
Yellow bellied Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 527. *n.* 22.
*Habitat in inſula* Panay, *ultra* 8 *pollices longus.*
Roſtrum pedes*que flaveſcunt, apice illius nigro;* irides *flavae.*

auratus. 46. C. cauda cuneiformi, corpore ſupra viridi-aureo, ſubtus albo, capitis ſtrigis quinque, tectricum alarum, remigum ſecundariarum rectricumque apicibus albis.
Coucou vert doré et blanc. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 385.
Coucou vert du cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 657.
Gilded Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 527. *n.* 23.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, 7 *pollices longus.*
Roſtrum *ex vireſcente fuſcum;* pedes *griſei.*

lucidus. 47. C. ſupra viridis, ſubtus albus, utrinque viridi-aureo-lunulatus, remigibus caudaque fuſcis.
Shining Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 528. *n.* 24. *t.* 23.
*Habitat in* nova Seelandia, *praecedenti affinis,* 7 *pollices longus.*
Roſtrum pedes*que caeruleſcentes;* irides *badiae;* tectrices *caudae inferiores albae.*

coromandus. 20. C. cauda cuneiformi, corpore nigro ſubtus albo, torque candido.
Cuculus coromandelanenſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 147. *n.* 21. *t.* 11. A. *f.* 1.
Coucou huppé de Coromandel. *Buff. pl. enlum. n.* 274.
Coucou huppé à collier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 388.
Collared Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 529. *n.* 26.
*Habitat in* Coromandel, $12\frac{1}{2}$ *pollices longus.*

Roſtrum *et* pedes *cinerea*; irides *flavicantes*; caput *criſtatum*, *macula ad utrumque latus parva rotunda griſea*; gula *et* femora *nigricantia*; remiges *primariae rufae*; *ſecundariae nigricantes*, *margine rufo*; cauda *nigricans*.

cornutus. 21. C. cauda cuneiformi, capite criſta bifida, corpore fuliginoſo.
Cuculus braſilienſis cornutus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 145. *n.* 20.
Atingacu camucu. *Marcgr. braſ. p.* 256. *Will. orn. p.* 146. *t.* 38. *Raj. av. p.* 165. *n.* 5.
Atingacu du Bréſil. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 4. *p.* 409.
Horned Cuckow. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 530. *n.* 27.
*Habitat in* Braſilia, 12 *pollices longus*.
Roſtrum *ex virente flavum*; irides *ſanguineae*; criſta *cornu aemula mobilis*; corpus *ſubtus cum pedibus et unguibus cinereum*; cauda *apice alba*.

paradiſeus. 22. C. caudae rectricibus extimis binis longiſſimis apice dilatatis, capite criſtato, corpore viridi.
Cuculus ſiamenſis criſtatus viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 141. *n.* 23. *t.* 14. A. *f.* 1.
Coucou à longs brins. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 387.
Paradiſe Cuckow. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 529. *n.* 25.
*Habitat in* Siam, *corvi glandarii magnitudine*, 17 *pollices longus*.
Roſtrum *nigricans*; irides *caeruleae*; pedes *et* ungues *griſei*.

Tolu. 48. C. nigricans, uropygio et abdomine ex vireſcente nigris, humeris remigibusque caſtaneis, cauda cuneiformi atroviridi, ſubtus nigra.
Cuculus madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 138. *n.* 16. *t.* 13. *f.* 2.
Coucou de Madagaſcar. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 369. *t.* 17.
Coucou de Madagaſcar, appellé Toulou. *Buff. pl. enlum.* *n.* 295. *f.* 1.
Long-heeled Cuckow. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 524. *n.* 17.
*Habitat in* Madagaſcar $14\frac{1}{4}$ *pollices longus*, *aegyptio valde affinis*.
Roſtrum *fuſcum*; pennae *ſuperiores longiuſculae*, *anguſtae*, *rigidae*, *ſtria per longitudinem ex rufo alba notatae*; tectrices *alarum caſtaneae*, *ſcapis purpuraſcentibus*; remiges *apice fuſco*; pedes *et* ungues *nigri*; *digitorum poſteriorum interior altero longior*.

## 58. YUNX.

**58. YUNX.** *Roſtrum* teretiuſculum acuminatum, debilius paulisper incurvum.
*Nares* concavae denudatae.
*Lingua* teres lumbriciformis longiſſima apice mucronata.
*Rectrices* decem flexiles.
*Pedes* ſcanſorii.

Torquilla. 1. Y. ex albo, griſeo, nigro, et ferrugineo varia. *Fn. ſuec.* 97. *t.* 1. *f.* 97. *Bell. av.* 76. α. *Geſn. av.* 573. *Aldr. orn.* 1. *p.* 863. *t.* 866. *Johnſt. av. t.* 42. *Raj. av. p.* 44. A. 8. *Rudb. lapp.* 66. *t.* 66. *Briſſ. av.* 4. *p.* 4. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 1. *Scop. ann.* 1. *n.* 50.

Cuculus ſubgriſeus maculatus, rectricibus nigris faſciis undulatis. *Fn. ſuec.* 1. *p.* 78. *t.* 1. *f.* 78.

Torcol. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 84. *t.* 3. *planch. enlum. n.* 698.

Wryneck. *Brit. zool. n.* 83. *Arct. zool.* 2. *p.* 267. *Albin. av.* 1. *t.* 21. *Will. orn. p.* 138. *t.* 22. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 548. *t.* 24. *Hayes brit. birds t.* X.

Drehhals. *Friſch av. t.* 38.

β. Yunx ſupra maculis transverſis, ſubtus ſtriis longitudinalibus flavis.

Jyngi congener. *Aldr. orn.* 1. *p.* 868. *t.* 869. *Will. orn. t.* 22.

Torquilla ſtriata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 7.

*Habitat in* Europae *et* Sibiriae, Perſiae *et* Indiae *truncis arborum putreſcentibus, ex quibus larvas extrahit, his formicisque potiſſimum victitans, migratoria; collum contorquendo circumſpiciens; ova parit eburnei candoris* 8 – 10.

Magnitudo *alaudae;* longitudo 7 *pollicum;* corpus *ſupra ex griſeo, nigro, albo et ferrugineo varium;* cauda *griſea, maculis nigris, faſciis* 4 *latis nigris.*

minutiſſima. 2. Y. ſupra ex atro cinerea, ſubtus ſordide alba.

Picus minutiſſimus. *Pallas n. nord. Beytr.* 3. *p.* 5. *t.* 1. *f.* 2.

Picus cayennenſis minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 83. *n.* 32.

Petit pic de Cayenne. *Ferm. Surin.* 2. *p.* 170. *Buff. planch. enlum. n.* 786. *f.* 1.

Très petit pic de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 37.

Minute Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 596. *n.* 48.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0437-2 DFG

*Habitat in* Cayenna, $3\frac{1}{2}$ *pollices circiter longus, certhiae familiaris magnitudine.*
Roſtrum *nigricans, baſi flavum;* caput *nigrum albo-guttatum; mari ad frontem area miniata;* genae *ex nigricante cinereae;* alae *extus nigricantes, intus cinereae;* rectrices 1, 1 *rachi interna albae, margine anguſto ſubfuſco;* 2, 2 *totae nigrae; reliquae ad apicem fere faſcia obliqua alba;* pedes *nigri, robuſti.*

59. PICUS. *Roſtrum* polyedrum, rectum, apice cuneato.
*Nares* pennis ſetaceis recumbentibus obtectae.
*Lingua* teres, lumbriciformis, longiſſima, oſſea, miſſilis, mucronata, apice retrorſum aculeata ſetis.
*Rectrices* 10 durae rigidae acuminatae.
*Pedes* ſcanſorii.

martius. 1. P. niger, pileo coccineo. *Fn. ſuec.* 98. *Scop. ann.* 1. *p.* 46. *n.* 51.
Picus niger. *Briſſ. av.* 4. *p.* 21. *n.* 6.
Picus niger maximus. *Geſn. av.* 708. *Aldr. orn.* 1. *p.* 843. *t.* 844. *Raj. av. p.* 42. *n.* 1.
Pic noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 41. *t.* 2. *pl. enlum. n.* 596. *orn. de Salern. t.* 10. *f.* 2.
Greateſt black Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 276. A. *Will. orn. p.* 135. *t.* 21. *Albin. av.* 2. *t.* 27. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 552. *n.* 1.
Schwarzſpecht. *Friſch. av. t.* 34.
*Habitat in* Europae, Sibiriae *et regni* Chilenſis *populis, nidos magnos et profundos ſtruens, ovaque pariens* 2–3 *candida;* 17–18 *pollices longus, formicis aliisque inſectis, eorumque larvis victitans.*
Femina *occipite modo rubra.*

lignarius. 22. P. pileo coccineo, corpore albo caeruleoque vittato. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 209.
*Habitat in regni* Chilenſis *arboribus, quas tum emortuas tum vegetas roſtro robuſto perforat adeo, ut nidum in foſſis foraminibus ſtruat; hinc arboribus pomiferis infeſtus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0438-7

principalis. 2. P. niger, criſta coccinea, linea utrinque collari, remigibusque ſecundariis albis.
Picus niger carolinenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 26. *n.* 9.
Picus imbrifactus. *Nieremb. nat. p.* 223. *Will. orn.* 301.
Quatotomomi. *Raj. av. p.* 162. *Will. orn. p.* 390.
Grand pic noir à bec blanc. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 46.
Pic noir hupé de la Caroline. *Buff. pl. enlum. n.* 690.
Largeſt white-billed Woodpecker. *Cateſb. car.* 1. *t.* 16.
White-billed Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 268. *n.* 156. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 553. *n.* 2.
*Habitat in* America *a nova* Jerſey *ad* Braſiliam *usque, cornicis magnitudine,* 16 *pollices longus; foramina ſpiralia excavat.*
Roſtrum *eburneum,* 3 *pollices longum;* irides *flavae;* criſta *occipitis conica;* dorſi *pars inferior alba.*

pileatus. 3. P. niger, criſta rubra, temporibus aliſque maculis albis.
Picus virginianus pileatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 29. *n.* 10.
Pic noir à hupe rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 48.
Pic noir hupé de la Louiſiane. *Buff. pl. enlum.* 718.
Larger red-creſted Woodpecker. *Cateſb. car.* 1. *p.* 17. *t.* 17.
Pileated Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 269. *n.* 157. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 554. *n.* 3.
*Habitat in* Americae *ſeptentrionalis ſilvis, zeae ſpicas roſtro deſtruens,* 6 *ova pariens, ex quibus Junio exeunt pulli.*
Longitudo 18 *pollicum;* roſtrum 2 *pollices longum, mandibula ſuperiore obſcura, inferiore albida;* irides *aureae;* criſta *linea fuſceſcente cincta; taenia nigra ab oculis ad occiput ducta; infra hanc linea fuſceſcens ab ortu roſtri per collum ad alarum initium;* mentum *et* gula *alba;* pedes *obſcuri.* Feminae *frons fuſca.*

lineatus. 4. P. niger, criſta coccinea, linea a roſtro utrinque collari ad medium dorſum alba.
Picus niger cayanenſis criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 31. *n.* 11. *t.* 1. *f.* 2.
Ipecu. *Marcgr. braſ.* 207.
Picus varius braſilienſis, Ipecu dictus. *Raj. av. p.* 43. *n.* 7.

 Ouan-

Pici, *Alberto M. jam ſatis noti, et memorati, arbores, potiſſimum aegrotantes et emortuas, aliquando tamen etiam ſanas conſcindunt, inſecta larvasque inſectorum, lignum intus rodentes, arboremque deſtructuras, roſtro ſecante, ſono ſtridulo terrefaciente, auditu percipiente, lingua acuta haſtata intrante extrahunt* (*act. angl.* 350. *p.* 509.) *injuſte proſcripti et ſilvis expulſi.*

Ouantou ou pic noir hupé de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 50. *pl. enlum. n.* 717.
Pic noir ou charpentier. *Fermin Surin.* 2. *p.* 170.
Braſilian Woodpecker, called Ipecu. *Will. orn. p.* 138. *t.* 22.
Lineated Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 556. *n.* 4.
*Habitat in* Cayenna, *magnitudine viridis*, 14 *fere pollices longus.*
Roſtrum *ſeſquipollicare, corneum; mandibula inferior ſtria coccinea*; caput *coccineum*; genae *cineraſcentes*; gula, abdomen, *et* criſſum *ex rufo alba, ſtriis transverſis nigris*; cauda *cuneiformis*; pedes *et* ungues *griſei.*

rubricollis. 23. P. fuſcus, ſubtus fulvus, capite criſtato colloque ſanguineis.
Pic à cou rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 53.
Grand pic hupé à tête rouge de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 612.
Red-necked Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 558. *n.* 5.
*Habitat in* Cayenna, 16 *pollices longus.*
Roſtrum *pallidum*; criſta *occipitalis*; pedes *plumbei.*

melanoleucos. 24. P. niger, ſubtus, linea collari utrinque, nucha et uropygio albus, criſta poſterius ex luteo fuſceſcente.
Buff-creſted Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 558. *n.* 6. *t.* 25.
*Habitat in* Surinamo, 12½ *pollices longus.*
Pectus *et* abdomen *ſordide album, lineis transverſis nigris.*

hirundinaceus. 5. P. niger, occipite coccineo, humeris albido punctatis.
Picus niger novae Angliae. *Briſſ. av.* 4. *p.* 24. *n.* 7.
Petit pic noir, var. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 54.
Leſſer black Woodpecker. *Albin. av.* 3. *t.* 23. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 559. *n.* 7.
β. P. pectoris area rubra, abdomine ex nigro et griſeo vario.
Petit pic noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 54.
Petit pic noir de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 694. *f.* 2.
γ. Picus verticis area rubra, oculorum alba, occipite aureo.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, β. *et* γ. *in* Cayenna, *hirundinis circiter magnitudine.*
Roſtrum *fuſcum*; irides *albidae*; alarum *anguli, et* abdominis *poſtrema pars alba*; pedes *flavicantes*; *in* β. *ſupra oculos intermiſtus candor*; dorſi *pars inferior, et* uropygium *alba*; femina *neque rubri, neque flavi aliquid monſtrat*; *in* γ. *univerſum pectus area ſanguinea*; criſſum *albo et nigro lineatum*; remiges *nonnullae ſecundariae apice albo-punctatae.*

6. P.

paſſerinus. 6. P. olivaceo-flavicans, ſubtus fuſco candicanteque faſciatus.
Picus dominicenſis minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 75. *n.* 29. *t.* 4. *f.* 2.
Petit pic olive de S. Domingue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 29.
Paſſerine Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 588. *n.* 37.
*Habitat in inſula* S. Dominici, *alaudae magnitudine*, 6 *pollices longus.*
Roſtrum, pedes *et* ungues *griſei;* vertex *ruber;* tempora *ex rufo griſea;* tectrices *alarum majores plurimae macula ochroleuca;* remigum *majorum margo interior fuſcus, albido dentatus.*

ſtriatus. 25. P. niger, olivaceo ſtriatus, ſubtus olivaceus, fronte, genis, gula, jugulo, et pectore griſeis, vertice, occipite, uropygio et tectricibus caudae ſuperioribus rubris.
Picus dominicenſis ſtriatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 65. *n.* 25. *t.* 4. *f.* 1.
Pic rayé de S. Domingue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 27. *pl. enlum. n.* 281.
Rayed Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 587. *n.* 36.
*β.* Picus vertice nigro.
Picus dominicenſis ſtriatus minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 67. *n.* 26. *t.* 3. *f.* 2.
Pic rayé à tête noire de S. Domingue. *Buff. planch. enlum. n.* 614.
*Habitat in inſula* S. Dominici, 9 *fere pollices longus.*
Roſtrum *corneum;* remiges *nigricantes, rhachi exteriore flavo, interiori albido-maculatae,* pedes *et* ungues *nigricantes.*

melanochloros. 26. P. ex nigro et flavo varius, criſta aurea, cauda nigra.
Picus varius americanus criſtatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 34. *n.* 12.
Grand pic rayé de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 30. *pl. enlum. n.* 719.
Gold-creſted Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 589. *n.* 38.
*Habitat in* Cayenna, *magnitudine viridis.*
Roſtrum *obſcurum;* genae *rubicundae; inter baſin roſtri et oculos area purpurea;* corpus *nigro et flavo undulatum, ſtriatum, et potiſſimum ſubtus maculatum.*

flaveſcens. 27. P. niger, criſta, genis, cervice, gula, tectricibus caudae ſuperioribus et alarum interioribus, ſtrigisque alarum et dorſi transverſis flavis.

Yellow-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0441-3
DFG

Yellow-creſted Woodpecker. *Brown. Illuſtr. t.* 12. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 589. *n.* 39.
*Habitat in* Braſilia, *monedulae magnitudine.*
Criſta *longa, laxa, pendula;* pedes *obſcure virides.*

cayennenſis. 28. P. olivaceus, pennis verſus apicem macula nigra notatis, vertice, gula, caudaque nigris, occipite rubro, genis albidis, abdomine flavicante.
Picus ſtriatus cayennenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 69. *n.* 27.
Petit pic rayé de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 31.
Pic rayé de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 613.
Cayenne Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 590. *n.* 40.
*Habitat in* Cayenna, $7\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum *nigricans;* gula *albo-maculata;* femora *et* tectrices *caudae inferiores maculis rarioribus nigris;* humeri tectricesque *alarum ſtriis transverſis nigricantibus;* remiges *nigricantes, ſcapis flavis;* rectrices 2 *extimae ſcapis flavis, lineis nigris et rufis;* pedes *griſei.*

exalbidus. 29. P. exalbidus criſtatus, taenia mandibulae inferioris longitudinali rubra, alis fuſcis rufisque, cauda nigra.
Picus cayenenſis albus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 81. *n.* 31.
Charpentier jaune. *Fermin Surin.* 2. *p.* 171.
Pic jaune de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 32. *pl. enlum. n.* 509.
Yellow Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 591. *n.* 41.
*Habitat in* Cayenna, *viridi minor,* 9 *pollices longus,* 3 *ova alba fere globoſa pariens, ex quibus Aprili exeunt pulli.*
Roſtrum *ochroleucum;* occiput *criſtatum;* color *ſordide albus, nonnunquam flaveſcens;* taenia *rubra feminae nulla;* tectrices *alarum fuſcae, margine flavicante;* pedes *et* ungues *griſei.*

cinnamomeus. 30. P. cinnamomeus, maculis rarioribus ochroleucis, criſta et dorſi parte inferiore obſcure flavicante, gula utrinque macula lata ſanguinea, roſtro, cauda pedibusque nigris.
Pic mordoré. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 34.
Pic jaune tacheté de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 524.
Ferruginous Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 271. *n.* 159. *t.* 13. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 592. *n.* 42.
*Habitat in* Cayenna, Gujana, Carolina *auſtrali, viridis magnitudine,* 11 *pollices longus.*
Feminae *rubor nullus.*

multicolor. 31. P. criſtatus rufus, ſubtus pallide ferrugineus, capite, gula et cervice aurantiis, nucha, jugulo, pectore alarumque maculis nigris.

Pic à cravate noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 35.

Pic à cravate noire de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 863.

Black-breaſted Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 593. *n.* 43.

*Habitat in* Cayenna *et* Gujana, *viridis magnitudine.*

Roſtrum *pallidum*; caudae *apex maculaeque nigra*; pedes *plumbei.*

erythrocephalus. 7. P. capite toto rubro, alis caudaque nigris, abdomine albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 21.

Picus erythrocephalus virginienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 53. *n.* 19. *t.* 3. *f.* 1.

Picus capite toto rubro. *Kalm it.* 3. *p.* 43.

Pic noir à domino rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 55.

Pic de Virginie. *Buff. pl. enlum. n.* 117.

Red-headed Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 271. *n.* 160. *Cateſb. Car.* 1. *t.* 20. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 561. *n.* 8.

*Habitat in* America *ſeptentrionali, migratorius, glandibus, zea, pomisque victitans, hinc perquam infeſtus, ideo olim lege, nunc tamen abrogata proſcriptus; prius et altius reliquis ſpeciebus nidificans,* $9\frac{1}{2}$ *pollices longus.*

Roſtrum *plumbeum*; dorſum *nigrum*; remiges *ſecundariae albae, faſciis duabus nigris transverſis*; pedes *nigri*; feminae *caput fuſcum.*

ruber. 31. P. capite, collo et pectore rubris, dorſo alisque nigris, abdomine ochroleuco.

Red breaſted Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 562. *n.* 9.

*Habitat in* Cayenna, *erythrocephalo paulo minor.*

Roſtrum *corneum*; *a naribus ad vel infra oculos linea fuſceſcens*; tectrices *alarum minores complures albo punctatae, majores nonnullae exteriori rachi albae, inferiores ex albo et nigro variae*; remiges *nigrae albo maculatae.*

obſcurus. 32. P. obſcurus, exalbido ſtriatus et undulatus, ſubtus albus, remigibus primoribus nigris, ſecundariis albis verſus apicem nigro faſciatis.

White-rumped Woodpecker. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 563. *n.* 10.

*Habitat in* inſula longa (Long Island), 9 *pollices longus.*

Roſtrum *corneum*; tectrices *alarum majores nigrae*; pedes *nigri*; uropygium *album.*

faſciatus. 33. P. niger, facie, vertice et faſcia mandibulae inferioris rubris, orbitis albis, temporibus et abdomine albo et nigro ſtriatis.
Striped bellied Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 563. *n.* 11.

aurantius. 8. P. ſupra aurantius, nucha, uropygio rectricibusque nigris.
Picus capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 4. *p.* 78. *n.* 10. *t.* 6. *f.* 1.
Orange Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 585. *n.* 32.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, 10½ *pollices longus.*
Roſtrum, pedes *et* ungues *plumbei;* vertex *et* occiput *nigra; pone oculos utrinque ad occiput, et a naribus infra oculos ad utrumque colli latus ſtria alba;* genae, gula jugulum*que ſordide griſea;* dorſi *pars inferior nigricans;* pectus *et* abdomen *ſordide alba;* remiges *fuſcae, nonnullae albo maculatae.*

ſenegalenſis. 34. P. ſupra aureus, ſubtus griſeo et exalbido undulatus, vertice rubro, fronte temporibusque fuſcis, tectricibus alarum et uropygio vireſcentibus, rectricibus nigris, exterioribus flavo maculatis.
Petit pic rayé du Sénégal. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 25.
Petit pic du Sénégal. *Buff. pl. enlum. n.* 345. *f.* 2.
Gold backed Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 586. *n.* 33.
*Habitat ad fluvium* Senegal, *paſſere non major.*
Roſtrum pedes*que obſcuri.*

capenſis. 35. P. griſeus, dorſo, collo et pectore olivaceis, remigibus obſcuris, uropygio et tectricibus caudae ſuperioribus rubris, rectricibus nigris.
Pic à tête griſe du cap de bonne eſperance. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 26. *pl. enlum. n.* 786. *f.* 2.
Cape Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 786. *n.* 34.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, *alauda minor.*
Roſtrum *et* pedes *plumbea.*

auratus. 9. P. griſeo nigroque transverſim ſtriatus, gula pectoreque nigris, nucha rubra, uropygio albo. *Forſter act. angl.* V. 62. *p.* 387.
Picus canadenſis ſtriatus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 70. *n.* 28.
Cuculus auratus. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 112.
Picus major alis aureis. *Kalm. it.* 3. *p.* 42.
Pic rayé de Canada. *Buff. pl. enlum. n.* 693.
Pic aux ailes dorées. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 39.
Gold-winged Woodpecker, *Arct. zool.* 2. *p.* 270. *n.* 158. *Cateſb. Car.* 1. *t.* 18. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 597. *n.* 49.
*Habi-*

*Habitat in* America *ſeptentrionali, viridi vix minor,* 11 *pollices longus, in ſinu* Hudſonis *migratorius, heic in arboribus cavis ova* 4–6 *pariens et vermibus inſectisque victitans; alias in terra nidificans, neque arbores conſcendens, inſectis, horum tamen defectu baccis etiam ipſoque gramine victitans, carne ſapida.*

Roſtrum *cuculi nigrum;* vertex *cinereus;* occiput *et* genae *rubra;* pectoris *pars ſuperior lunula nigra notatum; reliquum* pectus *cum* abdomine *albidum, nigro-maculatum;* dorſum *cum* tectricibus alarum *pallide fuſcum, lineis nigris;* remiges *primores cinereae, ſcapis et infra aureae;* uropygium *album, nigro-maculatum;* cauda *nigra, margine albo, ſcapis aureis;* pedes *obſcuri;* feminae *gula cinerea.*

cafer. 36. P. ſupra fuſcus, ſubtus vinaceus nigro-guttatus, alis ſubtus, ſcapisque remigum et rectricum miniatis.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *aurato multum ſimilis, ſed minor.*

Roſtrum *fuſcum, ad utrumque latus ſtria rubra notatum;* cauda *acuta, rectricibus apice bifurcis.*

olivaceus. 37. P. olivaceus, collo ſubtus, pectore et uropygio pallide rubris, gula jugulo, remigibus et criſſo obſcure fuſcis, cauda ſupra nigra.

Crimſon-breaſted Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 599. *n.* 50.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, $10\frac{1}{2}$ *pollices longus.*

Roſtrum *aurati, nigrum;* ſcapi *remigum rectricumque flavicantes;* rectrices *ſubtus ex olivaceo flavae, apice bifurcae;* pedes *nigri.*

carolinus. 10. P. pileo nuchaque rubris, dorſo faſciis nigris, rectricibus mediis albis nigro-punctatis.

Picus varius jamaicenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 59. *n.* 23.
Picus ventre rubro. *Kalm. it.* 3. *p.* 43.
Epeiche ou Pic varié de la Jamaique. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 72.
Pic varié femelle de la Jamaique. *Buff. pl. enlum. n.* 597.
Jamaica Woodpecker. *Sloan. Jam. p.* 299. *n.* 15. *t.* 255. *n.* 2. *Edw. glean.* 5. *t.* 244.
Red bellied Woodpecker. *Catesb. Carol.* 1. *t.* 19. *f.* 2.
Carolina Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 272. *n.* 161.

*β.* Picus fronte geniſque pallide fuſceſcentibus, ventre pallido ex flavicante fuſco.

γ. Picus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0445-6

γ. Picus maculis gulae et ſubocularibus rubris.
Epeiche ou Pic rayé de la Louiſiane. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 73. *pl. enlum. n.* 692.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, *et* Antillis *majoribus*, *majore major*, 10½ *pollices longus.*
Roſtrum, cauda, pedes *et* ungues *nigra*; irides *badiae*; vertex *in femina ex rufo albus*; genae *ochroleucae*; gula *et* jugulum *olivacea*, *colore verſus abdomen ſenſim in rubrum abeunte*; *pars* abdominis *inferior lineis transverſis fuſcis notata.*

undatus. 11. P. teſtaceus nigro-undulatus, temporibus ſanguineis.
Red-cheeked Woodpecker. *Edw. glean. t.* 332. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 594. *n.* 44.
*Habitat in* Gujana *et* Surinamo, 9 *pollices longus.*
Roſtrum *fuſceſcens*; pedes *obſcuri.*

rufus. 38. P. rufus nigro undulatus.
Pic roux. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 36.
Pic roux de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 694. *f.* 1.
Rufous Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 594. *n.* 45.
*Habitat in* Cayenna *et* Gujana, *vix torquillae magnitudine.*
Roſtrum *pallidum*; alae *et* cauda *obſcuriores*; dorſum *pallidius*; pedes *plumbei.*

chlorocephalus. 39. P. olivaceus ſubtus albo-maculatus, collo et capite ſubcriſtato flavis, vertice rubro.
Petit pic à gorge jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 37.
Pic à gorge jaune de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 784.
Yellow headed Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 595. *n.* 46.
*Habitat in* Gujana, *torquillae magnitudine.*
Roſtrum *et* pedes *plumbei*; *ad angulos oris ſtria rubra.*

miniatus. 40. P. criſtatus ruber, ſubtus albus, jugulo roſeo, roſtro caudaque caeruleis, tectricibus caudae viridibus.
Red-winged Woodpecker. *Ind. zool. t.* 4. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 595. *n.* 47.
*Habitat in* Java, 9 *pollices longus.*
Menti *macula flava*; remiges *nigrae*, *maculis magnis albis*; pedes *obſcuri.*

Pitiu. 41. P. fuſcus, albo guttatus, cauda brevi. *Molina hiſt. nat. Chil. p.* 209.
*Habitat in* Chili, *columbae habitu*, *non in cavis arboribus*, *ſed ad ripas*, *montiumque declivia nidificans*, *ova plerumque* 4 *pariens*; caro *incolis aeſtimata.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0446-1

viridis. 12. P. viridis, vertice coccineo. *Fn. ſuec.* 99. *Scop. ann.* I. *p.* 47. *n.* 52.

Picus viridis. *Geſn. av.* 710. *Aldr. orn.* I. *p.* 848. *t.* 849. *Raj. av. p.* 42. A. 2. *Briſſ. av.* 4. *p.* 9. *n.* I. *Nozem. nederl. Vogel. t.* 23.

Pic verd. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 7. *t.* I. *pl. enlum. n.* 371. 879.

Woodſpite, Rainfowl, Highhoe, Hewhole. *Will. orn. p.* 135. *t.* 21.

Green Woodpecker. *Brit. zool. n.* 84. *Arct. zool.* 2. *p.* 277. B. *Albin. av.* I. *t.* 18. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 577. *n.* 25. *Hayes brit. Birds t.* X.

Grünſpecht. *Friſch av. t.* 35. *Günth. Neſt. u. Eyer. t.* 5. *f. inf.*

*β.* Pic verd. *Fermin Surin.* 2. *p.* 169.

*Habitat in* Europa, 13 *pollices longus, foraminibus exactiſſime rotundis arborem pertundens ad partem emortuam usque, ova* 5–6 *vireſcentia nigro-maculata pariens, apibus in ſilvis delectatur.*

Roſtrum *obſcurum*, 2 *pollices longum*; iridum *circulus interior rubicundus, exterior albus*; tempora *nigricantia*; remiges *obſcurae, maculis albidis*; cauda *obſcuro et vireſcente cancellata, apice nigra*; pedes *ex vireſcente cinerei.*

bengalenſis. 13. P. viridis, criſta rubra, nucha nigra, ſubtus anticeque albus nigro-maculatus.

Picus viridis bengalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 14. *n.* 2.

Pic verd de Bengale. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 23. *planch. enlum. n.* 695.

Bengal Woodpecker. *Alb. av.* 3. *p.* 21. *t.* 22. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 580. *n.* 26.

Spotted Indian Woodpecker. *Edw. av.* 4. *t.* 182.

*β.* Zeyloniſcher Specht. *Naturf.* 13. *p.* 14. *t.* I. 17. *p.* 16.

*γ.* Pic grivelé ou grand pic de l' isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 73. *t.* 37.

Palalaca ou pic vert tacheté des Philippines. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 21.

Pic verd des Philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 691.

*Habitat in* Bengala, *β. in* Zeylon, *γ. in inſula* Luzonia, *viridi minor, γ. aequalis.*

Roſtrum pedes*que nigricant*; irides *γ. rubent*; vertex *niger maculis albis, in β. numeroſioribus*; *in γ.* caput *cum* criſta *et* collo, dorſo *et* alis *ſplendide fuſcum viridi intermiſto*;

*miſto*; gula *et* jugulum *ex nigro alboque varia*; pectus abdominisque *pars ſuperior alba*, *pennarum margine fuſco*; *inferior cum* criſſo *alba*; *in β.* gula *et* pectus *fuſca*, *maculis anomalis albis*; *in γ.* gula, jugulum, pectus *et* abdomen *alba*, *pennarum margine nigro*; dorſi *pars ſuperior flava*, *in β. nigra*; *inferior viridis*, *in β. una cum tectricibus alarum rubra*; alae *virides dilutius maculatae*, *tectricibus inferioribus et minoribus ſuperioribus fuſcis albo maculatis*; *in β.* remiges *majores fuſcae*, *albomaculatae*; *alias nigrae ſtrigis albis*; cauda *ex virente nigra*, *in β. fuſca*, *in γ. ex atro fuſca*, *faſcia alba*, *tectricibus ſuperioribus rubris*.

goenſis. 42. P. viridis, ſubtus albidus, vertice et occipite criſtato rubris, cauda taeniaque ab oculis ad alas ducta nigris, alis aureis.

Pic vert de Goa. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 22. *pl. enlum. n.* 696.

Goa Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 582. *n.* 27.

*Habitat in* Goa, *bengalenſi affinis*, *viridi minor.*

Roſtrum *nigrum*; occiput *linea alba circumſcriptum*; tectrices *alarum minores nigrae*; remiges *minores ex nigro et albo variae*; pennae *ſubtus nigro marginatae*; pedes *plumbei*.

manillenſis. 43. P. ſordide viridis, vertice griſeo-maculato, remigibus caudaque nigricantibus, tectricibus caudae ſuperioribus rubris.

Pic verd de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 73. *t.* 36.

Manilla green Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 583. *n.* 28.

*Habitat in inſula* Luzonia, *goenſi minor.*

Roſtrum pedesque *nigricant.*

Goertan. 44. P. ſupra ex griſeo-fuſcus, ſubtus ex flavicante griſeus, alarum maculis ſordide albis, vertice et uropygio rubris.

Goertan ou pic vert du Sénégal. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 25.

Pic appellé Goertan du Sénégal. *Buff. pl. enlum. n.* 320.

Crimſon-rumped Woodpecker. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 583. *n.* 29.

*Habitat ad fluvium* Senegal, *viridi multo minor.*

Roſtrum *cum* pedibus *plumbeum.*

canus. 45. P. cinereus fronte obſoleta rubro maculata, dorſo, humeris et tectricibus alarum et caudae viridibus, uropygio flavo, remigibus caudaque fuſcis, gula albida.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0448-3 DFG

Picus viridis norwegicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 18. *n.* 4.
Grey-headed green Woodpecker. *Edw. av.* 2. *p.* 65. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 583. *n.* 30.
*Habitat in* Norwegia, Ruſſia, Sibiria *et* Helvetia, *magnitudine viridis, Tunguſis edulis.*
Roſtrum *baſi flavicans;* remiges *maculis flavicantibus*, cauda *lineis obſcuris notata;* pedes *et* ungues *nigri.*

perſicus. 46. P. luteus, ſupra, remigum apicibus et oculorum areis ferrugineus.
Picus luteus perſicus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 20. *n.* 5.
Picus luteus cyanopus perſicus. *Raj. av. p.* 44. *n.* 9.
Perſian Woodpecker. *Will. orn. p.* 141. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 584. *n.* 31.
*Habitat in* Perſia, *viridis circiter magnitudine, capite tamen colloque craſſioribus, roſtro longiore, ferrugineo;* pedes *caeruleſcentes;* ungues *nigri.*

ſemiroſtris. 14. P. maxilla ſuperiore breviore. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 16.
Halfbilled Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 586. *n.* 35.
*Habitat in* India, *roſtro forſan luſu naturae mutilato, Martii magnitudine.*
Roſtrum *pallidum;* caput *fuſcum, ſingulis pennis apice flavicantibus;* corpus *ſupra fuſcum in cinereum vergens, ſubtus album;* cauda alaeque *fuſcae;* remigum *margo exterior albo-maculatus.*

pubeſcens. 15. P. dorſo longitudinali villoſo, rectrice extima alba maculis quatuor nigris.
Picus varius virginianus minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 50. *n.* 18.
Epeiche ou pic varié de Virginie. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 76.
Smalleſt Woodpecker. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 21. *t.* 21. *f.* 1.
Downy Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 264. *n.* 165.
Little Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 573. *n.* 19.
*Habitat in* America *ſeptentrionali, numeroſiſſimus, audax gregatim invadit arbores, quas innumeris foraminibus pertundit, et trucidat, hinc, pomariis potiſſimum, infeſtiſſimus, paſſeris magnitudine, villoſo cetera multum ſimilis, ſed minor.*
Mas *occipite rubro.*

villoſus. 16. P. dorſo longitudinali ſubvilloſo, rectricibus extimis totis albis. *Kalm. it.* 3. *p.* 43.
Picus varius virginianus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 48. *n.* 17.

Epeiche ou Pic chevelu de Virginie. *Buff. hiſt. nat. des oiſ. 7. p. 75.*
Pic varié mâle de Virginie. *Buff. pl. enlum. n. 754.*
Hairy Woodpecker. *Arct. zool. 2. p. 263. n. 164. Catesb. Car. 1. t. 19. f. 2. Lath. ſyn. I. 2. p. 572. n. 18.*
*Habitat in* America *ſeptentrionali a ſinu* Hudſonis *ad* Carolinam *frequentiſſimus, pomariis ſimiliter infeſtiſſimus, a 9–12 fere pollices longus.*
Roſtrum *corneum;* caput *nigrum, occipitis faſcia, in mare, transverſa rubra,* genae *lineis duabus albis, totidemque nigris;* corpus *ſubtus album;* dorſum *nigrum;* alae *nigrae, maculis albis in ſeries diſpoſitis;* rectrices *2 intermediae totae nigrae, 2 extimae totae albae, reliquae nigrae ſtriis albis decuſſantibus.*

major. 17. P. albo nigroque varius, criſſo occipiteque rubro. *Fn. ſuec. 100. Scop. ann. 1. p. 47. n. 53. Kram. el. p. 335. n. 3.*
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus utrinque albeſcentibus. *Fn. ſuec. 1. n. 81.*
Picus albo-nigroque varius major. *Nozem. nederl. Vogel. t. 22.*
Picus varius major. *Raj. av. p. 43. A. 4. Briſſ. av. 4. p. 34. n. 13.*
Epeiche ou pic varié. *Buff. hiſt. nat. des oiſ. 7. p. 57. pl. enlum. n. 196. et 595.*
Greater ſpotted Woodpecker or Witwall. *Brit. zool. n. 85. t. E. Arct. zool. 2. p. 272. n. 162. Albin. av. 1. t. 19. Will. orn. p. 137. t. 21. Hayes brit. birds t. 9. Lath. ſyn. I. 2. p. 564. n. 12.*
Buntſpecht. *Friſch av. t. 36.*
*Habitat in* Europa, *ſeptentrionali* America *et* Sibiria *orientali, 9 pollices longus.*
Frons *ex rufeſcente luteſcens;* vertex *niger;* occiput *feminae pariter nigrum;* dorſum *nigrum;* humeri *albi;* alae *et* cauda *lineis nigris et albis;* pectus *et* abdomen *alba, in flavicantem colorem vergentia.*

medius. 18. P. albo nigroque varius, criſſo pileoque rubris. *Fn. ſuec. 101. Scop. ann. 1. p. 48. n. 34.*
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus apice albo variegatis. *Fn. ſuec. 1. n. 82.*
Picus major. *Aldr. orn. 1. p. 845. t. 846.*
Picus varius ex albo et nigro. *Geſn. av. 709.*

Picus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0450-3

Picus varius minor. *Raj. av. p.* 43. *Briſſ. av.* 4. *p.* 38. *n.* 14. *t.* 2. *f.* 1.
Pic varié à tête rouge. *Buff. pl. enlum. n.* 611.
Middle ſpotted Woodpecker. *Brit. zool. n.* 86. *t.* 37. *Arct. zool.* 2. *p.* 278. D. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 565. *n.* 13.
*Habitat in* Europa, *majori ſatis ſimilis, ſed minor, et* 8½ *pollices longus.*

minor. 19. P. albo nigroque varius, vertice rubro, criſſo teſtaceo. *Fn. ſuec.* 102. *Scop. ann.* 1. 49. *n.* 55.
Picus albo nigroque varius, rectricibus tribus lateralibus ſeminigris. *Fn. ſuec.* 83. *Haſſelq. it.* 242.
Picus varius tertius. *Raj. av. p.* 43. *n.* 6.
Picus alius minor ſ. graminis. *Geſn. av.* 709.
Picus varius minor. *Aldr. orn.* 1. *p.* 847. *Raj. av. p.* 43. *n* 5. *Briſſ. av.* 4. *p.* 41. *n.* 15.
Petit Epeiche. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 62. *pl. enlum. n.* 598.
Leſſer ſpotted Woodpecker. *Brit. zool. n.* 89. *t.* 37. *Brit. zool.* 2. *p.* 278. E. *Will. orn.* 138. *t.* 31. *Albin. av.* 1. *t.* 20. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 566. *n.* 14.
Kleiner Buntſpecht. *Friſch av. t.* 37.
*Habitat in* Europa *et* Aſia, *ipſa adeo auſtrali, hujus generis minimus, ut* 5½ *modo pollices longitudine aequet, ceterum medio ſatis ſimilis.*
Dorſum *lineis albis et nigris;* alae *areis latis albis.*

tricolor. 47. P. niger ſtriis transverſis albis, pectore et abdomine rubris.
Picus varius mexicanus major, et Picus varius mexicanus minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 57. *et* 59. *n.* 21. 22.
Quauchochopitli, ſeu avicula ligna excavans. *Fern. hiſt. n. hiſp. c.* 94. *Raj. av. p.* 163.
Epeiche du Mexique. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 70.
Varied Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 568. *n.* 15.
*Habitat in* nova Hiſpania, *magnitudine medii.*

canadenſis. 48. P. albus, vertice, dorſo, humeris et rectricibus duabus intermediis nigris, reliquis et alis ex albo et nigro variis.
Picus varius canadenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 45. *n.* 16. *t.* 2. *f.* 2.
Quauhtotopotli alter. *Fern. hiſt. n. Hiſp. c.* 165. *p.* 47. *Raj. av. p.* 162.
Epeiche du Canada, prémiere eſpece. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 69.
Pic du Canada. *Buff. pl. enlum. n.* 345. *f.* 1.

Canada ſpotted Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 273. *n.* 163. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 569. *n.* 16.
*Habitat in* Canada, *majoris magnitudine.*
Taenia *alba caput circumſcribens; altera nigra albo marginata ab oculis per cervicem;* humeralibus *intermixtae paucae pennae albae.*

varius. 20. P. albo nigroque varius, vertice rubro, criſſo albo fuſcofaſciato.
Picus varius carolinus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 62. *n.* 24.
Pic varié de la Caroline. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 77. *pl. enlum. n.* 785.
Yellow-bellied Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 275. *n.* 166. *Catesb. Carol.* 1. *t.* 21. *f.* 2. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 574. *n.* 20.
*Habitat in* America *ſeptentrionali numeroſiſſimus, et fructibus infeſtiſſimus,* 9 *pollices longus.*
Feminae *rubor nullus;* maris *vertex linea nigra circumſeptus;* mentum *rubrum;* pectus *et* abdomen *flavicans; illud nigro-maculatum;* tectrices *alarum nigrae, lineis duabus transverſis albis;* remiges *primariae ex albo et nigro variae;* cauda *nigra.*

flavipes. 49. P. niger ſubtus albus, pedibus flavis.
Yellow-legged Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 275. *n.* 167.
Magnitudo *p. minoris;* occiput *nigrum;* alarum *margo ſuperior albus.*

bicolor. 50. P. ex griſeo et albo varius, capitis criſtati lateribus albis, remigibus fuſcis albo maculatis.
Epeiche ou Pic varié de la Encénada. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 74. *pl. enlum. n.* 748. *f.* 1.
Encenada Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 575. *n.* 21.
*Pico minore paulo major;* roſtrum *plumbeum, uti et* pedes; irides *albae;* corpus *ſupra transverſim, ſubtus perpendiculariter varium;* femina *tota fuſca, criſta carens.*

Cardinalis. 51. P. niger, ſubtus albus nigro-maculatus, vertice et occipite rubris.
Pic Cardinal de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 72. *t.* 35.
Grand pic varié de l'isle de Luçon. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 67.
Cardinal Woodpecker. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 576. *n.* 22.
*Habitat in inſula* Luzonia, *viridis magnitudine.*
Pedes *et* roſtrum *nigricant;* mandibulae *ſuperioris baſis pennis griſeis cincta; ad utrumque capitis latus pone oculos per*

*per collum ad alas ſtria alba;* pennae *colli inferiores, dorſique ſuperiores albo-marginatae;* alae *maculis albis;* remigum rectricumque *ſcapi flavi.*

nubicus. 52. P. ex albo, rufo et fuſco varius, vertice nigro albo-maculato, occipite rubro ſubcriſtato, pectore albido nigroguttato, cauda rufo fuſcoque lineata.
Epeiche de Nubie ondé et tacheté. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 66.
Pic tacheté de Nubie. *Buff. pl. enlum. n.* 667.
*Habitat in* Nubia, *majore minor,* $7\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum;* irides *pallide fuſcae;* frons *ſubfuſca;* mentum *et* criſſum *albidum;* pedes *glauci.*

moluccenſis. 53. P. fuſco-ater albo-undulatus, ſubtus albidus fuſco ſagittatus, remigibus rectricibusque fuſcis albo-maculatis.
Petit epeiche brun des Moluques. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 68.
Petit pic des Moluques. *Buff. pl. enlum. n.* 748. *f.* 2.
Brown Woodpecker. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 577. *n.* 24.
*Habitat in inſulis* Moluccis, *minoris magnitudine.*
Roſtrum *et* pedes *obſcura;* genae *albae; infra oculos macula fuſca.*

tridactylus. 21. P. albo nigroque varius, pedibus tridactylis. *Fn. ſuec.* 103. *Act. Stockh.* 1740. *p.* 222. *Scop. ann.* 1. *p.* 49. *n.* 56. *Forſter act. angl.* 62. *p.* 388.
Picus tridactylus anomalos. *Muſ. petrop.* 368.
Threetoed Woodpecker. *Arct. zool.* 2. *p.* 275. *n.* 168. *Edw. av.* 3. *t.* 114. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 600. *n.* 51.
*β.* Picus varius cayanenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 54. *n.* 20.
Epeiche ou pic varié ondé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 78.
Pic tacheté de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 553.
Woodpecker with three toes. *Bancr. Guj. p.* 164.
*Habitat in* America, Europa *et* Sibiria, *rarius in auſtrali,* 11 *pollices longus.*
Vertex *europaeo aureus, americano ruber;* irides *glaucae;* genae *lineis longitudinalibus* 3 *nigris,* 2 *albis;* occiput dorſumque *nigra; hoc ſuperius albo maculatum;* alae caudaque *nigrae;* remiges *primariae et* rectrices extimae *maculis albis;* corpus *ſubtus album;* pedes *obſcuri.*

60. SITTA. *Roſtrum* ſubulatum teretiuſculum, rectum, porrectum, integerrimum, mandibula ſuperiore paulo longiore, apice compreſſo.

*Lingua* emarginato-lacera, brevis, apice cornea.

*Nares* exiguae vibriſſis tectae.

*Pedes* ambulatorii.

europaea. 1. S. rectricibus nigris, lateralibus quatuor infra apicem albis. *Fn. ſuec.* 104. *Scop. ann.* 1. *p.* 50. *n.* 57. *Kram. elench. p.* 362.
Sitta ſ. Picus cinereus. *Geſn. av.* 711. *Aldr. orn.* 1. *p.* 852. *t.* 853. *Raj. av. p.* 47. A. 4. *Briſſ. av.* 3. *p.* 588. *n.* 1. *t.* 29. *f.* 3.
Sittelle ou Torchepot. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 460. *t.* 20. *pl. enlum. n.* 623. *f.* 1.
Woodcracher. *Plot Oxfordſh. p.* 175.
Nutbreaker. *Albin. av.* 2. *t.* 28.
Nuthatch or Nutjobber. *Brit. zool.* 1. *n.* 89. *t.* 38.
European Nuthatch. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 648. *n.* 1.
Blauſpecht. *Friſch av. t.* 39.

β. Sitta minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 592.
Petit torchepot. *Belon oiſ. p.* 305.
Petite Sittelle. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 470.

γ. Sitta carolinenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 596. *n.* 4.
Sittelle à tête noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 473. *var.* 5.
Smaller Loggerhead. *Brown jam. p.* 475.
Nuthatch. *Catesb. Carol.* 1. *t.* 22.
Blackheaded Nuthatch. *Arct. zool.* 2. *p.* 281. *n.* 171.

δ. Sitta carolinenſis minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 598. *n.* 4.
Petite Sittelle à tête brune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 474. *var.* 6.
Loggerhead. *Sloane jam. p.* 301. *t.* 259. *f.* 2.
Small Nuthatch. *Catesb. Carol.* 1. *t.* 22.
Leſs Nuthatch. *Arct. zool.* 2. *p.* 282. *n.* 172.

ε. Sitta ſubtus alba, capite colloque fuliginoſo, dorſo nigro. *Beſeke Schr. der naturf. Berl. Geſ.* 7. *p.* 455.

*Habitat in* Europae, Ruſſiae aſiaticae, γ. et δ. Americae *ſeptentrionalis temperatioris arborum truncis, hieme habitaculis hortisque appropinquans, caudam motacillae inſtar moti-*

*motitans, ſolitarius, moribus ceterum picis multum ſimilis, coleoptera et larvas inſectorum ſub cortice arborum latentes effodiens, nuces roſtro perforans et comedens, nidum ſtruens reperto congruo foramine arboris, aliquando a pico relicto, illudque limo obliniens pro capacitate introitus; ova pariens 6–7 ſordide alba rufo maculata, fidiſſima mater; junioris caro ſapida; noctu cantillans.*

Longitudo 6 *fere pollicum; feminae paulo minor;* corpus *ex cano caeruleſcens, ſubtus album;* linea *atra per oculos et aures;* hypochondria *et* femora *ferruginea;* uropygium *ex albo et ferrugineo varium;* rectrix 1 *faſcia alba,* 2 *macula alba,* 3 *et* 4 *apice albo,* 5 *dorſo concolor.*

*β. minor, per paria conſpicua, pugnax; γ. capite colloque nigris, δ. fuſcis potiſſimum diſtinctae.*

canadenſis. 2. S. ſuperciliis albis.

Sitta canadenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 592. *n.* 2. *t.* 29. *f.* 4.

Sittelle du Canada. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 471.

Torchepot du Canada. *Buff. pl. enlum. n.* 623. *f.* 2.

Canada Nuthatch. *Arct. zool.* 2. *p.* 281. *n.* 170. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 651. *n.* 2.

*Habitat in* America, Aſia, Europa *ſeptentrionali, non migrans, europaeae magnitudine, cujus forſan varietas.*

Vertex, cervix *et* humeri *nigra;* dorſum *et* uropygium *glauca;* genae, pectus *et* abdomen *alba;* remiges *primariae obſcurae, margine griſeo;* rectrices *duae intermediae griſeae; reliquae nigrae, macula ad apicem alba;* criſſum *ferrugineum.*

jamaicenſis. 3. S. pileo nigro.

Sitta jamaicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 394. *n.* 3.

Sitta major, capite nigro. *Raj. av. p.* 185. *n.* 33.

Sitta ſ. Picus cinereus major capite nigro. *Sloan. jam.* 2. *p.* 300. *t.* 259. *f.* 1.

Sittelle à huppe noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 472.

Loggerhead. *Brown. jam. p.* 475.

Jamaica Nuthatch. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 652. *n.* 3.

*β.* Sitta jamaicenſis minor. *Briſſ. av.* 3. *p.* 596.

Petite Sittelle à huppe noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 473.

Leaſt Loggerhead. *Brown jam. p.* 475.

*Habitat in* Jamaicae *dumetis, ſtupida,* $5\frac{1}{2}$ *pollices longa, β. minor.*

Corpus *ſupra cinereum, ſubtus album;* remiges *nigricantes, margine cinereo;* cauda *nigricans, lineis transverſis albis;* roſtrum, pedes *et* ungues *nigra.*

major. 4. S. ſubtus albida, capite dorſoque griſeis, gula alba, remigibus caudaque nigris margine aurantiis.
Sitta ſ. picus cinereus major, roſtro curvo. *Raj. av. p.* 186. *n.* 34.
Grande Sittelle à bec crochu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 475.
An other ſort of Loggerhead. *Sloane jam. p.* 301. *n.* 19.
Great Nuthatch. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 653. *n.* 4.
*Habitat in* Jamaica, *vermibus*, *cimicibus* c. c. *victitans*, $7\frac{1}{2}$ *pollices longa.*
Roſtrum *medio craſſius*, *apice aduncum.*

naevia. 5. S. ſupra plumbea, ſubtus glauca, gula alba, tectricibus alarum ſupra albo-punctatis.
Sittelle grivelée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 476.
Wall-creeper of Surinam. *Edw. glean. t.* 346.
Spotted Nuthatch. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 654. *n.* 5.
*Habitat in* Surinamo, 6 *pollices longa.*
Caput *ex caeruleſcente plumbeum*; tectrices *alarum interiores obſcurae albo-marginatae*; pennae *inferiores linea media longitudinali alba in punctum terminata*; pedes *obſcure fuſci.*

ſurinamenſis. 6. S. ſubtus ſordide alba, capite colloque ex rufo caſtaneis, dorſi medio albo, alis caudaque nigris, tectricum alarum rectricumque apicibus, et remigum ſecundariarum margine albis.
Surinam Nuthatch. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 654. *n.* 6. *t.* 28.
*Habitat in* Surinamo, *hujus generis minima*, $3\frac{1}{2}$ *pollices longa.*
Roſtrum *pauliſper incurvum*, *obſcure fuſcum*; occiput *et* cervix *maculis oblongis nigris notata.*

caffra. 7. S. corpore ſubtus flavo, ſuperne flavo nigroque vario, pedibus nigris. *Sparrm. muſ. Carlſon. t.* 4.
*Habitat ad* caput bonae ſpei.
Roſtrum *rectiuſculum*, *ſubdepreſſum*, *mandibula ſuperiore convexiuſcula*, *ſubtriquetra*; color *ſubtus luteſcens*; rectrices *ſupra nigricantes*, *ſubtus olivaceae, apice flavicantes*; ungues *luteſcentes.*

ſinenſis. 8. S. palpebra inferiore purpurea. *Osb. it.* 2. *p.* 12.
Chineſe Nuthatch. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 655. *n.* 7.
*Habitat in* Sina, *ſaepius cicuratus*, *oryzae ſeminibus victitans.*

Caput

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0456-7

Caput *cum* roſtro *nigrum criſtatum*; dorſum *obſcure ferrugineum*, *glauco colore internitente*; abdomen *et* pectus *alba*, *gulam verſus nigra*; *prope oculos macula exigua coccinea*, *et proxima huic area magna nivea*; *a temporibus ad gulam linea nigra*; mentum *et* gula *alba*, *limitibus nigris*; uropygium *flavum*; tectrices *alarum ferrugineae*; rectrices *nigricantes*, *apice albae*.

## 61. TODUS. *Roſtrum* ſubulatum depreſſiuſculum, obtuſum, rectum, baſi ſetis patulis.
## *Lingua* — —
## *Pedes* greſſorii.

viridis. 1. T. viridis, pectore rubro.
Todus. *Briſſ. av.* 4. *p.* 528. *n.* 1. *t.* 41. *f.* 2.
Rubecula viridis elegantiſſima. *Sloane jam.* 2. *p.* 306. *t.* 263. *f.* 1. *Raj. av. p.* 187. *n.* 40.
Todier de l'Amerique ſeptentrionale. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 225. *t.* 11.
Todier de S. Domingue. *Buff. pl. enlum. n.* 585. *f.* 1. 2.
Green Sparrow or green Hummingbird. *Brown. jam. p.* 476. *Edw. av.* 3 *t.* 121.
Green Tody. *Gen. of birds p.* 61. *t.* 6. *f.* 1.
*Habitat in calidiori* America, *inſulisque vicinis*, *ſolitarius*, *ſtupidus*, *mollioribus inſectis victitans*, 4 *pollices longus*.
Mandibula *ſuperior fuſca*, *inferior aurantia*; irides *caſtaneae*; corpus *ſubtus ochroleucum*; gulae *macula rubra*; pedes *et* ungues *griſei*. Mari corpus *ſupra caeruleſcens*, abdomen *album*, pectus *roſeum*.

cinereus. 2. T. cinereus ſubtus luteus.
Todus cinereus. *Briſſ. av. app. p.* 134. *Pall. ſpic.* 6. *t.* 3. A.
Tic-tic ou Todier de l'Amerique meridionale. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 223.
Todier de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 585. *f.* 3.
Grey and yellow Fly-catcher. *Edw. glean. t.* 262.
Cinereous Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 658. *n.* 2.
*Habitat in* Surinami *et* Gujanae *locis apertis*, *inſectis victitans*, *viridi paulo major*.

Roſtrum

---

Todi *genus in calidiori praeſertim* America *habitat*, *muſcicapae ſatis affine*, *cui tamen anteriorum digitorum medius ab ortu inde diſcretus*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0457-3

Roſtrum *obſcurum*, *baſi rubens*; frons *atra*; tectrices *alarum ſuperiores et* remiges *ex atro fuſcae margine luteo*; cauda *ſubcuneata*; rectrices 2 *intermediae nigrae*, *reliquae fuſcae*, *apice* (*in mare*) *albo*; pedes *incarnati*.

fuſcus. 3. T. ferrugineus ſubtus olivaceus albo-maculatus, tectricibus alarum faſcia obſcura notatis.
Brown Tody. *Gener. of Birds*, *p.* 62. *t.* 6. *f.* 2. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 659. *n.* 3.
*Habitat in calidiori* America, *viridi minor.*

caeruleus. 4. T. caeruleus, gula alba, temporibus, gula et abdomine aurantiis.
Todier bleu à ventre orangé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 229.
Todier de Juda. *Buff. planch. enlum. n.* 783. *Salern. orn. p.* 126. *n.* 16.
Blue Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 659. *n.* 4.
*Habitat in* America, *viridis magnitudine*, $3\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *incarnata*; *infra oculum area purpuraſcens.*

varius. 5. T. ex caeruleo, nigro et viridi varius, roſtro, capite, gula, cervice, pedibus, unguibus et cauda nigris, caudae margine et tectricibus alarum ſuperioribus viridibus.
Todus varius. *Briſſ. av.* 4. *p.* 531. *n.* 2.
Ispida indica. *Aldrov. av.* 3. *p.* 520.
Todier varié. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 229.
*Habitat in* India, *reguli magnitudine.*

leucocephalus. 6. T. ater, capite ſubcriſtato gulaque lacteis. *Pall. ſpicil.* 6. *p.* 19. *t.* 3. *f.* 2.
White-headed Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 660. *n.* 6. *t.* XXIX.
*Habitat in* America, *phoenicuri magnitudine.*
Roſtrum *nigricans*; mandibula *inferior alba*, *apice nigricans*; alae *breves*; remiges *interius et ſubtus*, *apicibusque obſoletae*, *fuſceſcentes*; cauda *brevis*, *aequalis.*

brachyurus. 7. T. niveus, vertice, cervice, dorſo caudaque brevi nigris. *Pall. ſpic.* 6. *p.* 18. 19.
Short-tailed Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 660. *n.* 7.
*Habitat in* America, *praecedentis habitu et magnitudine.*

plumbeus. 8. T. ſupra ex plumbeo canus, ſubtus lacteus, remigibus rectricibusque nigris. *Pall. ſpicil.* 6. *p.* 17.
Plumbeous Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 661. *n.* 8.

*Habi-*

*Habitat in* Surinamo, *reguli magnitudine, cinerei roſtro.*
Remigum *et* tectricum *ſecundariarum*, rectricumque *lateralium margo albus;* color *verticem verſus ſenſim nigricans.*

obſcurus. 9. T. ſupra ex fuſco niger, ſubtus ſordidiſſime albus.
Dusky Tody. *Arct. zool.* 2. *p.* 283. *n.* 173. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 661. *n.* 9.
*Habitat in inſula* Rhode, *luſciniae magnitudine, inſectis victitans, arbores emortuas frequentans, cantu ſuavi.*
Remiges *et* tectrices *margine griſeae;* cauda *aequalis.*

regius. 10. T. ex atro fuſcus, ſubtus rufeſcens, criſta ſpadicea apice nigro-maculata, mento, ſuperciliis et pectore albis.
Roi des Gobe-mouches. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 4. *p.* 552.
Tyran hupé de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 289.
King Tody. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 662. *n.* 10.
*Habitat in* Cayenna, 7 *pollices longus.*
Roſtrum *obſcure fuſcum;* criſta *verticis transverſa*, 4–5 *ordinibus pennarum apice rotundatarum conſtans;* tectrices *alarum ex rubicundo fuſcae;* remiges *obſcurae;* pectus *lineis transverſis nigricantibus;* pedes *incarnati.*

paradiſaeus. 11. T. capite criſtato nigro, corpore albo, cauda cuneata, rectricibus intermediis longiſſimis.
Muſcicapa paradiſi. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 324. *n.* 1.
Corvus paradiſi. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 107.
Pica Papoenſis, Icterus maderaspatarum criſtatus, *et* Muſcicapa criſtata alba capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 45. *n.* 6. *p.* 92. *n.* 7. *p.* 414. *n.* 20. *t.* 41. *f.* 2.
Manucoditota criſtata ex albo nigroque varia. *Raj. av.* 195. *t.* 2. *f.* 13.
Avis paradiſi. *Seb. muſ.* 1. *p.* 85. *t.* 52. *f.* 3.
Verdiole, *et* Moucherolle hupé à tête couleur d'acier poli. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 3. *p.* 105., 4. *p.* 558.
Gobe-mouche blanc hupé du Cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. t.* 234. *f.* 2.
Pied bird of paradiſe. *Edw. av. t.* 113.
Paradiſe Fly-catcher. *Lath. ſyn.* II. 1. *p.* 345. *n.* 44.
β. Todus alis caudaque helvolis.
Muſcicapa criſtata capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 2. *p.* 418. *n.* 31. *t.* 41. *f.* 1.
γ. Todus ſubtus albus, pectore ex caeruleſcente cinereo.
Creſted long-tailed Pie. *Edw. glean. t.* 325.

δ. To-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0459-7

δ. Todus criſtatus braſilianus.
Muſcicapa braſilienſis criſtata. *Briſſ. av.* 2. *p.* 416. *n.* 30.
Avis paradiſiaca braſilienſis, ſeu Curiri Acamaky criſtata. *Seb. muſ.* 2. *t.* 87. *f.* 2.
*Habitat in* Africa *et inſula* Madagaſcar, *muſcis victitans, alaudae magnitudine,* 7 *plerumque pollices longitudine ſuperans.*
Caput *azureum*, *criſta declinata*; corpus *album*, *rachi pennarum nigra*; remiges *nigrae utroque margine albae*; rectrices *niveae*, *rachi et margine exteriore nigrae.*

ferrugineus. 12. T. ex ferrugineo niger, ſubtus ferrugineus, cauda fuſca, temporibus obſcuro et albo variis.
Ferrugineous bellied Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 662. *n.* 11.
*Habitat in* Cayenna, 7½ *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum*; nares *ovatae*; ſupercilia *pallida*; remiges *cum* pedibus *obſcurae.*

novus. 13. T. fuſcus, ſubtus albus, jugulo et pectore fuſco maculatis, unguibus flavis.
White-chinned Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 663. *n.* 12.
Longitudo 9 *pollicum*; nares *ovales*; cauda *rotundata*; pedes *fuſci.*

platyrhynchos. 14. T. ex fuſco luteſcens, ſubtus luteus, gula albicante, vertice plumbeo, alis caudaque fuſcis, roſtro maximo. *Pall. ſpicil.* 6. *p.* 19. *t.* 3. C.
Broad-billed Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 664. *n.* 13.
Magnitudo *Luſciniae*; roſtrum *ſemiovale*, *acutum*, *planum*; naribus *late excavatis albicantibus*; pedes *cum* unguibus *flaveſcentes.*

macrorhynchos. 15. T. niger, mento, genarum lateribus, abdomine, criſſo, uropygioque rubris.
Great-billed Tody. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 664. *n.* 14. *t.* 30.
Magnitudo *praecedentis*, longitudo 8 *pollicum*; roſtrum *baſi latum*, *ceterum praecedentis*, *ex atro caeruleum*, *apice mandibularumque marginibus albidis*; tectrices *caudae ſuperiores rubrae*; *ſcapularium* pennarum *ſex albae*, *acuminatae*, *ſupra alas pendulae.*

criſtatus. 16. T. criſta coccinea, corpore fuſco albo-maculato. *Naturf.* 17. *p.* 21. *n.* 5. *t.* 1.
*Habitat in* Guinea.

Pen-

Pennae *criſtae apice nigro-marginatae;* roſtrum *depreſſum, tenue, lanceolatum, obtuſum;* nares *exiguae, parum tectae;* corpus *ſupra obſcurum ex griſeo fuſcum;* tectrices *alarum adſperſo albo,* remiges *nigricantes;* gula *ex albido cinerea;* pectus *et* abdomen *fuſco et obſcure cinereo undulata;* rectrices *fuſcae, ſubtus dilutius, 2 intermediae nigricantes.*

## 62. ALCEDO. *Roſtrum* trigonum, craſſum, rectum, longum, acuminatum.

*Lingua* carnoſa, breviſſima, plana, acuta.

*Pedes* greſſorii plerisque.

**criſtata.** 1. A. brachyura ſubcriſtata caerulea, ſubtus rufa, criſta nigro-undulata.

Alcedo amboinenſis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *t.* 63. *f.* 4.

Ispida philippenſis criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 483. *n.* 6. *t.* 37. *f.* 3.

Petit Martin-pêcheur hupé des Philippines. *Buff. pl. enlum. n.* 756. *f.* 1.

Vintſi. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 205.

Creſted Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 632. *n.* 22.

*β.* Ispida indica criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 506. *n.* 17.

Alcedo criſtata orientalis elegantiſſime picta. *Seb. muſ.* 1. *p.* 104. *t.* 67. *f.* 4.

*Habitat in* Amboina *et inſulis* Philippinis, 5 *pollices circiter longa.*

Roſtrum *nigrum;* criſta *virens; ad utrumque* colli *latus ſtria caerulea ab oculo incipiens;* humeri, tectrices *alarum ſuperiores,* remigum *minorum,* rectricum*que margines, et* rectrices 2 *intermediae totae violacea;* genae *rufae;* gula *ex rufo alba;* remiges *fuſcae;* pedes *cum* unguibus *rubicundi. In* Germania *viſam referunt* Sander *et* Goeze *Naturf.* 13. *p.* 182. *et* 15. *p.* 157.

**orientalis.** 16. A. viridis ſubtus rufa, vertice, gula, faſcia oculari, remigibusque caeruleis.

Ispida indica. *Briſſ. av.* 4. *p.* 479. *n.* 4. *t.* 37. *f.* 1. A.

Eaſtern Kingsfiſher. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 633. *n.* 23.

*Habitat in* India, 4½ *pollices longa.*

Roſtrum *rubrum; ſupra* oculos *ſtria alba; infra area rufa;* rectricum *margo exterior viridis;* pedes *et* ungues *nigri.*

2. A.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0461-4

inda. 2. A. brachyura virens ſubtus fulva, faſcia pectorali nebuloſa.
Spotted Kingsfiſher. *Edw. glean. t.* 335. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 642. *n.* 32.
*Habitat in* Gujana, 7 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum;* linea *ſupra infraque oculos fulva;* alae *albo punctatae;* pedes *rubri.*

ſurinamenſis. 17. A. brachyura caerulea, ſubtus albicans, pectore rufo, vertice ex vireſcente atro: maculis transverſis viridibus.
Martin-pêcheur. *Fermin ſurin.* 2. *p.* 181.
Surinam Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 642. *n.* 33.
*Habitat in* Gujana, *in foveis prope aquas nidificans,* 5–6 *ova pariens, et piſcibus victitans.*
Roſtrum *nigrum;* rictus *croceus;* dorſum *lineis obſoletis nigris;* menti *mediique* abdominis *candori admiſtus rubor;* *pennarum* pectoris *apex dilute caeruleus.*

Iſpida. 3. A. brachyura ſupra cyanea, ſubtus fulva, loris rufis. *Scop. ann.* 1. *p.* 55. *n.* 64.
Iſpida ſupra caerulea ſubtus ferruginea. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 16.
Iſpida. *Geſn. av.* 571. *Raj. av. p.* 48. *n.* A. 1. *Olin. av.* 39. *Aldr. orn.* 3. *p.* 518. *t.* 520. *Briſſ. av.* 4. *p.* 471. *n.* 1.
Alcyon. *Geſn. av.* 85. *Aldr. orn.* 3. *p.* 497.
Martin-pêcheur ou Alcyon. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 64. *pl. enlum. n.* 77.
European Kingfiſher. *Brit. zool.* 1. *p.* 246. *t.* 38. *Arct. zool.* 2. *p.* 284. A.
Common Kingfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 626. *n.* 16.
Kingfiſher. *Albin. av.* 1. *t.* 54. *Will. orn. p.* 146. *t.* 24.
*β.* Iſpida ſenegalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 485. *n.* 7. *t.* 39. *f.* 1.
Baboucard. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 193.
*Habitat in* Africa, Aſia *et* Europa, *frigoris patientiſſima, ova* 7 *aut plura in fovea ad aquam poſita pariens, piſces integros devorans, quorum reliquias indigeſtas glomeratim evomit; gentium borealium philtrum;* 7 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum;* vertex tectricesque *alarum virides, maculis caeruleis;* cauda *elegantiſſime caerulea;* pedes *rubri.*

4. A.

---

Genus *hoc per omnem terrarum orbem diſperſum, ad aquas potiſſimum habitat, piſcibus victitans, quos mira arte capit, integros deglutit, et partium indigeſtarum glomeres evomit; alis, quamvis plerumque brevibus, celeriter volat;* color *caeruleus cum varietatibus dominans;* nares *exiguae, in plurimis ſpeciebus tectae.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0462-0

Eritha-ca. 4. A. brachyura, dorſo caeruleo, abdomine luteo, capite uropygioque purpureis; gula nuchaque albis.
Iſpida bengalenſis torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 503. *n.* 15.
Martin-pêcheur à front jaune. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 195.
Bengal Kingfiſher. *Alb. av.* 3. *p.* 28. *t.* 29.
Red-headed Kingfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 629. *n.* 17.
*β.* Alcedo minor, capite et cervice ex aurantio rubris.
Red-headed Kingsfiſher. *Gener. of birds, p.* 61. *t.* 5.
*Habitat in* Bengala, *iſpidae magnitudine, ultra* 6 *pollices longa.*
Roſtrum pedes*que rubri.*

purpu-rea. 18. A. ſubtus rufeſcente-aurea, capite, uropygio caudaque rufo-aureis, dorſo tectricibusque alarum ex caeruleo atris, remigibus nigris, gula alba.
Martin-pêcheur pourpré. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 199.
Martin-pêcheur de Pondichery. *Buff. pl. enlum. n.* 778. *f.* 2.
Purple Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 630. *n.* 18.
*Habitat in* India, *erithacae magnitudine.*
Roſtrum pedes*que rubri; pone oculos verſus dorſum procedens linea purpurea, caeruleo terminata.*

madagaſ-carienſis. 5. A. ſubbrachyura rufa, gula alba, remigibus nigricantibus.
Iſpida madagaſcarienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 508. *n.* 18. *t.* 38. *f.* 1.
Martin-pêcheur de Madagaſcar. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 199.
Martin-pêcheur roux. *Buff. pl. enlum. n.* 778. *f.* 1.
Rufous Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 630. *n.* 19.
*Habitat in* Madagaſcar, 5¼ *pollices longa.*
Roſtrum pedes*que rubri;* corpus *ſubtus ex rufo album;* cauda *nigricans, rectricum margo exterior, et* 2 *intermediae totae rufae.*

caeruleo-cephala. 19. A. caerulea, ſubtus rufa, gula alba, remigibus nigricantibus.
Martin-pêcheur à tête bleue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 198.
Petit Martin-pêcheur du Sénégal. *Buff. pl. enlum. n.* 356. *f. inf.*
Blue headed Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 631. *n.* 20.
*Habitat in* Madagaſcar, 4 *pollices longa.*
Roſtrum pedes*que rubri;* vertex *ſplendide caeruleus, dilutius undulatus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0463-6

bengalenſis. 20. A. ex caeruleo viridis, ſubtus rufa, cauda remigibusque fuſcis, capite ſtriis transverſis caeruleis notato.
Iſpida bengalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 475. *n.* 2.
Martin-pêcheur de Bengale. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 201.
Little indian Kingfiſher. *Edw. av.* I. *t.* II. *f. inf.*
Indian Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 631. *n.* 21.
β. Iſpida bengalenſis minor. *Briſſ. av.* 4. *p.* 477. *n.* 3.
Little indian Kingfiſher. *Edw. av.* I. *t.* II. *f. ſup.*
*Habitat in* Bengala, $4\frac{1}{2}$ *pollices longa*, *β. minor.*
Roſtrum *nigrum*, *mandibulae inferioris baſi incarnata*; faſcia *ocularis rufa*; *hujus loco in β. maculae duae rufae, altera ad baſin mandibulae ſuperioris, altera pone aures*; tectrices *alarum ſuperiores ex caeruleo virides, apice caeruleae*; remigum caudae*que margo ex caeruleo viridis, in β. concolor.*

ſuperciliosa. 6. A. ſubmacroura viridis, ſubtus alba, faſcia viridi, ſuperciliis fulvis.
Iſpida americana viridis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 490. *n.* 9.
Martin-pêcheur vert et orange. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 218.
Martin-pêcheur petit verd de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 756. *f.* 2. 3.
Little green and orange Kingsfiſher. *Edw. glean. t.* 245.
Supercilious Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 643. *n.* 34.
*Habitat in* America, 6 *pollices longa.*
Roſtrum *nigricans*, *mandibulae ſuperioris baſi rubicunda*; gula, jugulum, tectrices *alarum interiores et* hypochondria *aurantia*; remiges *ex atro fuſcae utrinque fulvo-maculatae*; rectrices 2 *intermediae totae virides, reliquae intus albo maculatae*; pedes *incarnati.*

leucorhyncha. 21. A. ex caeruleo viridis, ſubtus flaveſcens, capite et cervice ſpadiceis, remigibus cinereis, cauda ſupra caerulea, ſubtus cinerea.
Iſpida americana caerulea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 505. *n.* 16.
Alcedo americana ſ. Apiaſtra. *Seb. muſ.* I. *t.* 53. *f.* 3.
Martin-pêcheur à bec blanc. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 200.
White-billed Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 644. *n.* 35.
*Habitat in* America, *vix* 5 *pollices longa.*
Roſtrum *albidum*; tectrices *alarum a corpore remotiſſimae cinereae.*

braſilienſis. 22. A. ex rufo, badio, fuſco et albo varia, ſubtus alba, remigibus majoribus caudaque rufis: maculis transverſis albis.
Iſpi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0464-1 DFG

Iſpida braſilienſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 510. *n.* 19.
Gip-gip. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 217.
Braſilian Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 641. *n.* 31.
*Habitat in* Braſilia, *iſpidae magnitudine.*
Roſtrum oculi*que nigri; *faſcia *ocularis*, pedes *et* ungues *fuſci.*

americana. 23. A. ex nigricante viridis, ſubtus alba, viridi maculata, pectoris jugulique area rufa.
Martin-pêcheur vert et blanc de Cayenne. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 216. *pl. enlum. n.* 591. *f.* 1. 2.
White and green Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 641. *n.* 30.
*Habitat in* Cayenna, 6 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum; ab ejus baſi linea alba infra oculos ad occiput producta;* alae *maculis nonnullis albis;* pedes *rubri;* feminae *nulla area rufa.*

bicolor. 24. A. viridis, ſubtus ex rufo aurea, faſcia pectoris nigro et albo undulata, alis caudaque albo maculatis.
Martin-pêcheur vert et roux. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 215.
Martin-pêcheur vert et roux de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 592. *f.* 1. 2.
Rufous and green Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 640. *n.* 29.
*Habitat in* Cayenna, *iſpidae magnitudine*, 8 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum; a naribus ad oculos ſtria rufa*, torquis *dimidiatus rufus*, feminae *nullus*, *nec* faſcia *pectoralis;* pedes *rubicundi.*

maculata. 25. A. fuſca flaveſcenti-maculata, ſubtus alba fuſco-maculata, gula flava.
Iſpida braſilienſis naevia. *Briſſ. av.* 4. *p.* 524. *n.* 25.
Matuiti. *Raj. av. p.* 165. *n.* 3. *Will. orn. p.* 199. *t.* 38. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 212.
Braſilian ſpotted Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 640. *n.* 28.
*Habitat in* Braſilia, *ſturni magnitudine.*
Roſtrum *rubrum*, *mandibula ſuperiore paulisper longiore;* pedes *et* ungues *cinerei.*

Alcyon. 7. A. macroura criſtata caeruleſcens, abdomine albo, pectore ferrugineo, macula alba ante poneque oculos.
Iſpida criſtata carolinenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 512. *n.* 21.
Alcyon. *Raj. av. p.* 184. *n.* 14.
Kingfiſher. *Cateſb. carol.* 1. *t.* 69.
Belted Kingsfiſher. *Arct. zool.* 2. *p.* 279. *n.* 169. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 637. *n.* 27.

*β.* Iſpida ludoviciana.
Martin-pêcheur de la Louiſiane. *Buff. pl. enlum. n.* 715.
Crab catcher. *Sloan. jam.* 2. *p.* 313. *n.* 54. *t.* 55. *f.* 3.
*γ.* Iſpida dominicenſis criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 415. *n.* 22.
Martin-pêcheur hupé de S. Domingue. *Buff. pl. enlum. n.* 593.
Jaguacati. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 210.
American Kingfiſher. *Edw. av.* 3. *t.* 115.
*δ.* Iſpida braſilienſis criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 511. *n.* 20.
Jaguacati guacu. *Marcgr. braſ.* 194. *Raj. av. p.* 49. *n.* 2. *Will. orn. p.* 147. *n.* 2. *t.* 24.
*Habitat in* America *a ſinu* Hudſonis *ad novam* Hiſpaniam *usque*, *β. in* Louiſiana *et* Jamaica, *γ. in inſula* S. Dominici, *vere verſus ſinum* Hudſonis *migrans*, *δ. in* Gujana *et* Braſilia, *piſcibus*, *aliquando etiam lacertis victitans*, *ad ripas altiores nidificans*, *foramine profundo horizontali*, *ova* 4 *alba pariens*, *ex quibus Junio prodeunt pulli*; caro *rancida*; longitudo 13 *pollicum*.
Roſtrum *nigrum*, *in β. ex atro fuſcum*; *in γ. mandibulae inferioris baſi rubicunda*; caput *in β. plumbeum*, *in γ. cum ſuperiore corporis parte ſplendide ferrugineum*; torquis *albus*; *in β. mentum, gula jugulumque alba*; pectoris *faſcia transverſa ferruginea*, *in γ. punctata*; tectrices *alarum*, remiges rectricesque *apice albae*; *in β.* remiges *ſecundariae cum* rectricibus, *in γ. et δ.* remiges *omnes albo maculatae*; remiges *primariae nigrae*, *maculis transverſis albis*; *in δ.* remiges rectrices*que nigrae*; pedes *et* ungues *fuſci*; *in β.* pedes *rubri*, *abdomine ferrugineo*; *in γ.* pedes *rubri*, ungues *nigri*; *in δ.* pedes *et* ungues *nigri*.

torquata. 8. A. macroura ſubcriſtata cano-caeruleſcens, torque albo, alis caudaque albo-maculatis.
Iſpida mexicana criſtata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 518. *n.* 23. *t.* 41. *f.* 1.
Achalalactli ſ. Piſcium vorax. *Hernand. mex.* 13. *Will. orn. p.* 390. *Raj. av. p.* 126.
Alatli. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 208.
Martin-pêcheur hupé du Mexique. *Buff. pl. enlum. n.* 284.
Cinereous Kingfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 636. *n.* 26.
*Habitat in* Martinica *et* Mexico, *picae magnitudine*, $15\frac{1}{2}$ *pollices longa*.
Roſtrum *ex atro fuſcum baſi rubens*. Pedes *rubri*.

cayennenſis. 26. A. caerulea ſubtus alba, faſcia infra occiput transverſa nigra.
Iſpida cayennenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 492. *n.* 10.

Tapa-

Taparara. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 207.
Cayenne Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 635. *n.* 25.
*Habitat in* Cayenna *et* Gujana, *numeroſa*, *ſolitaria*, *in riparum antris ova pariens*, *ſturno vix minor*, 9½ *pollices longa.*
Mandibula *ſuperior nigra*, *inferior rubra*; uropygium *cyaneum*; remigum caudae*que margo caeruleus*; pedes *rubri.*

atricapilla. 27. A. ex violaceo caerulea, ſubtus alba, capite, cervice, humeris, alarumque apicibus nigris, abdomine rufeſcente.
Martin-pêcheur à coëffe noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 189.
Martin-pêcheur de la Chine. *Buff. planch. enlum. n.* 673.
Black-capped Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 624. *n.* 15.
*β.* Alcedo luzonica.
Martin-pêcheur de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 65. *t.* 31.
Alcedo auſtralis, ſupra nigra, ſubtus alba, abdomine ferrugineo.
*Habitat in* Sina, *β. in inſula* Luzonia, 10 *pollices longa.*
Roſtrum pedes*que rubri.*

tuta. 28. A. macroura, ſupra olivacea, ſubtus alba, ſuperciliis albis, torque ex vireſcente nigro.
Reſpected Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 624. *n.* 14.
*Habitat in inſula* Tahiti, *incolis ſacra*, 8½ *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum*, *mandibula inferiore alba*; pedes *nigri.*

venerata. 29. A. fuſca, ſubtus pallida, cauda rotundata, remigum, tectricum, rectricumque margine viridi.
Venerated Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 623. *n.* 13.
*Habitat in inſula* amica, Apye, *incolis ſacra*, 9 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum*, *mandibulae inferioris baſi alba*; remigum rectricum*que ſcapi badii*; pedes *obſcuri.*

ſacra. 30. A. ex dilute caeruleo viridis, ſubtus alba, ſuperciliis pallide ferrugineis, remigibus caudaque nigricantibus.
Sacred Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 621. *n.* 12.
*β.* Alcedo ſuperciliis albis.
*γ.* Alcedo vertice ex vireſcente nigro, ſubtus et nucha pallide ferruginea. *Lath. ſyn.* I. 2. *t.* 27.
*δ.* Alcedo capite nigro, vertice caeruleo, ſuperciliis, cervice et abdomine luteſcentibus, alis caudaque caeruleis.
*ε.* Alcedo torque albo.
Martin-pêcheur à collier blanc des philippines. *Sonner. it. p.* 67. *t.* 33. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 192.

 *Habi-*

*Habitat in inſulis* Societatis, *δ. in* nova Seelandia, *ε. in inſulis* Philippinis, *incolis ſacra, ispida major,* 9½ *pollices longa.*

Roſtrum *plumbeum, in ε. nigrum, mandibula inferiore ſubtus alba, in ε. baſi flavicante; infra oculos ſtriga anguſta ex aurantio ferruginea, infraque hanc in nucha altera caerulea, in β. et γ. nigra;* colli *laterumque* pectoris *pennae albae in β. cinereo, in γ. obſcuro marginatae;* mentum *in γ. album; in δ.* gula collum*que* alba; criſſum *in δ. nigrum;* remigum cauda*que margo exterior caeruleus;* uropygium *in γ. pallide cyaneum;* pedes *nigri, in γ. obſcuri, in δ. fuſci, in ε. nigricantes.*

chlorocephala. 31. A. viridis, collo albo, torque nigro, alis caudaque thalaſſinis.

Martin-pêcheur à tête verte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 190.

Martin-pêcheur à tête verte du cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 783.

Green-headed Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 620. *n.* 11.

*Habitat in inſula* Molucca Bouro, 9 *pollices longa.*

Roſtrum, cauda *ſubtus,* pedes*que nigricant.*

caerulea. 32. A. caerulea, ſubtus rufa, ſuperciliis et torque albis.

Ispida indica torquata. *Briſſ. av.* 4. *p.* 481. *n.* 5. *t.* 37. *f.* 2. A.

White collared Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 620. *n.* 10.

*Habitat in* India, *ispida major,* 7 *fere pollices longa.*

Roſtrum *griſeum, apicem verſus nigricans; ſub oculo macula rufa;* gula *pallide rufeſcens;* uropygium cauda*que tectrices ſuperiores egregie virent;* pedes *griſei;* ungues *nigricantes.*

fuſca. 33. A. criſtata olivacea ſubtus exalbida obſcure ſtriata, temporibus et occipite ſordide albis, cauda rotundata ferrugineo et chalybeo lineata apice alba.

Le plus grand Martin-pêcheur. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 181.

Grand martin-pêcheur de la nouvelle Guinée. *Buff. pl. enl. n.* 663. *Sonner. it. p.* 171. *t.* 106.

Great brown Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 609. *n.* 1.

*Habitat in* nova Guinea, *hujus generis maxima,* 18 *pollices longa.*

Roſtri *mandibula ſuperior nigra, inferior alba, baſi nigra;* criſta *feminae nulla, maris conſtans pennis anguſtis fuſcis dilutius ſtriatis;* feminae *vertex, utriusque ſexus genae collique latera ex atro fuſca;* feminae *torques albus, et* dorſum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0468-4

dorſum *integrum olivaceum;* mari *hujus pars inferior cum uropygio pallide thalaſſina; ejusdem coloris macula in* tectricum *alarum media;* remiges *in femina ex virente fuſcae, in mare margine exteriore caeruleae, intus et apice nigrae, baſi in nonnullis alba;* pedes *flavi, feminae ex atro fuſci;* ungues *nigri.*

capenſis. 9. A. macroura cinereo-caerulea, ſubtus fulva, pectore teſtaceo, roſtro rubro.
Ispida capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 4. *p.* 488. *n.* 8. *t.* 36. *f.* 3.
Martin-pêcheur du cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 590.
Martin-pêcheur à gros bec. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 184.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, 14 *pollices longa.*
Roſtrum *apice nigricans;* caput *cinereum in fulvum vergens;* corpus *ſupra ex caeruleo viride, dorſi parte ſuperiore in cinereum vergente;* pedes *et* ungues *rubri.*

maxima. 34. A. ſubcriſtata ex plumbeo nigra albo-punctata, gula alba, jugulo nigro, pectore et abdomine ſanguineis. *Pall. ſpicil.* 6. *p.* 15.
Oiſeau. *Bosman it. guin. p.* 273. *f. n.* 13.
Great african Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 611. *n.* 3.
*β.* Alcedo ex nigricante griſea albo-maculata, ſubtus rufa, poſtice alba.
Martin-pêcheur hupé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 188. *pl. enlum. n.* 679.
*Habitat in* Africa, *cornicis magnitudine.*
Roſtrum *atrum, naribus linearibus;* verticis nuchae*que plumae in criſtam elongatae;* latera *colli litura potiſſimum alba notata;* feminae *pars colli et jugulum ex teſtaceo ferruginea;* pectus *et* abdomen *alba, lineolis transverſis nigris, lacerti alarum albi guttis raris nigris notati;* remiges *nigrae apice punctisque in ſeriem diſpoſitis albis;* rectrices *nigrae apice albo, geminaque guttarum albarum ſerie;* pedes *nigerrimi.*

ſenegalenſis. 10. A. macroura cyanea ſubtus alba, capite cano, tectricibus alarum nigris.
Ispida ſenegalenſis major. *Briſſ. av.* 4. *p.* 494. *n.* 11. *t.* 40. *f.* 1.
Alcedo ſemicaerulea. *Forsk. Fn. arab. p.* 2. *n.* 5.
Martin-pêcheur à tête griſe. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 194.
Martin-pêcheur à tête griſe du Sénégal. *Buff. planch. enlum. n.* 594.
*β.* Alcedo ex caeruleo viridis, ſubtus ex fulveſcente flava.

Martin-pêcheur Crabier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 183. *pl. enlum. n.* 334.
Crab-eating Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 618. *n.* 9.
γ. Alcedo capite colloque obſcure albis.
δ. Alcedo ſupra caerulea, ſubtus ex rufo flava, gula alba.
Martin-pêcheur bleu et noir du Sénégal. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 194.
Martin-pêcheur du Sénégal. *Buff. pl. enlum. n.* 356. *f.* 1.
*Habitat in* Africa *et* Arabia, *potiſſimum ad fluvium* Senegal, γ. *in* S. Jago *et* Abyſſinia, 9, β. 12, δ. 7 *pollices longa.*
Roſtri *mandibula ſuperior rubra, inferior nigra, in* β. *utraque ferruginea, in* γ. *rubra, in* δ. *rufa;* caput collumque *cana, genarum macula nigra, in* δ. *caerulea; in* β. *pone utrumque oculum ſtria et in alarum tectricibus area nigra;* remiges *nigrae, baſi intus albae, margine exteriore ex caeruleo virides; in* γ. alae *nigrae faſcia transverſa media caerulea, intus ferrugineae albidae et obſcurae;* pectus *et* abdomen *in* γ. *ferruginea;* rectrices *nigrae, margine exteriore ex caeruleo virides, in* β. *totae ex caeruleo virides, in* δ. *caeruleae, in* γ. *ſupra caeruleae, ſubtus obſcurae;* pedes *nigri, in* β. *ferruginei, in* γ. *et* δ. *rubri.*

leucocephala. 35. A. ex caeruleo viridis, capite, collo et ſubtus alba, remigibus fuſcis.
Martin-pêcheur à tête et cou couleur de paille. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 190.
Martin-pêcheur de Java. *Buff. pl. enlum. n.* 757.
White-headed Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 617. *n.* 8.
*Habitat in* Java, 12 *pollices longa.*
Candor *in ſtramineum colorem vergens;* vertex *ſtriis nigris;* dorſum *ex caeruleo viride;* cauda *et* alae *ex viridi profunde caeruleae;* remigum *margo caeruleus.*

flavicans. 36. A. ſubtus flavicans, capite dorſoque viridibus, roſtro rubro, cauda caerulea.
*Habitat in inſula* Celebes, *Ten-rou-joulon incolis dicta.*

ſmyrnenſis. 11. A. macroura ferruginea, alis, cauda, dorſoque viridibus. *Scop. ann.* 1. *p.* 55. *n.* 65.
Ispida ſmyrnenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 499. *n.* 13.
Smyrna Kingsfiſher. *Albin. av.* 3. *t.* 37. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 615. *n.* 7.
β. Ispida madagaſcarienſis caerulea. *Briſſ. av.* 4. *p.* 496. *n.* 12. *t.* 38. *f.* 2.
Martin-pêcheur bleu et roux. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 182.

Grand-Martin-pêcheur de Madagaſcar. *Buff. pl. enl. n.* 232.
Great Gambia Kingfiſher. *Edw. av.* 1. *t.* 8.
γ. Iſpida major bengalenſis. *Briſſ. av.* 4. *p.* 501. *n.* 14.
Martin-pêcheur de la côte de Malabar. *Buff. pl. enl. n.* 894.
Great Bengal Kingfiſher. *Albin. av.* 3. *t.* 28.
*Habitat circa* Smyrnam, β. *ad* Gambiam *et in* Madagaſcar, γ. *in* Bengala, $8\frac{1}{2}$, β. 10, γ. $10\frac{1}{2}$ *pollices longa.*
Roſtrum *rubrum;* irides *albidae, in* γ. *flavae;* gula *alba, in* β. *ochroleuca;* faſcia *pectoralis, in* γ. jugulum *quoque,* pectus *et* abdominis *anterior pars alba;* tectrices *alarum corpori proximae in* β. *violaceae, exteriores,* remiges 10 *primariae media parte extus, reliquae barba tota exteriore, et* cauda *ſupra thalaſſina, haec ſubtus nigra; in* γ. tectrices *alarum partim caeruleae, partim ferrugineae;* remiges *primariae intus et ſubtus nigricantes;* pedes *rubri, in* γ. *cum* unguibus *aurantii; alias* ungues *nigricantes, in* β. *fuſci.*

novae Guineae. 37. A. nigra, albo-maculata.
Martin-pêcheur de la nouvelle Guinée. *Sonner. it. p.* 171. *t.* 107.
New Guinea Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 614. *n.* 6.
*Habitat in* nova Guinea.
Roſtrum, irides, pedes*que nigricant;* maculae *irregulares, in capite, dorſo, alis, et cauda rotundae; in collo et abdomine oblongae; ad utrumque colli latus binae amplae.*

aegyptia. 38. A. fuſca maculis ferrugineis, ſubtus albida maculis cinereis. *Haſſelq. it. p.* 245. *n.* 23.
Egyptian Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 613. *n.* 5.
*Habitat in* Aegypto, *in ſycomoro et phoenice nidificans, ranis, piſcibus, inſectis victitans.*
Roſtrum *nigricans;* gula *ex ferrugineo alba;* tectrices *caudae ſuperiores totae albae;* cauda *aequalis cineraſcens;* pedes *vireſcentes;* ungues *nigricantes.*

ſemicaerulea. 41. A. brachyura, dorſo poſtico, cauda medioque alarum caeruleis, humeris nigris, capite pectoreque cinereo, ventre ferrugineo. *Forſk. Fn. arab. p.* 2.
*Habitat circa* Yemen Arabiae, *pici minoris magnitudine, ſpithamam circiter longa.*
Roſtrum pedes*que miniati.*

rudis. 12. A. macroura nigra albido varia, ſubtus alba.
Iſpida ex albo et atro varia. *Briſſ. av.* 4. *p.* 520. *n.* 24. *t.* 39. *f.* 2.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0471-0

Martin-pêcheur pie. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 185.
Martin-pêcheur hupé du cap de bonne eſperance. *Buff. pl. enlum. n.* 716.
Black and white Kingsfiſher. *Edw. av.* 1. *t.* 9. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 612. *n.* 4.
*Habitat in* Aſia *et* Africa, 11 *pollices longa.*
Roſtrum *et* pedes *cum* unguibus *nigri*; ſupercilia *alba*; *pennae* capitis *et* cervicis *nigrae albo-marginatae*; remiges *majores apice nigrae*; cauda *alba*, *faſcia verſus apicem nigra*; rectrices 2 *extimae maculis* 2 *ſemicircularibus nigris.*

Dea. 13. A. rectricibus duabus longiſſimis medio attenuatis, corpore nigro-caeruleſcente, alis vireſcentibus.
Iſpida ternatana. *Briſſ. av.* 4. *p.* 525. *n.* 26. *t.* 40. *f.* 2.
Avis paradiſiaca ternatana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 74. *t.* 46. *f.* 3.
Martin-pêcheur des Moluques. *Salern. orn. p.* 126. *n.* 10.
Martin-pêcheur de Ternate. *Buff. pl. enlum. n.* 116.
Martin-pêcheur à longs brins. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 196.
Ternate Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 634. *n.* 24.
*Habitat in inſula* Ternate, *ſturni magnitudine, ultra* 13 *pollices longa.*
Roſtrum *aurantium*; caput, cervix *et* alae *ſplendide caerulea*; dorſum *et* humeri *fuſca*, *margine caeruleo*; uropygium corpus*que ſubtus album in roſeum vergens*; rectrices *intermediae caeruleae*, *baſi et apice roſeae*, *reliquae ex roſeo albae*, *exteriori* margine *fuſco*; pedes *et* ungues *rubicundi.*

paradiſea. 14. A. rectricibus intermediis duabus longiſſimis, corpore viridi-aureo, pedibus ſcanſoriis.
Galbula longicauda. *Briſſ. av.* 4. *p.* 89. *n.* 2. *t.* 5. *f.* 2.
Jacamar à longue queuë. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 22. *pl. enlum. n.* 271.
Swallow-tailed Kingsfiſher. *Edw. av.* 1. *t.* 10.
Paradiſe Jacamar. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 605. *n.* 3.
*Habitat in* Surinamo, *inſectis victitans*, *per paria volans*, *alaudae magnitudine*, $11\frac{1}{2}$ *pollices longa.*
Roſtrum *quadrangulare*, *acuminatum*, *cum* pedibus *ad digitos usque plumoſis nigrum*; caput *ex violaceo fuſcum*; gula, jugulum, tectrices*que alarum inferiores alba*; rectrices 2 *intermediae* 6, *reliquae unum pollicem longae.*

grandis. 39. A. cupreo-aurea, ſubtus ferruginea, capite artubusque viridi aureis, pedibus ſcanſoriis. *Pall. ſpicil.* 6. *p.* 10.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0472-5 DFG

Great Jacamar. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 605. *n.* 2.
Magnitudo *pici viridis*; roſtrum *tetraëdrum*, *planilaterum*, *naribus nudis*; digiti *anteriores fiſſi*; cauda *cuneiformis*, *corpore longior*.

Galbula. 15. A. cauda cuneiformi, corpore viridi-aureo, ſubtus rufo, pedibus ſcanſoriis.
Galbula. *Briſſ. av.* 4. *p.* 86. *n.* 1. *t.* 5. *f.* 1.
Jacamaciri. *Marcgr. braſ.* 202. *Raj. av. p.* 44. *n.* 3. *Will. orn. p.* 139. *t.* 22. *Edw. glean. t.* 334.
Jacamar. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 7. *p.* 220. *t.* 10. *pl. enlum. n.* 238.
Cupreous Jacamar. *Gener. of birds, p.* 60. *t.* 3.
Green Jacamar. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 603. *n.* 1.
β. Galbula cauda longiore. *Lath. ſyn.* I. 2. *t.* 26.
*Habitat in* Gujanae *et* Braſiliae *ſilvis humidis denſioribus frequens*, *et ſolitaria*, *victitans inſectis*, *velociter*, *ſed breviter volans*, *voce brevi*, *ſuavi*, *edulis*, *alaudae fere magnitudine*, *et vix* 9 *pollices longa.*
Roſtrum *quadrangulare*, 2 *pollicum*, *acuminatum*, *nigrum*, *naribus ad baſin ovatis*; irides *glaucae*; mentum *album*, *nonnunquam flavicans*; corpus *ſubtus in β. dilute ferrugineum*; pedes *breves*, *debiles*, *plumoſi*, *ex vireſcente flavi*, unguibus *nigris*.

tridactyla. 40. A. pedibus tridactylis. *Mantiſſ.* 1771. *p.* 524. *Pall. ſpic.* 6. *p.* 10. *t.* 2. *f.* 1. *Voſm. monogr. Amſtel.* 1768. *t.* 1.
Martin-pêcheur de l'isle de Luçon. *Sonner. it. p.* 66. *t.* 32.
Three-toed Kingsfiſher. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 645. *n.* 36.
*Habitat in* Surinamo *et* India, *inſuliſque* oceani indici, *iſpidae magnitudine*, 4 *circiter pollices longa.*
Roſtrum *tetraëdrum cum* pedibus *ochroleucum*; corpus *ſubtus album*; *in aliis vertex ferrugineus*, *cinctu violaceo*; *macula* temporum *azurea*, *infra hanc alia longitudinalis alba*; genae *ochroleucae*; gula *nivea*; remiges *ex ferrugineo nigrae*, *margine interiore ferrugineae*, *apice azureae*; cauda *ferruginea*; *in aliis* corpus *ſupra ex rufo ferrugineum*, vertice *tamen*, uropygio *et pennarum dorſalium nonnullarum apice violae in modum tinctis*; pectus *ferrugineum*; *in aliis* caput *et* corpus *ſupra colore florum ſyringae*; alae *ex caeruleo atrae*, remigum *margine caeruleo*; pedes *rubicundi*.

63. ME-

## 63. MEROPS. *Roſtrum* curvatum, tetraëdrum, compreſſum, carinatum, acutum.
*Nares* exiguae ad baſin roſtri.
*Lingua* gracilis apice (plerumque) laciniata.
*Pedes* greſſorii.

Apiaſter. 1. M. dorſo ferrugineo, abdomine caudaque viridi-caeruleſcente, rectricibus duabus longioribus, gula lutea. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 21. *Scop. ann.* 1. *p.* 54. *n.* 63.
Merops. *Bell. av.* 16. *Geſn. av.* 599. *Aldr. orn.* 1. *p.* 871. *t.* 872. *et* 873. *Charl. onom.* 87. *t.* 87. *Raj. av. p.* 49. *n.* 3.
Merops galilaeus. *Haſſelq. it.* 247. *n.* 24. *Forſk. Fn. arab. p.* 1. *n.* 3.
Apiaſter. *Briſſ. av.* 4. *p.* 532. *n.* 1.
Ispida cauda molli. *Kram. el. p.* 337.
Guêpier. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 480. *t.* 23. *pl. enlum. n.* 938.
Bee-eater. *Alb. av.* 2. *t.* 44. *Will. orn. p.* 147. *t.* 24.
Common Bee-eater. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 667. *n.* 1.
β. Schaeghaghi. *Forſk. Fn. arab. p.* 1.
*Habitat in* Europa *et* Aſia, *cicadis*, *culicibus*, *muſcis*, *apibus praeſertim*, *inſectorum defectu ſeminibus victitans*, *gregaria*, *nidum ſtruit in cavernis ſubterraneis ad aquas ex muſcis*, *et* 5-7 *ova alba parit*, 10 *pollices longa.*
Roſtrum *nigrum*; irides *rubrae*; frons *ex caeruleo virens*; vertex, occiput *et* cervix *badia*; *a* roſtro *ad* occiput *ſtria nigra*; cauda *cuneiformis*, *thalaſſina*, *rectricum margine intus cinereo*; pedes *ſpadicei*, unguibus *ex rubicundo nigris.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0495-8

*des.* Femina *ex virente fuſca, ſubtus flavicans, uropygio viridi, alis caudaque ex atro fuſcis.*

philippina. 21. C. rectricibus intermediis 2 longiſſimis, corpore ſubgriſeo vireſcente, ſubtus albo-flaveſcens.
Certhia philippenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 613. *n.* 4. *t.* 30. *f.* 2.
Grimpereau des Philippines. *Buff. pl. enl. n.* 576. *f.* 1.
Grimpereau ſecond de l' isle de Luçon. *Sonner. it. t.* 30. B.
Philippine Creeper. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 711. *n.* 12.
*Habitat in inſulis* Philippinis, $4\frac{3}{4}$ *pollices longa.*
Roſtrum *et* pedes *cum* unguibus *nigri;* lingua *tubuloſa, furcata;* remiges *fuſcae, margine pallidiore;* rectrices 2 *intermediae nigrae aureo-nitentes; ceterae nigricantes apice albae.*

violacea. 22. C. rectricibus intermediis 2 longiſſimis, corpore violaceo nitente, pectore abdomineque luteis.
Certhia longicauda minor capitis bonae ſpei. *Briſſ. av.* 3. *p.* 649. *n.* 23. *t.* 33. *f.* 6.
Sovi-manga à longue queue et à capuchon violet. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 517.
Petit grimpereau à longue queue du cap de bonne eſperance. *Buff. planch. enlum. n.* 670. *f.* 2.
Violet-headed Creeper. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 718. *n.* 19.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, *ultra 6 pollices longa; nidum ſtruens artificioſum laxum ex materiis ſericeis, currucariae affinis, at roſtro longiori.*
Roſtrum, pedes *et* ungues *nigricantes;* dorſum *inferius,* uropygium *et* tectrices *caudae ſuperiores olivacea; alarum inferiores griſeae, ſuperiores majores cum* remigibus *fuſcae;* cauda *cuneiformis ex atro fuſca.*

zeylonica. 23. C. pileo viridi, dorſo ferrugineo, abdomine flavo, gula uropygioque azureis.
Certhia philippenſis olivacea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 623. *n.* 10. *t.* 34. *f.* 4.
Grimpereau olive des Philippines. *Buff. pl. enl. n.* 576. *f.* 4.
Sovi-manga olive à gorge pourpre. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 506.
Grimpereau premier de l' isle de Luçon. *Sonner. it. t.* 30. A.
β. C. viridis ſubtus alba, mento, gula, pectore, dorſo aliſque fuſcis, cauda nigra.
*Habitat in inſulis* Philippinis, 4, β. $4\frac{1}{2}$ *pollices longa.*
Roſtrum *ſubulatum, nigrum, longitudine capitis;* dorſum *ex ferrugineo-olivaceum;* remiges *fuſcae, apicis margine* palli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0496-4 DFG

*pallido*; rectrices *aequales*, *nigricantes: extimis* 1, 2 *apicis margine albido*; pedes *nigri.*

cyanea. 24. C. caerulea, faſcia oculari, humeris, alis caudaque nigris, pedibus fuſcis.
Certhia braſilienſis caerulea. *Briſſ. av.* 3. *p.* 628. *n.* 13. *t.* 31. *f.* 5.
Avicula de Guit-guit ex inſula Cuba. *Seb. muſ.* 1. *p.* 96. *t.* 60. *f.* 5.
Guiracoereba. *Marcgr. braſ.* 212. *Raj. av. p.* 83. *n.* 11. *Will. orn. p.* 239. *c.* 20.
Guit-guit noir et bleu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 529.
Grimpereau du Bréſil. *Buff. planch. enlum. n.* 83. *f.* 2.
Black and blue Creeper. *Edw. glean. t.* 264. *f.* 1. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 724. *n.* 26.
*Habitat in* Braſilia *et* Cayenna, 4¼ *pollices longa.*
Roſtrum, occiput *et* ungues *nigra*; lingua *roſtri longitudine*, *ciliata*; vertex *beryllinus*; remigum *latus interius et* tectrices *alarum inferiores ſulphurea*; feminae *alae ſubtus ex flavicante cinereae.*

Lotenia. 25. C. caerulea, faſcia pectorali rubro-aurea, loris atris.
Certhia madagaſcarienſis viridis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 641. *n.* 19. *t.* 33. *f.* 4. 5.
Angala-dian. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 5. *p.* 510.
Grimpereau verd de Madagaſcar. *Buff. pl. enl. n.* 575. *f.* 2. 3.
Loten's Creeper. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 715. *n.* 16.
*Habitat in* Madagaſcar *et* Zeylon. I. G. Loten p. m. *Gubernator Zeylon. qui hortum botanicum primus in* India *condidit, et tot raris avibus me alioſque dotavit.*
*Nidum ſtruit forma calycis ex lanugine plantarum*, 5–6 *ova pariens*, *ab araneae ſpecie aliquando expulſa*, 5¼ *pollices longa*, *colore varians.*
Roſtrum *ſubulatum nigrum*, *capite duplo longius*; lingua *apice compreſſa*; caput, collum, dorſum, uropygium, tectrices *caudae ſuperiores alias caeruleo-nitentia*, *alias viridi-aurea*; pectus, abdomen *et* criſſum *ſplendide nigra*, *in* femina *ſordide alba*, *nigro maculata*, *rarius* abdomen *fuſcum*; faſcia *pectoralis ignita vel violacea*; rectrices *aequales*, remiges*que nigrae*; tectrices *alarum minores violaceae*, *mediae viridi-aureae*, *majores nigrae*, *margine exteriori viridi-aureae.*

omnicolor. 53. C. viridis, omnis generis coloribus intermiſtis.
Avis zeylonica omnicolor. *Seb. muſ.* 1. *t.* 69. *f.* 5.
Falcinellus omnicolor zeylanicus. *Klein ord. av. p.* 107. *n.* 8.
Greengold Creeper. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 716. *n.* 17.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0497-9

*Habitat in* Zeylon, 8 *fere pollices longa, ab araneae majori ſpecie infeſtata.*

Nitor *aureus;* roſtrum $1\frac{1}{2}$, cauda $2\frac{1}{4}$ *pollices longa.*

caffra. 54. C. fuſca, pectore abdomineque pallidis, rectricibus intermediis longioribus. *Mantiſſ. pl. alt. p.* 525.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *turdi magnitudine, et roſtro duplo longiori.*

Roſtrum *nigrum, parum compreſſum, nonnihil incurvum;* gula *pallida, pilis nigris hirſuta;* uropygium *ex flaveſcente vireſcens;* criſſum *flaviſſimum;* cauda *nigra, cuneata, longitudine corporis;* rectricibus *quatuor mediis triplo longioribus, intermediis* 2 *longiſſimis;* remiges *nigrae.*

## 66. TROCHILUS.

*Roſtrum* ſubulato-filiforme, apice tubulato, capite longius: mandibula ſuperior vaginans inferiorem.

*Lingua* filiformis, filis duobus coalitis tubuloſa.

*Pedes* ambulatorii.

* *curviroſtres.*

paradiſeus. 1. Tr. ruber, alis caeruleis, capite criſtato, rectricibus intermediis longiſſimis.

Polytmus mexicanus longicaudus ruber criſtatus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 692. *n.* 16.

Mellivora avis criſtata cum duobus pennis longis in cauda. *Seb. muſ.* 1. *p.* 97. *t.* 61. *f.* 4.

Colibri huppé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 54.

Paradiſe Humming Bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 745. *n.* 1.

*Habitat in* nova Hiſpania, $8\frac{1}{2}$ *pollices longa.*

Roſtrum pedes*que nigri;* remiges tectrices*que alarum caeruleae.*

galeritus. 23. Tr. viridi-aureus, remigibus rectricibusque fuſcis, criſta purpurea. *Mol. hiſt. nat. Chil. p.* 219.

*Habitat in regno* Chilenſi.

Corpus *ſubtus colore aurorae;* collum dorſum*que viridia; tota avis auri nitore reſplendet.*

exilis. 24. Tr. ex vireſcente fuſcus, coccineo nitens, remigibus caudaque nigris, criſta baſi viridi apice aurea.

Hummingbird of a black colour. *Bancr. Guj. p.* 166.

Little Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 764. *n.* 29.
*Habitat in* Gujana, $1\frac{1}{2}$ *pollices longa, et vix* 50 *grana pondere aequans.*
Roſtrum *nigrum.*

Pella. 2. Tr. ruber, rectricibus intermediis longiſſimis, capite fuſco, gula aurata uropygioque viridi.
Polytmus ſurinamenſis longicaudus ruber. *Briſſ. av.* 3. *p.* 690. *n.* 15.
Grand Colibri. *Fermin Surin.* 2. *p.* 195.
Colibri topaze. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 46.
Colibri de Cayenne, dit le Topaz. *Buff. pl. enlum. n.* 599. *f.* 1.
Long-tailed red Hummingbird. *Edw. av.* 1. *t.* 32.
Topaz Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 746. *n.* 2.
*Habitat in* Surinamo, *6 pollices circiter longus.*
Roſtrum, caput *et* cervix *nigra*; pectus *roſeum*; dorſum tectricesque *alarum ex aurantio rubent*; remiges *et intermediae* rectrices *purpureae*; *reliquae aurantiae*; femina *fere tota viridi-aurea.*

ſuperciliosus. 3. Tr. fuſcus nitens, rectricibus intermediis longis, abdomine ſubincarnato, ſuperciliis albis.
Polytmus cayanenſis longicaudus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 686. *n.* 13. *t.* 35. *f.* 5.
Brin blanc. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 49.
Colibri à longue queue de Cayenne. *Buff. pl. enl. n.* 600. *f.* 3.
Supercilious Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 747. *n.* 3.
*Habitat in* Cayenna, *6 pollices non adſequens.*
Rectrices 2 *intermediae pollice reliquis longiores media parte fuſco nitentes, altera albae; reliquae baſi fuſcae, altera parte nigrae, apice nigro, albo marginato*; pedes *et* ungues *fuſci.*

cyanurus. 25. Tr. viridis, ſubtus cinereus, fronte, gutture, rectricibusque duabus intermediis longioribus caeruleis.

 Polyt-

Trochili, *aviculae omnium minimae, in ſola* America, *et ſi duas excipias, quae verſus ſeptentrionalem migrant, ſola meridionali obviae, pedibus roſtroque debilibus, naribus minutis, lingua emiſſili, rectricibus caudae* 10, *coloribus nitidiſſimis conſpicuae; audaces et pugnaces, volando velociſſimae, ſuſpenſae in aëre victum capiunt, nectar e floribus ſugentes, inſecta quoque deglutientes, quorum quippe reliquias in ventriculo invenit* Cl. Brandis; *alarum motu magis ſonorae, quam voce, gregariae, nidum hemiſphaericum ex lanugine thapſi eleganter ſtruunt, et ab arborum ramis inter folia latentem ſuſpendunt; ova* 2 *alba, piſi magnitudine pariunt, quibus mas et femina alternatim incubant; juniores ab araneis infeſtatae, ab Americae incolis picturis adhibitae; aqua e ſiphone exploſa humectatae capiuntur; hybernare traduntur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0499-4

Polytmus mexicanus longicaudus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 688. *n.* 14.
Avis Yayauquitototl. *Seb. muſ.* 1. *p.* 84. *t.* 51. *f.* 7.
Blue tailed Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 749. *n.* 5.
Brin bleu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 51.
*Habitat in* nova Hiſpania, *ficedulae magnitudine*, 8¼ *pollices longus.*
Roſtrum *flavicans*; rectrices, *quo exteriores, eo breviores; intermediae extimis ultra* 2 *pollices longiores*; pedes *flavi.*

Polytmus. 4. Tr. vireſcens, rectricibus lateralibus longiſſimis, pileo rectricibusque fuſcis.
Polytmus viridans, aureo varie ſplendens, pennis binis uropygii longiſſimis. *Brown. jam.* 475.
Mellifuga jamaicenſis atricapilla, cauda bifurca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 729. *n.* 19.
Oiſeau-mouche à longue queue noire. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 39.
Longtailed Hummingbird. *Alb. av.* 3. *t.* 49.
Longtailed black cap Hummingbird. *Edw. av.* 1. *t.* 34. *Bancr. Guj. p.* 169.
Black capped Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 748. *n.* 4.
*Habitat in* Jamaica *et* America *auſtrali*, 9½ *pollices longa.*
Roſtrum *flavum*, *apice nigrum*; irides *flavae*; cervix *nigra*; alarum *margo albus*; tectrices *alarum*, remiges*que ex violaceo fuſcae*; cauda *bifurca*, *rectricibus inaequalibus, nigricantibus*; pedes *nigri.*

forficatus. 5. Tr. viridis, rectricibus lateralibus longiſſimis, pileo rectricibusque caeruleis.
Polytmus major nigricans aureo varie ſplendens, pennis binis uropygii longiſſimis. *Brown. jam. p.* 475.
Mellifuga jamaicenſis, cauda bifurca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 728. *n.* 18.
Oiſeau-mouche à longue queue, or, vert et bleu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 38.
Long tailed green Hummingbird. *Edw. av.* 1. *t.* 33.
Forktailed Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 750. *n.* 6.
*Habitat in* Jamaica, *ultra* 7 *pollices longus.*
Roſtrum, pedes*que nigri*; corpus *ſubtus album*; remiges *ex violaceo fuſcae*, 3 *corpori proximae viridi-aureae*; rectrices *extimae* 3 *pollicibus longiores*, *reliquae*, *quo interiores*, *eo breviores.*

furcatus. 26. Tr. viridi aureus, rectricibus extimis longioribus, dorſo ſuperiore, pectore et tectricibus alarum minoribus ſplendide violaceis, alis caudaque nigris.

Melli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0500-1 DFG

Melliſuga jamaicenſis violacea cauda bifurca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 732. *n.* 20. *t.* 37. *f.* 6.
Oiſeau-mouche violet à queue fourchue. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 37.
Leſſer fork-tailed Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 751. *n.* 7.
*Habitat in* Jamaica, Braſilia *et* Cayenna, 4 *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum*; rectrices *extimae* $1\frac{1}{2}$ *pollices longae*; pedes *cum* unguibus *nigricantes.*

macrourus. 27. Tr. viridi-aureus, capite et gutture violaceis, abdominis area alba, cauda bifurca chalybea.
Melliſuga cayenenſis, cauda bifurca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 726. *n.* 17. *t.* 36. *f.* 9.
Mellivora avis maxima. *Sloan. jam.* 2. *p.* 309. *t.* 264. *f.* 4. *Raj. av. p.* 83. *n.* 3.
Guainumbi. *Marcgr. braſ.* 197. *Raj. av. p.* 187. *n.* 41. *Will. orn. p.* 231. *n.* 3.
Oiſeau-mouche à longue queue couleur d'acier bruni. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 36.
Cayenne forktailed Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 751. *n.* 8.
*Habitat in* Jamaica, 6 *pollices longus.*
Roſtrum pedes*que nigri*; rectrices *extimae* $3\frac{3}{4}$, *intermediae* $1\frac{3}{4}$ *pollices longae.*

purpuratus. 28. Tr. viridis, vertice, alis caudaque bifurca purpureis, torque caeruleo.
Purple-crowned Honeyſucker. *Gen. of birds, p.* 63. *t.* 8. *f.* 2.
Purple crowned Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 764. *n.* 27.

auratus. 29. Tr. viridi-aureus, mento, gutture et pectore rubro-aureis, abdomine nigro.
Garnet-throated Hummingbird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 752. *n.* 9. *t.* 34.
*β.* Tr. genis nucha gulaque rubro-aureis, capite et corpore nigris viridi-nitentibus.
Grenat. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 48.
Longitudo $4\frac{1}{4}$, *in β.* 5 *pollicum*; roſtrum pedes*que nigri*; feminae *mentum, guttur et pectus viridi-aurea.*

leucurus. 6. Tr. viridi-aureus, rectricibus aequalibus albis, collari rubro.
Polytmus ſurinamenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 674. *n.* 5.
Collier rouge. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 59.
Colibri à collier de Surinam. *Buff. pl. enl. n.* 600. *f.* 4.
White-tailed Hummingbird. *Edw. glean. t.* 256. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 757. *n.* 17.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0501-6
DFG

*Habitat in* Surinam, 4½ *pollices longa.*

Roſtrum *et* pedes *nigri*; corpus *ſubtus ex griſeo album*; alae *obſcure purpureae*; rectrices 8 *exteriores albae*, *extimae* 2 *apice nigricantes.*

grami-neus. 30. Tr. viridi aureus, ſubtus albus, gutture ſmaragdino, pectore nigro, cauda purpurea.

Hauſſe col vert. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 58.

Black-breaſted Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.*756. *n.* 16.

Feminae *in pectore areae duae albae.*

viola-ceus. 31. Tr. violaceus, alis caudaque viridi-aureis.

Polytmus cayennenſis violaceus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 683. *n.* 11. *t.* 35. *f.* 3.

Colibri violet. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 57.

Colibri violet de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 600. *f.* 2.

Violet Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 756. *n.* 15.

*Habitat in* Cayenna, 4¼ *pollices longus.*

Roſtrum pedes*que nigri.*

macula-tus. 32. Tr. viridi-aureus, ſubtus albus, colli lateribus rufis, maculis colli viridi, pectoris nigra, caudae ſubtus violaceis, albis et fuſcis.

Colibri à cravate verte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 56.

Colibri à gorge verte de Cayenne. *Buff. pl. enl.* 671. *f.* 1.

Green-throated Humming bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.*755. *n.* 14.

Magnitudo *punctulati.*

punctu-latus. 33. Tr. viridi-aureus, gutture et tectricibus alarum albo-maculatis, remigibus ex violaceo fuſcis, cauda ex vireſcente fuſca apice alba.

Polytmus punctulatus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 669. *n.* 2.

Hoizitzilrototl. *Fern. hiſt. mex. p.* 705.

Zitzil ou colibri piqueté. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 50.

Spotted Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 755. *n.* 13.

*Habitat in* nova Hiſpania, 5½–6 *pollices longus.*

Roſtrum *et* pedes *cum* unguibus *nigri.*

albus. 34. Tr. viridi-aureus, ſubtus, ad latera colli, et rectricum 6 exteriorum apices albus, cauda violacea.

Colibri à queue violette. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 55.

Colibri à queue violette de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 671. *f.* 2.

Violet tailed Hummingbird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 754. *n.* 11.

*Habitat in* Cayenna, 6 *pollices longus.*

Remiges *ex violaceo fuſcae*; pedes *obſcuri.*

jugularis. 7. Tr. caeruleſcens, rectricibus aequalibus, collo ſubtus ſanguineo.
Colibri à gorge carmin. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 56.
Red-breaſted Humming-bird. *Edw. glean. t.* 266. *f.* 1. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 753. *n.* 10.
*Habitat in* Surinamo, $4\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtrum, vertex, occiput, abdomen, femora, cauda *nigra; pennarum margine caeruleo;* tempora *ſplendide rubra;* alae *virides nitore aureo;* uropygium *caeruleum;* pedes *breves nigricantes.*

aurantius. 35. Tr. fuſcus, capite aurantio, gula et pectore flavis, alis purpureis, cauda ferruginea.
Orange-headed Honey-ſucker. *Gen. of birds p.* 63. *t.* 8. *f.* 3.
Orange headed Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 764. *n.* 28.

flavifrons. 36. Tr. viridis fronte flava remigibus primariis caudaque nigris.
Yellow fronted Honey-ſucker. *Gen. of birds, p.* 62. *t.* 8. *f.* 1.
Yellow-fronted Humming-bird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 763. *n.* 26.

Thaumantias. 8. Tr. viridis nitens, rectricibus aequalibus albo-fimbriatis: extima exterius alba.
Polytmus. *Briſſ. av.* 2. *p.* 667. *n.* 1.
Avicula americana, Colubris. *Seb. muſ.* 1. *t.* 59. *f.* 5.
Guainumbi 6 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197. *Raj. av. p.* 83. *n.* 6. *Will. orn. p.* 232. *n.* 6.
Colibri. *Buff. pl. enlum. n.* 600. *f.* 1.
Petit Colibri. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 64.
Admirable Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 763. *n.* 25.
*Habitat in* America *meridionali, parum ultra* $2\frac{1}{2}$ *pollices longus.*
Roſtri *mandibula ſuperior cum* pedibus *et* unguibus *nigra; inferior alba;* alae *fuſcae; in abdomine inferiore macula alba;* rectrices 2 *intermediae totae viridi-aureae.*

dominicus. 9. Tr. viridis nitens, ſubtus ſubcinereus, rectricibus medio ferrugineis, apice albis.
Polytmus dominicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p* 672. *n.* 4. *t.* 35. *f.* 4.
Vert perlé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 62.
St. Domingo Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 762. *n.* 24.
*Habitat in inſula* S. Dominici, *vix ultra* 4 *pollices longus.*
Roſtrum pedes*que fuſci;* color *ſubtus margaritaceus;* alae *fuſcae, tinctu violaceo admiſto;* cauda *ſubtus colore chalybis politi.*

venuſtiſſimus. 37. Tr. ruber, dorſo caeruleo, alis nigris.
Polytmus mexicanus cyaneus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 681. *n.* 9.
Avicula mexicana cyaneo colore venuſtiſſima. *Seb. muſ.* 1. *p.* 102. *t.* 65. *f.* 3.
Gros Colibri. *du Tertre antill.* 2. *p.* 263.
Colibri bleu. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 61.
Crimſon-headed blue Humming-bird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 762. *n.* 23.
*Habitat in* nova Hiſpania, *regulo dimidio minor.*

margaritaceus. 38. Tr. viridi-aureus, ſubtus margaritaceus, cauda baſi chalybea, medio ex purpureo fuſca, apice alba: faſcia ex atro fuſca.
Plaſtron blanc. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 61.
Colibri de St. Domingue. *Buff. pl. enlum. n.* 680. *f.* 1.
Grey-necked Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 761. *n.* 22.
*Habitat in inſula* S. Dominici, 4 *pollices longus.*

hirſutus. 39. Tr. viridi-aureus, ſubtus ex rufo albus, remigibus ex violaceo fuſcis, cauda nigricante apice alba, pedibus hirſutis.
Polytmus braſilianus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 670. *n.* 3.
Guainumbi 4ta ſpecies. *Marcgr. braſ. p.* 197.
Guainumbi minor, roſtro incurvo. *Raj. av. p.* 83. *n.* 4. *Will. orn. p.* 232. *n.* 4.
Colibri à ventre rouſſâtre. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 63.
Rufous-bellied Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 760. *n.* 21.
*β.* Trochilus ſubtus rufus, rectricibus obſcuris, exterioribus altera parte rufis.
*Habitat in* Braſilia, $3\frac{1}{2}-4$ *pollices longus.*
Roſtri *mandibula ſuperior nigra, inferior flava apice nigra;* pedes *ad digitos usque pennati ochroleuci; digiti nigri.*

multicolor. 40. Tr. fuſcus ſubtus miniatus, vertice, mento, pectore et dorſi medio viridibus, faſcia oculari caerulea, cauda aequali.
Harlequin Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 760. *n.* 20.
Longitudo $4\frac{1}{2}$ *pollicum;* faſcia *a roſtro per oculos ad nucham usque, parte inferiore nigro marginata.*

cinereus. 41. Tr. viridis nitens ſubtus cinereus, remigibus fuſcis, caudae rotundatae rectricibus 2 intermediis totis viridibus, proximis duabus nigris, reliquis altera parte chalybeis, altera albis.
Aſh bellied Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 759. *n.* 19.
Longitudo 6 *pollicum;* roſtrum pedes*que nigri.*

10. Tr.

Mango. 10. Tr. viridis nitens, rectricibus ſubaequalibus ferrugineis, abdomine atro.
Polytmus jamaicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 679. *n.* 8. *t.* 35. *f.* 1.
Guainumbi 5 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197.
Guainumbi minor, roſtro nigro. *Raj. av. p.* 83. *n.* 5. *Will. orn. p.* 252. *n.* 5.
Plaſtron noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 59.
Colibri de la Jamaique et Colibri du Mexique. *Buff. planch. enlum. n.* 680. *f.* 3. 2.
Mango Humming-bird. *Alb. av.* 3. *t.* 49. b. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 758. *n.* 18.
β. Mellivora avis maxima. *Raj. av. p.* 187. *n.* 43. *Sloan. jam.* 2. *p.* 308. *t.* 264. *f.* 3.
*Habitat in* nova Hiſpania, Braſilia, *inſulisque* S. Dominici *et* Jamaica, 4 *pollices et ultra longus, nidum ex goſſypio ſtruens.*
Corpus *ſubtus nigrum, colore hoc per intermediam lineam caeruleam a viredine ſeparato;* criſſum *album;* remiges *ex violaceo fuſcae,* rectrices 2 *intermediae,* pedes*que nigri: Aliquando* guttur *album.*
*In* β. corpus *ſupra ex nigricante virens, pennis ad apicem aeneo-marginatis;* mentum, guttur *et* pectus *ſplendide purpurea, ſtria media nigra;* abdomen *obſcurum;* criſſum *utrinque faſciculo pennarum albarum ſtipatum;* rectrices 2 *intermediae obſcure virides; reliquae purpureae, apice nigrae.*

holoſericeus. 11. Tr. viridis, rectricibus aequalibus ſupra nigris, faſcia pectorali caerulea, abdomine nigro.
Polytmus mexicanus. *Briſſ. av.* 3. *p.* 676. *n.* 7. *t.* 35. *f.* 2.
Avis auricoma mexicana. *Seb. muſ.* 1. *t.* 99. *f.* 4.
Colibri vert et noir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 53.
Black-bellied green Humming-bird. *Edw. av.* 1. *t.* 36.
Black-bellied american Humming-bird. *Bancroft Guj. p.* 169.
Black-bellied Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 754. *n.* 12.
*Habitat in* nova Hiſpania *et* Gujana, $4\frac{1}{4}$ *pollices longus.*
Roſtrum, cauda, pedes*que nigri;* caput, collum, *et ſupra* corpus *viridi-aurea;* abdominis *faſcia alba, aut utrinque areae duae albae.*

gularis. 42. Tr. flaveſcens, gula uropygioque caeruleis, abdomine albo, alis caudaque nigris. *Miller illuſtr. t.* 20. A.
*Habitat in* India?



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0505-9

fulvus. 43. Tr. fulvus, remigibus rectricibusque atris ſubtus fuſceſcentibus. *Maerter phyſ. Arb. der eintr. Fr. zu Wien.* I. 1. *p.* 76.

*Habitat in* America *meridionali, craſſitie fringillae, ultra* 5 *pollices longus.*

Roſtrum pedes*que cornei;* cauda 2 *circiter pollices longa, rectricibus* 12 *conſtans, an ideo cum ſequente ad certhiae forſan genus ſpectat?*

varius. 44. Tr. viridi-aureus, ſubtus ex fuſco albicans, faſcia pectoris duplici ex viridi cyanea et ſanguinea. *Maerter phyſ. Arb. der eintr. Fr. zu Wien,* I. 1. *p.* 75.

*Habitat in* America *meridionali, pollicis humani craſſitie,* $4\frac{1}{2}$ *pollices circiter longus.*

Roſtrum pedes*que nigri;* remiges *pallide fuſcae;* tectrices *caudae ſuperiores ex viridi cyaneae;* rectrices 12, $1\frac{1}{2}$ *pollices longae, fuſcae viridi adumbratae, omnium, exceptis intermediis, apice albido.*

** *rectiroſtres.*

capenſis. 66. Tr. viridis, rectricibus intermediis longis, tectricibus alarum caeruleis. *Mantiſſ. pl. alt.* 2. *p.* 525.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *hirundinis ruſticae magnitudine, ſericeo nitens.*

Remiges rectrices*que nigrae; hae aequales, praeter intermedias triplo longiores, margine baſeos ſericeo-viridi;* criſſum *nigrum cyaneo maculatum.*

Colubris. 12. Tr. viridi-aureus, rectricibus nigris: lateralibus tribus ferrugineis apice albis, gula flammea.

Melliſuga carolinenſis, gutture rubro. *Briſſ. av.* 3. *p.* 716. *n.* 13. *t.* 36. *f.* 6. 5.

Tomineio mariana vireſcens, gutture flammeo. *Pet. gaz. t.* 3. *f.* 8.

Paſſer muſcatus. *Geſn. av.* 655.

Guainumbi 1. *Marcgr. braſ.* 196. *Will. orn.* 165. *Raj. av. p.* 82. *n.* 1.

Rubis. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 13.

Humming-bird. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 65. *t.* 65.

Red-throated Humming-bird. *Edw. av.* 1. *t.* 38. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 769. *n.* 35.

Red-throated Honey-ſucker. *Arct. zool.* 2. *p.* 286. *n.* 176.

Tomineo. β. Tr. rectricibus ſubaequalibus baſi ferrugineis apice albis, corpore ſupra fuſco ſubtus albido. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 23.

Ouriſſia ſ. Tomineo. *Cluſ. exot.* 96.

*Habi-*

*Habitat in* America, *etiam ſeptentrionali, ad Canadam usque, hieme tamen appropinquante in meridionalem redux,* $3\frac{1}{3}$ *pollices longus.*

Roſtrum *nigrum,* $\frac{3}{4}$ *pollices longum;* mentum *et* gula *coccinea, cum nitore vivaciſſimo aureo, in* femina *alba.*

fimbriatus. 45. Tr. viridi-aureus, ſubtus griſeus, cauda chalybea apice griſea, pectoris pennis albo fimbriatis.

Melliſuga cayenenſis gutture naevio. *Briſſ. av.* 3. *p.* 706. *n.* 7. *t.* 36. *f.* 2.

Oiſeau-mouche à gorge tachetée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 31.

Oiſeau-mouche tacheté de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 276. *f.* 2.

Spotted-necked Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 772. *n.* 36.

*β.* Tr. ſubtus albus, pectoris pennis griſeo-marginatis, cauda tota ex vireſcente nigra.

*Habitat in* Cayenna, 4 *pollices longus.*

Roſtri *mandibula ſuperior nigra, inferior albicans, apice nigra;* rectrices 2 *intermediae ſplendore aeneo;* pedes *cum* unguibus *nigri.*

rubineus. 46. Tr. viridi-aureus, gula rubro-aurea, alis caudaque rufis.

Oiſeau-mouche à gorge rouge du Bréſil. *Buff. pl. enlum. n.* 276. *f.* 4.

Rubis emeraude. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 31.

Melliſuga braſilienſis gutture rubro. *Briſſ. av.* 3. *p.* 720. *n.* 14. *t.* 37. *f.* 4.

Ruby-throated Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 768. *n.* 34.

*Habitat in* Braſilia *et* Gujana, $4\frac{1}{4}$ *pollices longus.*

Roſtrum, pedes *et* ungues *nigri;* tectrices *alarum majores,* remiges*que margine ex violaceo fuſcae;* rectrices *margine ex viridi-aureo fuſcae, intermediae reliquis breviores.*

auritus. 47. Tr. viridi-aureus ſubtus albus, faſcia infraoculari nigra, faſciculis (in mare) utrinque infra aures duobus pennarum violacearum, pedibus hirſutis.

Melliſuga cayenenſis major. *Briſſ. av.* 3. *p.* 722. *n.* 15. *t.* 37. *f.* 3.

Oiſeau-mouche à oreilles. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 32.

Violet-eared Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 767. *n.* 33.

*β.* Tr. faſcia infraoculari purpurea, prope aures terminata area magna, infra quam macula alia ex viridi caerulea.

*Habitat in* Cayenna, $4\frac{1}{2}$ *fere pollices longus.*

Roſtrum pedes*que nigri;* femora *fuſca;* rectrices 4 *intermediae nigrae, in caeruleum vergentes, reliquae albae;*

pennae

pennae *faſciculorum* 5 – 6, *reliquis* molliores *et duplo longiores.*

Ouriſſia. 13. Tr. viridi-auratus, rectricibus ſubaequalibus fuſco-aureis, remigibus nigris, abdomine caeruleo.

Melliſuga ſurinamenſis, pectore caeruleo. *Briſſ. av.* 3. *p.* 711. *n.* 10.

'Eméraude-amethyſte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 27.

Oiſeau-mouche à poitrine bleue de Surinam. *Buff. pl. enl. n.* 227. *f.* 3.

Green and blue Humming-bird. *Edw. av.* 1. *t.* 35. *f.* 2. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 767. *n.* 32.

*β.* Tr. viridis, ſubtus caeruleus, menti macula aurantia, remigibus caudaque obſcuris.

*Habitat in* Surinamo, *vix* 4 *pollices longus.*

Roſtrum, pedes *et* ungues *nigri;* pectus, dorſi *et* abdominis *pars ſuperior caerulea;* abdominis *pars inferior,* alae *et* cauda *fuſcae.*

moſchitus. 14. Tr. viridi-aureus, rectricibus aequalibus ferrugineis: extimis apice fuſcis, remigibus nigris. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 120. *n.* 8. 12. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 24.

Melliſuga braſilienſis, gutture topazino. *Briſſ. av.* 3. *p.* 699. *n.* 3. *t.* 37. *f.* 1.

Avis Colubri Thaumantias. *Seb. muſ.* 1. *p.* 61. *t.* 37. *f.* 4.

Guainumbi 8 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197. *Will. orn. p.* 232. *n.* 8. *Raj. av. p.* 83. *n.* 8.

Colibri Nr. 3. *Fermin Surin.* 2. *p.* 196.

Rubis-topaze. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 19.

Oiſeau-mouche à gorge topaze du Bréſil. *Buff. pl. enlum. n.* 227. *f.* 2.

Trochilus with a ferrugineous tail. *Bancr. Guj. p.* 168.

Ruby-necked Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 779. *n.* 46.

*Habitat in* Gujana, Braſilia, Surinamo, Curacao, 4 *lineas ultra* 3 *pollices longus.*

Roſtrum, pedes *et* ungues *nigricant;* vertex *et* occiput *colore rubini;* guttur *topazii;* corpus *ſubtus fuſcum, qui tinctus etiam ſupra admiſtus;* femina *ſubtus ex griſeo albicans, area ad pectus et jugulum aurea.*

melliſugus. 15. Tr. viridi-aureus, rectricibus aequalibus caeruleis, remigibus atro-caeruleſcentibus, tibiis pennatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 23.

Melliſuga cayanenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 704. *n.* 6. *t.* 36. *f.* 3.

Colubri ſ. Floriſuga. *Seb. muſ.* 2. *p.* 42. *t.* 41. *f.* 2. 4.

Guai-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0508-6

Guainumbi 9 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197. *Will. orn. p.* 232. *n.* 9. *Raj. av. p.* 83. *n.* 9.
Vert-doré. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 29.
Oiſeau-mouche de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 276. *f.* 3.
*Habitat in* Cayenna, 2 *pollices et* 10 *lineas longus.*
Roſtrum, digiti *et* ungues *nigri*; tectrices *caudae inferiores et* crura *ex griſeo fuſca*; tibiae *fuſcae.*

Pegaſus. 16. Tr. rectricibus baſi vireſcentibus, corpore vireſcente aureo, ſubtus ſubgriſeo, tibiis pennatis.
Melliſuga cayanenſis, ventre griſeo. *Briſſ. av.* 3. *p.* 709. *n.* 9. *t.* 36. *f.* 4.
Grey-bellied Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 778. *n.* 44.
*Habitat in* Cayenna; *an varietas leucogaſtri?*
Roſtrum, digiti *et* ungues *nigri*; rectrices *aequales nigropurpureae, lateralium apice griſeo.*

leucogaſter. 48. Tr. viridi-aureus, ſubtus albus, cruribus fuſcis, cauda nigra.
Melliſuga cayanenſis ventre albo. *Briſſ. av.* 3. *p.* 707. *n.* 8. *t.* 36. *f.* 7.
Guainumbi 1 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197. *Raj. av. p.* 82. *n.* 1. *et p.* 187. *n.* 49. *Will. orn. p.* 231. *n.* 1.
Cravate dorée. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 25.
Oiſeau-mouche à cravate dorée de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 672. *f.* 3.
Gold-throated Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 777. *n.* 43.
Longitudo 3¾ *pollicum*; roſtri *mandibula ſuperior nigra, inferior alba, apice nigra*; cauda *nitore chalybis*; pedes *et* ungues *nigri.*

ſtriatus. 49. Tr. fuſcus, ſubtus albus: ſtria longitudinali viridi-aurea, pileo fuſco, remigibus nigris, caudae baſi cinnamomea, apice obſcuro.
Brown-crowned Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 776. *n.* 42.
*Habitat in inſula* Tobago, 3–4 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *nigri*; *nonnunquam* ſtria *longitudinalis fuſca aut obſcura*; rectrices *duae intermediae ex caeruleo atrae; reliquae rufae, extrema tertia parte atrae, apice* ſupra *albae.*

obſcurus. 50. Tr. caeruleus, vertice obſcuro, mento et gutture viridi-nitentibus, dorſi medio vireſcente, uropygio, alis caudaque purpureis.
Dusky-crowned Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 776. *n.* 41.

Longi-

Longitudo $4\frac{1}{4}$ *pollicum*; roſtrum *obſcurum*; tectrices *alarum ex purpuraſcente caeruleae*; dorſi *pars inferior obſcure purpurea*; pedes *nigri*.

bicolor. 51. Tr. ſmaragdino-aureus, capite gulaque cyaneis.
Colibri Nr. 2. *Fermin ſurin.* 2. *p.* 195.
Saphir-émeraude. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 26.
Sapphire-and Emerald-Humming-bird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 775. *n.* 40.
*Habitat in* Guadeloupe, *mediae magnitudinis.*

ſapphirinus. 52. Tr. viridi-aureus, jugulo et pectore ſapphirinis, alis et tectricibus caudae ſuperioribus fuſcis, inferioribus, cauda ipſa et gula rufis.
Saphir. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 26.
Sapphire Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 775. *n.* 39.
β. Tr. pectore ſapphirino, ventre albo, cauda ex caeruleo atra.
*Habitat in* Gujana.
Roſtrum *album, apice nigrum*; abdominis *pars inferior alba.*

niger. 17. Tr. rectricibus ſubaequalibus, corpore nigro ſubtus aurato, criſſo albo, tibiis pennatis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 18.
Melliſuga dominicenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 702. *n.* 5. *t.* 36. *f.* 8.
Black Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 774. *n.* 38.
*Habitat in inſula* S. Dominici, $2\frac{1}{4}$ *pollices longus, an femina melliſugi?*
Roſtrum, digiti *et* ungues *nigri*; corpus *ſubtus ex albicante griſeum*; gula *maculis minutis fuſcis*; cauda *chalybea.*

cyanocephalus. 53. Tr. viridi-aureus, capite, remigibus rectricibusque caeruleis, abdomine rubro. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 218.
*Habitat in* Chili, *nucis juglandis magnitudine.*
Roſtrum *albidum*; alis caudae*que corpore triplo longiori admiſta purpura.*

amethyſtinus. 54. Tr. viridi-aureus, ſubtus ex cineraſcente et fuſco varius, gutture amethyſtino, cauda furcata.
Petit oiſeau-mouche à queue fourchue de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 672. *f.* 1.
Amethiſte. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 16.
Amethyſtine Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 787. *n.* 59.
*Habitat in* Cayenna, *colubris magnitudine.*
Alae *breves.*

viridiſſimus. 55. Tr. viridi-aureus, abdomine albo, cauda chalybea.
Or-vert. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 17.

All-

All-green Humming-bird. *Edw. glean. t.* 360. *f.* 1. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 786. *n.* 58.
*Habitat in inſula* Tobago, 2 *pollices longus.*

glaucopis. 56. Tr. viridi-aureus, fronte caerulea, criſſo albo, remigibus ex violaceo fuſcis, pedibus pennatis, cauda chalybea ſubfurcata.
Melliſuga braſilienſis cauda bifurca. *Briſſ. av.* 3. *p.* 724. *n.* 16. *t.* 36. *f.* 5.
Guainumbi major. *Raj. av. p.* 82. *n.* 2.
Marcgrave's ſecond Humming-bird. *Will. orn. p.* 231. *n.* 2.
Blue-fronted Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 786. *n.* 57.
*Habitat in* Braſilia, 4½ *pollices longus.*
Roſtrum *nigrum;* crura, tibiae, *et* digiti *fuſca.*

rufus. 57. Tr. rufus ſubtus exalbidus, vertice viridi-aureo, gutture et pectore coccineo-aureis, remigibus ex purpuraſcente fuſcis.
Ruffed Honey-ſucker. *Arct. zool.* 2. *p.* 290. *n.* 177.
Ruffnecked Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 785. *n.* 56. *t.* 35.
*Habitat in* ſinu Americae Natka, 3¼ *pollices longus.*
Roſtrum pedes*que nigri;* colli *pennae laterales nonnullae elongatae mobiles;* tectrices *alarum obſcure vireſcentes;* rectrices *ſplendide rufae acuminatae: linea media longitudinali et apice nigris;* cauda *cuneata.*
Feminae corpus *ſupra viridi-aureum;* gula *maculis modo coccineis.*

ornatus. 58. Tr. viridi-aureus, ſubtus nitente-fuſcus, faſcia uropygii alba, criſta (in mare) verticis et faſciculo pennarum infra aures utrinque rufo.
Hupecol. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 18.
Oiſeau-mouche, dit Hupecol de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 640. *f.* 3.
Tufted-necked Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 784. *n.* 55.
*Habitat in* Cayenna, *colubri potius minor.*
Abdomen *inferius album;* guttur *viridi-aureum;* criſta *capitis longa;* pennae *faſciculorum anguſtae, mobiles, inaequales, ultra dimidium pollicem non longae, ad apicem macula viridi nitente notatae.*

puniceus. 59. Tr. pallide fuſcus, criſta caerulea.
Creſted brown Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 784. *n.* 54.
Magnitudo *criſtati;* alae *et* cauda *obſcuriores.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0511-2

cristatus. 18. Tr. viridis, alis fuſcis, abdomine fuſco cinereo, criſta caeruleſcente, tibiis pennatis.
Mellisuga criſtata. *Briſſ. av.* 3. *p.* 714. *n.* 12. *t.* 37. *f.* 2.
Oiſeau-mouche hupé. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 22.
Oiſeau-mouche hupé de Cayenne. *Buff. pl. enlum. n.* 227. *f.* 1.
Green ſtrait-billed Humming-bird. *Bancr. Guj. p.* 168.
Creſted Humming-bird. *Edw. av.* 1. *t.* 37.
Creſted green Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 783. *n.* 53.
*Habitat in* Cayenna, 3 *pollices longus.*
Roſtrum *et* digiti *nigri*; cauda *ex violaceo nigra.*

longicaudus. 60. Tr. viridi-aureus, gula ſmaragdina, alis rectricibusque fuſcis, intermediis duabus longiſſimis.
Oiſeau-mouche à raquettes. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 23.
Racket-tailed Humming-bird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 782. *n.* 52.
Longitudo $2\frac{1}{2}$ *pollicum*; rectrices 2 *intermediae* 10 *lineis longiores, parte eminente nuda, apice demum barbata.*

Carbunculus. 61. Tr. niger, capite, collo et pectore rubris, alis fuſcis, cauda rufo-aurea.
Eſcarboucle. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 28.
Carbuncle Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 782. *n.* 51.
*Habitat in* Cayenna, *rarus, paulo major.*
Roſtrum *ad medium usque pennis tectum.*

cyanomelas. 62. Tr. ex albo et caeruleo varius, gula et pectore rubris.
Black and blue Humming-bird. *Bancr. Guj. p.* 167. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 782. *n.* 50.
*Habitat in* Terra firma *et inſulis* Caribaeis, *exili duplo major.*
Remiges rectrices*que magnae, ſplendide nigrae.*

gujanenſis. 63. Tr. viridis, criſta capitis et pectore rubris, remigibus rectricibusque ex viridi, rubro et purpureo variis.
Small green and crimſon Humming-bird. *Bancr. Guj. p.* 168.
Gujana Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 781. *n.* 49.
*Habitat frequens in* Gujana, 2 *pollices longus.*
Roſtrum oculi*que ſplendidi nigri.*

Tobaci. 64. Tr. viridi-nitens, faſcia abdominis femoribusque albis, criſſo pallide fuſco, remigibus caudaque ſubfurcata ex caeruleo atris.

Toba-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0512-8 DFG

Tobago-Humming-bird. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 781. *n.* 48.
*Habitat in inſula* Tobago, 4 *pollices longus.*
Roſtrum *obſcurum, mandibula inferiore flava;* pedes *fuſci.*

elatus. 19. Tr. vireſcente-aureus, rectricibus aequalibus ferrugineis apice nigris, pileo rubro criſtato.
Melliſuga americana, gutture topazino. *Briſſ. av.* 3. *p.* 697. *n.* 2.
Oiſeau-mouche à gorge topaze de Cayenne. *Buff. pl. enl.* *n.* 640. *f.* 1.
Ruby-creſted Humming-bird. *Edw. glean. t.* 344. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 780. *n.* 47.
*Habitat in* Terra firma, Gujana, Cayenna, Tobago.
Roſtrum pedes*que nigra;* caput *nigrum, pilei pennis in criſtam ſanguineam elongatis;* corpus *olivaceum, ſubtus rufum, linea longitudinali alba;* gula *viridi-aurea;* remiges *purpuraſcentes;* cauda *rufa, terminata faſcia nigra.*

mellivorus. 20. Tr. rectricibus nigris: lateralibus albis, capite caeruleo, dorſo viridi, abdomine albo.
Melliſuga ſurinamenſis torquata. *Briſſ. av.* 3. *p.* 713. *n.* 11.
Oiſeau-mouche à collier, dit la Jaçobine. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 34.
Oiſeau-mouche, dit la Jacobine de Cayenne. *Buff. planch. enlum. n.* 640. *f.* 2.
White-bellied Humming-bird. *Edw. av.* I. *t.* 35. *f.* 1. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 765. *n.* 31.
*Habitat in* Surinamo, *ultra* 4 *pollices longus.*
Roſtrum *et* pedes *cum* unguibus *nigri;* collum *caeruleo-nitens;* cervicis *annulus albus;* remiges *ex violaceo fuſcae;* cauda *ſubfurcata;* rectrices *omnes apice nigrae.*

campylopterus. 65. Tr. viridi-aureus ſubtus griſeus, rectricibus lateralibus fuſcis apice albis, remigum 3–4 ſcapis medio incurvis.
Oiſeau-mouche à larges tuyaux. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 35.
Oiſeau-mouche à larges tuyaux de Cayenne. *Buff. pl. enl.* *n.* 672. *f.* 2.
Brond-ſhafted Humming-bird. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 765. *n.* 30.
*Habitat in* Cayenna, *rarior,* 4½ *pollices longus.*
Alae *acinacis more curvae.*

ruber. 21. Tr. rectricibus lateralibus violaceis, corpore teſtaceo fuſco ſubmaculato.

Melliſuga ſurinamenſis. *Briſſ. av.* 3. *p.* 701. *n.* 4.
Oiſeau-mouche pourpre. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 24.
Little brown Humming-bird. *Edw. av.* 1. *t.* 32. *Bancr. Guj. p.* 168. *Lath. ſyn.* I. 2. *p.* 778. *n.* 45.
*Habitat in* Surinamo *et* Gujana, *ultra* 3 *pollices longus.*
Corpus *ſubtus pallide badium, maculis ad* pectus *nigricantibus;* temporum *faſcia longitudinalis fuſca;* pedes *cum* unguibus, roſtri*que mandibula ſuperior nigra, inferior carnea, apice nigra.*

minimus. 22. Tr. rectricibus lateralibus margine exteriore albis, corpore viridi-nitente ſubtus albido.
Melliſuga. *Briſſ. av.* 3. *p.* 695. *n.* 1. *t.* 36. *f.* 1.
Guainumbi 7 ſpecies. *Marcgr. braſ.* 197. *Raj. av. p.* 187. *n.* 44. *Will. orn.* 132.
Guainumbi minor, corpore toto cinereo. *Raj. av. p.* 83. *n.* 7.
Le plus petit oiſeau-mouche. *Buff. hiſt. nat. des oiſ.* 6. *p.* 11. *t.* 1.
Le plus petit oiſeau-mouche de l'Amerique. *Buff. pl. enlum. n.* 276. *f.* 1.
Leaſt Humming-bird. *Sloan. jam.* 2. *p.* 307. *n.* 38. *t.* 264. *f.* 1. *Edw. av.* 105. *t.* 105. *f. inf. Brown jam. p.* 475. *Latham ſyn.* I. 2. *p.* 788. *n.* 60.
*Habitat in* America *meridionali, inſulisque vicinis, omnium notarum avis minima, ut longitudine* $\frac{1}{4}$ *pollicem, pondere* 20–45 *grana aequet; exempli* 6 *granorum mentionem facit* Beireis.
Roſtrum *nigrum;* alae *ex violaceo fuſcae;* rectrices *ex caeruleſcente atrae, nitentes;* 1, 1 *totae griſeae;* 2, 2 *a medio ad apicem griſeae;* pedes *cum* unguibus *fuſci.* Femina *ſupra ſordide fuſca cum ſplendore viridi, ſubtus ſordide alba.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0515-5

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0516-0

Tit.
Bema
Praef.
Introi.
(Imprimat.)

Deus
Universi Mundi.
Imp (Systema)
[illegible] Creatio
Solis systema
Astra
Tellus Mare Continente
Planeta Sapientia. Methodice
Elementa.
~~Imprimata~~
Regna.
I Pet[illegible]
I Orbar et Class.
II Nix et Ordin.
III Fam et Subfam.
IV Consp. disposit.
V Genera et sect. Consp. univers.
VI Species et varietat.
VII Index. a dispos. b alphabetic. cantarum.
VIII Exhibet. Spec. opus.
VIIII Finis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0518-2
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18631-p0519-0